PROSOPOGRAPHIA

IMPERII ROMANI

SAEC. I. II. III

EDITA

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM BORVSSICAE

EDITIO ALTERA

BEROLINI ET LIPSIAE
APVD WALTER DE GRVYTER & CO.
MCMXXXVI

PROSOPOGRAPHIA

IMPERII ROMANI

SAEC. I. II. III

PARS II

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM BORVSSICAE

ITERATIS CVRIS EDIDERVNT

EDMVNDVS GROAG

ET

ARTVRVS STEIN

BEROLINI ET LIPSIAE

APVD WALTER DE GRVYTER & CO.

MCMXXXVI

Archiv-Nr. 33 12 36

Druck von Walter de Gruyter & Co., Berlin W 35

Printed in Germany

PRAEFATIO

Circumacto temporis spatio, quod ad operis huius volumen alterum conficiendum nobis proposueramus, spe paulo serius hoc volumen publici iuris fecimus, quod quibus causis sit factum enarrare longum est. Velim autem respicias in hoc volumine praeter tot nomina latina a C littera incipientia graeca quoque quibuscumque principium est K littera inesse. Verum utut sese res habet, quae sequentur partes brevioribus intervallis nos emittere posse speramus.

Cum eandem rationem, qua ductos nos esse in prioris voluminis praefatione pluribus exposui, hic quoque sequi in rem esse duxerimus, non est cur singula quaeque retractem. Illud monere volui in recensendis personis homines, qui superioremne quendam locum tenuerint dubitare possis, in nostram nos seriem, nisi apud scriptores memorantur, non recepisse, cum quae meris coniecturis nituntur neque manifestis indiciis comprobari possunt omnino sperneremus. Eodem igitur consilio in componendis capitibus singulis opus aggressi sumus. Ceterum neutiquam opiniones quascumque a viris doctis usquam prolatas aut editiones inscriptionum papyrorum nummorum quotquot in lucem prodierunt afferre in animo habuimus. Et cum de hominum in litteris clarorum arte scribendi fusius agere alienum a nostra prosopographia arbitraremur, satis habuimus quae de eorum vita et scriptis tradita sunt paucis adnotare. Quamquam editores priores (cf. vol. I² p. VIII) de hominibus graecis et barbaris iis qui civitate Romana ornati tria nomina gesserunt, plerumque sub cognominibus egerunt, nos quidem eos eodem modo quo Romanos ex gentiliciis disponere praetulimus.

Iam vero placuit conspectum compendiorum non mediocriter auctum redintegrare. Illa utique quae ad volumen hoc alterum postquam prelo traditum est nova accesserunt exhibenda, neque quae in volumine primo addenda videantur vel corrigenda, longius differenda censuimus.

Petentibus nobis in praefatione voluminis primi, ut viri docti novos quosdam prosopographiae imperii Romani fontes a se inventos edituri nobiscum communicare velint, nonnulli satisfecerunt, quod ut etiam porro faciant quam plurimi viri docti rogamus. Ac primum quidem gratias debemus Guilelmo Ramsay Britanno, Guidoni Calza, Iacobo Guidi Italis, Andreae Alföldi, Valentino Kuzsinszky Hungaris, Rudolfo Egger Vindobonensi, Lothario Wickert iam Regiomontano. Grates agimus et Arturo Biedl Pragensi, iuveni doctissimo qui haud pauca emendandi nobis auctor extitit, et Guilelmo Hüttl item Pragensi, qui in perlegendis huius quoque voluminis plagulis indefesso studio nos adiuvit.

Scr. Pragae mense
Ianuario a. 1936.

A. Stein.

CONSPECTUS SIGLORUM

Numeri latini soli volumina Corporis Inscriptionum Latinarum indicant.

Ann. ép. = Année épigraphique.
Ann. serv. Ég. = Annales du service des antiquités de l'Égypte.
Annuario di Atene = Annuario della R. Scuola archeologica di Atene.
BGU = Ägyptische Urkunden aus den königlichen (staatlichen) Museen zu Berlin. Griechische Urkunden.
BphW = Berliner philologische Wochenschrift.
Babelon Coll. Wadd. = Babelon, Inventaire de la collection Waddington = Rev. numism. 1897. 1898.
Bahrfeldt Goldmünzenpräg. = M. v. Bahrfeldt, Die römische Goldmünzenprägung während der Republik und unter Augustus. 1923. (Münzstudien I. Bd.).
Bilabel BL = Berichtigungsliste, cf. Preisigke.
„ SB = Sammelbuch.
Br. Mus. = Catalogue of the Greek Coins in the British Museum.
Buecheler CLE = Carmina Latina Epigraphica.
Bull. ant. Fr. = Bulletin de la societé nationale des antiquaires de France.
Bull. com. = Bullettino della Commissione archeologica comunale di Roma.
Bull. soc. Alex. = Bulletin de la société archéologique d'Alexandrie.
Bull. tr. hist. = Bulletin archéologique du Comité des travaux historiques et scientifiques.
Compt. rend. = Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et des belles lettres.
Corinth Gr. Inscr. = Corinth. Results of Excavations conducted by the Amer. School of Classic Studies at Athens. Vol. VIII p. I, 1931.
Corinth Lat. Inscr. = ib. Vol. VIII p. II.
CI Sem = Corpus Inscriptionum Semiticarum.
CP Herm = Corpus Papyrorum Hermopolitanorum (= Studien zur Palaeographie und Papyruskunde V.).
CPR = Wessely, Corpus Papyrorum Raineri. 1895.
D. = Dessau, Inscriptiones Latinae selectae.
Dict. ant. = Daremberg et Saglio, Dictionnaire des antiquités grecques et romaines.
Diehl ILChr. = Inscriptiones Latinae Christianae.
Ditt. Or. Gr. = Dittenberger, Orientis Graeci inscriptiones selectae.
Ditt. Syll.[3] = Dittenberger, Sylloge inscriptionum Graecarum. Editio tertia.
Domaszewski Rangordn. = Bonn. Jahrb. 117 (1908).
Ἐπιτύμβιον = E., Heinrich Swoboda dargebracht. 1927.
Espérandieu ILG = Inscriptions Latines de Gaule. 1929.
FGrHist = Die Fragmente der griechischen Historiker von F. Jacoby.
FHG = Fragmenta Historicorum Graecorum ed. C. Müller.
FPL = Fragmenta Poetarum Latinorum ed. Morel.
FVRA = Formae Urbis Romae antiquae, delineaverunt Kiepert et Huelsen[2] 1912.
Forsch. Ephes. = Forschungen in Ephesos, veröffentlicht vom Österreichischen Archäologischen Institut.
GL = Grammatici Latini rec. Keil.

Gradenwitz Simulacra = Bruns, Fontes iuris Romani ed. Gradenwitz. Additamentum, 1912.
Grueber Coins = Coins of the Roman Republic in the British Museum.
Gsell ILA = Inscriptions Latines de l'Algérie.
Heer Commodus = Philologus Suppl. 9.
Head HN² = Historia Numorum. 2. ed.
Herzog Tess. numm. = Tesserae nummulariae (= Abhandlungen der Gießener Hochschulgesellschaft), 1919.
Hirschfeld K. V.² = Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten bis auf Diocletian. 2. Auflage.
Hirschfeld V. G. = Unters. auf dem Gebiete der röm. Verwaltungsgesch. I, 1877.
HRF = Historicorum Romanorum Fragmenta ed. Peter.
HRR = Historicorum Romanorum Reliquiae ed. Peter.
IGR = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes.
Imhoof-Blumer Gr. Münz. = Abh. Ak. Münch. 1890.
Inscr. Br. Mus. = The Collection of Ancient Greek Inscriptions in the British Museum.
Jahresb. = Bursian, Jahresbericht über die Fortschritte der klass. Altertumswiss.
Jahresh. = Jahreshefte des Österreichischen Archäologischen Instituts.
Korr.-Bl. = Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift (Röm.-germ. Korrespondenzblatt.)
MAMA = Monumenta Asiae minoris antiqua.
Magie = D. Magie, De Romanorum ... vocabulis sollemnibus cet., 1904.
Mattingly Br. Mus. = Coins of the Roman Empire in the British Museum.
Migne Gr. = Migne, Patrologia, series Graeca.
Migne Lat. = Migne, Patrologia, series Latina.
Münsterberg Beamtenn. = Numism. Zeitschr. 1911. 1912. 1914.
N. Jahrb. = Neue Jahrbücher für das class. Altert.
Nachr. Gött. = Nachrichten von der Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen.
Not. d. sc. = Notizie degli scavi di antichità.
Notiz. archeol. = Notiziario archeologico.
ORF = Oratorum Romanorum fragmenta coll. H. Meyer.
P. Amh. = The Amherst Papyri.
P. Arch. = Archiv für Papyrusforschung.
P. Bibl. univ. Giss. = Schriften der hess. Hochschulen. Universität Gießen, 1931.
P. Bour. = Les Papyrus Bouriant. 1926.
P. Cair. Preis. = Griech. Urk. d. Aeg. Mus. zu Kairo, herausg. von F. Preisigke (= Schriften d. Wiss. Ges. in Straßburg, 8. H., 1911).
P. Chic. = Goodspeed, Studies in Class. Phil. 3 (1900): Papyri from Karanis.
P. Cornell = Greek Papyri in the library of Cornell University. 1926.
P. Fay. = Grenfell, Hunt, Hogarth, Fayûm towns and their papyri.
P. Flor. = Papiri Fiorentini.
P. Göt. = H. Frisk, Papyrus grecs de la bibliothèque municipale de Gothembourg. 1929.
P. Grenf. I = Grenfell, An Alexandrian erotic fragment etc., 1896.
P. Grenf. II = Grenfell and Hunt, New classical fragments etc., 1897.
PIR¹ = huius operis editio prior.
PIR² = huius operis editio nostra.
P. Lond. = Greek papyri in the Brit. Museum.
P. Oxy. = The Oxyrhynchus Papyri.
P. Rein. = Th. Reinach, Papyrus grecs et démotiques, 1905.
P. Ross. Georg. = Papyri russischer u. georgischer Sammlungen, herausgeg. von G. Zereteli II. 1929. III. 1930.

P. Ryl. = Catalogue of the Greek Papyri in the John Rylands library Manchester.
PSI = Papiri greci e latini, pubblicazioni della società Italiana.
P. Straßb. = Griechische Papyrus zu Straßburg.
P. Teb. = The Tebtunis Papyri.
Paton-Hicks = Paton and Hicks, Inscr. of Cos, 1891.
Preisigke BL = Berichtigungsliste.
„ SB = Sammelbuch.
Princeton Univ. Syria 3A = Publications of the Princeton University Archaeological Expedition to Syria in 1904—1905 and 1909. Part III Section A.
RE = Pauly-Wissowa-Kroll, Real-Encyclopädie der class. Altertumswiss.
RgdA = Res gestae divi Augusti.
RIC = Mattingly-Sydenham, The Roman Imperial Coinage.
Rostowzew Tess. syll. = Tesserarum urbis Romae et suburbi plumbearum sylloge, 1903.
SEG = Supplementum Epigraphicum Graecum.
Sardis = Publications of the Amer. Society for the excavation of Sardis. Vol. VII: Greek and Latin Inscriptions, 1932.
Sav. Z. = Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte. Romanistische Abteilung.
Stud. Pal. = Studien zur Palaeographie und Papyruskunde.
TAM = Tituli Asiae Minoris.
Ueberweg-Praechter[12] = Ueberweg, Grundriß der Geschichte der Philosophie I. 12. Aufl. von Praechter (1926).
Vollmer IBR = Inscriptiones Baiuariae Romanae.
WfklPh = Wochenschrift für klass. Philologie.
Wadd. = Le Bas-Waddington, Voyage archéologique en Grèce et en Asie-Mineure. Inscriptions.
Wadd. Rec. d. monn. gr. As. = Waddington-Babelon-Reinach, Recueil général des monnaies grecques d'Asie-Mineure.
Weber Hadrian = Untersuchungen zur Geschichte des Kaisers Hadrian, 1907.
Wessely Text. Gr. = Textus Graeci (= Studien zur Palaeographie und Papyruskunde XX. XXII).
ZDMG = Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.
ZöGy = Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien.

In subscriptione uniuscuiusque articuli siglis usi sumus Gr. = Groag
St. = Stein.

ADDENDA ET CORRIGENDA

A.

— A . . . lius Titanianus *vide sub Titaniano.*

18a P. Abullius (*potius quam* Abuleius) Lucullus, cuius cornicularius M. Val. Crescens eques legionis VI victricis *t. Treverum dedicavit Trierer Ztschr. 6 (1931), 155 (cum imagine). Videtur procurator provinciae Belgicae intra a. fere 70 et 120, quibus legio VI victrix in Germania inferiore tendebat. St.*

21a ABVRNIVS VALENS, cui medicamentum praeparavit Pompeius Sabinus *Galen. 13, 1027 K.* (Σαβέρνιος Οὐάλενς *ib. p. 1021). Nescio quis ex Aburniis Valentibus.* *Gr.*

21b C. ABVRNIVS VALENS, consul suffectus cum C. Iulio Proculo ex kal. Sept. usque ad finem a. 109 *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 190 tab. 2 v. 8; dipl. mil. Compt. rend. 1935, 408 sq.* (d. 14 m. Oct.). *Eundem crediderim* Aburnium Valentem iuris consultum, cuius libri fideicommissorum VII adhibiti sunt in digestis *(dig. 1, 2, 2, 53; 4, 4, 33; 32, 78, 6; 32, 94; ind., cf. praeterea ib. 36, 4, 15; Lenel Palingenesia 2, 1201 sqq. Krüger Gesch. d. Quell. d. röm. R.*[2] *188 sqq.); Calza sane et De Francisci Not. d. sc. l. l. et Huelsen Rh. Mus. 82, 365 et Stein (per litteras) auctorem iuris eundem putant atque* L. Fulvium C. f. Popinia Aburnium Valentem *(VI 1421 = D. 1051), quem consulis a. 109 filium fuisse veri simile est; cf. de hac re Jahresh. 29 B. 185.* *Gr.*

— CL(AVDIVS) ACILIVS CLEOBVLVS *potius quam* Cleoboles, *v. C 768.*

58a **Sex. Acilius Fuscus,** vir egregius, procurator Aug(ustorum) n(ostrorum) trium provinciarum (Galliarum), qui posuit P. Licinio Cornelio Salonino Valeriano nobilissimo Caesari *(intra a. 257 et 261) t. urbanum Not. d. sc. 1933, 505 = Ann. ép. 1934, 161.* *St.*

62 ACILIVS (GLABRIO?) *v. infra ad n. 67.*

64a [ACILIVS] GLAB[RIO] *nescio quis,* [leg?]atus pr. [pr.?] . . . . . , *memoratur in frustulo Romae in foro Augusti rep. Not. d. sc. 1933, 468, 93. De consule a. 152 (A 73) cogitat Paribeni l. l., sed obstat, quod litterarum formam aevum inferius indicare adnotat idem.* *Gr.*

67 M'. ACILIVS GLABRIO. *Statium in carmine de bello Germanico Domitiani verba facere de* Acilio (Glabrione?) *n. 62, non de Glabrione cos. a. 91, censuit Ercole Riv. Indogr.-ital. 15, 1931, 43 sqq. recte ut videtur.* *Gr.*

82 L. ACILIVS STRABO disceptator agrorum Cyrenensium *(Tac. a. 14, 18) primis Neronis temporibus etiamtum, ut apparet ex t. Cyrenensi bilingui*

Docum. Afr. Ital. 2, 129, 137 t. XLVII. XLVIII = Ann. ép. 1934, 260: [Nero] Claudius — — — per L. Acilium Strabonem legatum suum fines occupatos a privatis populo Romano restituit. *Gr.*

— Ti. Claudius Liberalis Aebutianus *v. A 111.*

— Aegippius, *signum* L. Mussi Aemiliani.

125a Aelius .... us, vir egregius, dux *ut videtur* vexil(lationum) [le]g(ionum) quattuor Pannoniae *(sc. legionum I adiutricis et II adiutricis et X geminae et XIIII geminae) t. Poetovionensis Ann. ép. 1934, 223. Cf. A 129. St.*

145 P. Aelius Aristides Theodorus. *Carmen servatum in fragmento t. Pergameni Wiegand Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 53 sq., 6, quod Ad. Wilhelm S. Ber. Ak. Berl. 1933, 836—846 illustravit, hymnum esse Aesculapio dicatum ab Aristide R. Herzog demum ib. 1934, 753—770 sagaciter perspexit. Duas alias dedicationes eius Cyzici se invenisse commemorat L. Robert Rev. arch. 3 (1934), 89 mox editurus. St.*

184 P. AELIVS HADRIANVS = IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. *p. 30:* Olympius *in titulis latinis Athenis positis a coloniis Diensium III 7281 et Troadensium III 7282,* Iuppiter Olympius *in titulo gemello Parii et Priapi posito III 374 (cf. 13669) = D. 320. St.*

192a Aelius Homullus, ἐπιτροπεύων Athenis *IG* $2/3^2$, *5187 (= 3, 392); dubitaveris fueritne procurator Augusti quaeque ratio intercedat inter eum et Cn. Pompeium Homullum Aelium Gracilem Cassianum Longinum. St.*

200 L. AELIVS LAMIA. *In consulatu:* Λευκίῳ Αἰλ[ί]ῳ Λαμίᾳ *Corinth Gr. Inscr. 14, melius Gnomon 1933, 416.* L. Ael. *tess. nummul. Babelon Aréthuse 1928, 16 n. 28. Gr.*

204 L. (AELIVS) LAMIA AELIANVS. *In consulatu:* ..... Aelianus *Not. d. sc. 1934, 254 tab. 6 v. 4 fasti Ostienses. Gr.*

212 **Aelius Mamertinus.** *Idem potest esse* Mamertinus *P. Lond. 3 p. LXXI n. 1283 verso (saec. III ut videtur). St.*

226 Aelius Nico. *Eiusdem* [Νίκων]ος *esse t. isopsephum Pergamenum Ath. Mitt. 35, 481, 70 bene vidit R. Herzog ap. Hepding Philol. 88, 100, 53. St.*

249a Aelius Saturninus, maritus Cassi(a)e Faretri(a)e, clarissimae feminae *t. christianus urbanus Diehl ILChr. 158; saec. III videtur. St.*

255 L. AELIVS SEIANVS. *Ad eum spectant verba* sublato hoste perniciosissimo populi Romani *t. Interamnas* a. 32 *dedicatus XI 4170 = D. 157.* E spadonibus eius Paezon *Plin. n. h. 7, 129. St.*

282a (AELIA), Q. Aelii Tuberonis iuris consulti filia, C. Cassii Longini iuris consulti *(C 501)* mater *Pompon. dig. 1, 2, 2, 51. Gr.*

299a [A]elia Marciana, uxor Cossin ... *(primipili ut videtur), nominatur* inter matronas adstantes ludis saecularibus a. 204 *Not. d. sc. 1931, 341 sqq., v. 29 = Hülsen Rh. Mus. 1932, 389. St.*

326 M. AEMILIVS ..... *idem est atque* M. Cutius Priscus Messius Rusticus

Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus, *ut apparet ex t. urbano Not. d. sc. 1933, 433, 4. V. infra in Messiis.* *Gr.*

335a L. Aemilius Balbus Avitus *(vel* Avitius) Cass[ianus?], *cui Lambaesi posuerunt t. sepulcralem* Sextilia Tertul[la?] [uxor?] cum..... Marciana sorore *VIII 3354/5. Idem videtur* ... ilius Balbus, tr[ibunus militum] (laticlavius, *cum primo loco recenseatur)* (legionis III Augustae), qui, *una cum aliis tribunis militum ut videtur,* L. Novio Crispino legato posuit *t. Lambaesitanum VIII 18273 a. 149.* *Gr.*

338 L. AEMILIVS CARVS. *Ab hoc diversus videtur* L. Aemilius Carus, qui una cum Ascalonitanis et filiis suis Luciis Aemiliis Apollonide et Vibiano Zenodoro posuit *t. Atticum IG 2/3², 2810.* *Gr.*

350 L. AEMILIVS HONORATVS. Λούκιος Αἰμί[λι]ος [Ὁ]νωρᾶτος, ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος (Ponti et Bithyniae) dedicavit *t. (mutilum) Amastrianum Jahresh. 28 B. 74, 22.* *Gr.*

355 L. AEMILIVS IVNCVS. *T. 1 iam IG 2/3², 4210. Titulum IG 3, 622 a pleniorem ed. Kirchner IG 2/3², 4512:* ..... α Αἰμ[ιλ]ίου Ἰούνκο[υ θυγάτηρ, Ὀκτ?]αου[ίο]υ Ἰούνκου γ[υνή] κτλ. *IG 3, 70 = 2/3², 3194. — Iuncum post consulatum legati Aug. pr. pr. munere in Achaia functum esse statuerunt Kolbe Ath. Mitt. 46, 125 sqq. Kirchner ad IG 2/3², 2021. 4210 recte ut videtur (aliter iudicat Graindor Athènes sous Hadr. 21 sqq.).* *Gr.*

369 M. AEMILIVS LEPIDVS. *Consulatus indicatur in tesseris nummulariis Babelon Aréthuse 1928, 16 sq. n. 25* (XVI k. Febr. M. Lepid. L. Arrun. cos.). *26* (k. Mar. M. Lep. L. Arr. cos.). *31 = Herzog n. 84* (XIV k. Dec. M. Lep. L. Noni. cos.). — *Honoratur t. in insula Co rep. (Bull. mus. imp. Rom. 3, 1932, 9, 6 = Ann. ép. 1934, 87):* Ὁ δᾶμος Μᾶρκον Αἰμίλιον Λέπιδον τὸ δεύτερον ἀνθύπατον, τὸν ἑαυτοῦ πάτρωνα καὶ εὐεργέταν. *Itaque Asiam rexit a. 21—23 p. C.* *Gr.*

377a L. AEMILIVS LONGVS, consul suffectus ultimo nundinio a. 146 cum Q. Cornelio Proculo *fasti Ostienses Not. d. sc. 1934, 256 tab. 7 v. 15.* *Gr.*

— Aemilia Clementina *v. infra n. 416 a.*

416a AEMILIA IVNIA C[LEMEN]TINA *v. vol. 1 add. 416 a. Ad eandem domum pertinet fortasse* Aemilia Clementina, cuius servus posuit *t. VI 36778.* *Gr.*

425 Aemilia Pudentilla. Tutor eius Cassius Longinus *Apul. apol. 101.* *St.*

— Claudius Agathinus.

457a AGILIVS(?) COSMIANVS *(sic cod. Iust.,* cominio *fragm. Vat.,* agilius *vel* atilius cosmianus *pap.).* Consularis *(i. e.* legatus Aug. pr. pr. Syriae Coeles) *pap. Durae rep., Rostovtzeff Münch. Beitr. z. Papyrusforsch. 19 (1934), 370; saec. III scripta.* Ad eum imperator Philippus a. 249 rescripsit *cod. Iust. 8, 55, 1 = fragm. Vat. 272.* *St.*

457b AGLAVS, proconsule (Cretae) Diocletiano et Maximiano Augustis posuit *t. Gortynium Ann. ép. 1934, 259.* *Gr.*

464a Agrius Phoebus, *qui nominatur* in testamento Dasumii *inter legatarios honestiores VI 10229 v. 25.* *St.*

466a Agrius Servatus, in testamento Dasumii *VI 10229 v. 25.* *St.*

468a AIACE MAXIMA, clarissima femina *fistula plumbea aq. rep. prope Baias Not. d. sc. 1932, 301* (Aiaces Maximaes). *Gr.*

470 Q. AIACIVS MODESTVS CRESCENTIANVS, XV vir sacris faciundis *memoratur in fragmento actorum lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 342 tab. 10 v. 10 (v. 31) = Rh. Mus. 1932, 389.* *Gr.*

481a ......ALBINVS, proconsul Asiae *(non ante constitutionem Antoninianam ut videtur) t. prope Sardis rep. Sardis 7, 129 = Ann. ép. 1933, 258. Idem fortasse* M. Nummius Umbrius Primus Senecio Albinus cos. a. 206. *V. infra in Nummiis.* *Gr.*

— M. NVMMIVS SENECIO ALBINVS.

— Claudia Alcia.

— MARCIA ANNIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS *(non* MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS).

512 ALEXANDRIA. Liberi: Claudius Ca[s]sius *(vel* Ca[e]sius) Agrippinus, C[la]udia V[e]ttia(?) Agrippina, (Claudia) Maeciana Alexandr(i)a, Claudia Dryantilla Platonis *IGR 3, 500 II 78–III 4. Cf. stemma ad p. 166.* *St.*

534 P. ALFIVS MAXIMVS. *Pleniorem dedit t. Ancyranum Ramsay Journ. Rom. St. 12, 165 sq., qui hunc t. anno 101 vindicat nescio num recte.* *Gr.*

— Ti. Alienus Caecina *v. C 98.*

541 C. Al(l)ius ..... *delendum cf. C 240.*

544 C. ALLIVS FVSCIANVS, ὑπατικός honoratur *t. Geraseno Ann. ép. 1935, 84 (3). Fasces ergo gessit legatus etiamtum Arabiae.* *Gr.*

545 C. ALLIVS FVSCVS *videtur idem atque* Allius Fuscus co(n)s(ularis) *i. e.* legatus Aug. pr. pr. Germaniae inferioris, *qui memoratur in t. Agrippinensi,* quem posuit Vettius Rufinus centurio *Germ. 19, 1935, 131.* *Gr.*

547 Q. ALLIVS MAXIMVS, legatus (Q. Marcii Bareae proconsulis Africae II) pro pr. II intra d. 25 m. Jan. a. 42/3, patronus (Hipponensium Regiorum) dedicavit *t. Ann. ép. 1935, 32 Hippone Regio.* *Gr.*

617 L. ANNAEVS SENECA. Libertus eius Cleonicus *Tac. a. 15, 45.* Inter amicos Cornelius Senecio *Sen. epist. 101, 1–4.* *St.*

623a C. ANNIANVS VER[VS], consul suffectus (m. Sept. et Oct.?) a. 146 cum Q. Voconio Saxa *fasti Ostienses Not. d. sc. 1934, 256 tab. 7 v. 14. Idem fortasse* Annianus poeta *(n. 623).* *Gr.*

633 C. ANNIVS ANVLLINVS GEMINVS PERCENNIANVS. *Idem fortasse* ..... ος Περκιννια[νὸς ὁ κράτιστος?] ταμίας (quaestor Asiae?) *t. Ephesius ineditus (in schedis Inst. arch. Austr.).* *Gr.*

648 M. ANNIVS FLAVIVS LIBO. Consulatus eius *indicatur in folio membranaceo Durae rep.* (Φλαυίου Ἀννίου Λίβωνος) *Welles Münch. Beitr. z. Papyrusforsch. 19 (1934), 389.* *Gr.*

654 APPIVS ANNIVS GALLVS *memoratur in t. mutilo Delphico filiae Ditt.*[3] *859 E, melius Fouill. de Delphes 3, 3, 51 n. 67 (6):* Ἀππίου Γάλλ.... *Cf. praeterea infra ad A 720.* *Gr.*

662 L. ANNIVS LARGVS, consul suffectus ex kal. Mart. usque ad kal. Maias a. 109 *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 188 sq. tab. 2 v. 6.* *Gr.*

697 M. ANNIVS VERVS = IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. Nupta ei est Annia Faustina a. 145 *fasti Ostienses Not. d. sc. 1934, 256 tab. 7 v. 3.* A. 152 filius natus est (Hadrianus *puto) ib. 259 tab. 8 v. 10. Incertum num unus ex liberis fuerit* M. Aureli Caes(aris), *qui* eodem anno excess[it] *ib. v. 9.* *St.*

706 APPIA ANNIA CLAVDIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA. *Tit. 2 melius editus est Fouilles de Delphes 3, 3, 68 (cum imagine p. 52):* [Ἀνν]ίαν Κλαυδίαν [Ἀτει]λίαν Ῥήγιλλαν Ἀγριππ[εῖ]ναν Ἐλπινίκην Ἀπ[πίαν] Πῶλλαν. *Nomina igitur plena ei fuerunt ut supra scripta sunt (cf. infra p. 261).* *St.*

708 ANNIA CORNIFICIA FAVSTINA. Domus Cornificiae *reg. urb. 12 p. 374 Richter Topogr.*[2]*; cf. infra C 1505.* *St.*

716 ANNIA GALERIA FAVSTINA (II) = FAVSTINC AVGVSTA. Annia Faustina M. Aurelio Caesari nupsi[t] a. 145 *fasti Ostienses Not. d. sc. 1934, 256 tab. 7 v. 3.* [An]nia Faustina filius n[atus est] a. 152 (Hadrianus *ni fallor) ib. 259 tab. 8 v. 10.* *St.*

720 APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAVCIDIA TERTVLLA. *T. 5 iam editus est IG 2/3*[2]*, 3607; t. 6 = Corinth Gr. inscr. 86; t. 7–9 = Fouilles de Delphes 3, 3, 71. 72. 67 (cum imaginibus); 11–13 ib. 68–70.*

Ἀππίαν Ἀννίαν ...ε.... τυλλαν *t. 9.* Filia Appii (Annii) Galli *ib. In eodem monumento quo memoratur Herodes (v. infra C 802 t. 13) ea ipsa nominatur:* Ῥηγίλλης ὁ χῶρος *adn. ad IG 2/3*[2]*, 5189 =* Πρακτ. *1933, 32. Titulus Atticus prope Cephisium rep. Le Bas, Rev. arch. 1844, 52 v. 10:* Ῥηγίλλης Ἀππίου [Ἀννί]ου ..... *Cf. Graindor Hérode Atticus et sa famille (1930), 81–100.* *St.*

742 Antiochus. *Pro* 'interfectus' *scr.* 'interfecti'. *St.*

768 ANTISTIVS VETVS. Antistius Vetus *inscr. parietaria Pompeiana Not. d. sc. 1933, 290, 136.* *Gr.*

781 M. ANTIVS CRESCENS CALPVRNIANVS. *Ad hunc pertinere videtur fragmentum in foro Ulpio rep. Not. d. sc. 1933, 493, 167* ..... dedicata id[ibus] ..... so et Antio C ....., *ubi curatores aedium sacrarum et operum locorumque publicorum memorari magis crediderim quam consules suffectos a. inc., id quod posuit Paribeni l. l.* *Gr.*

824 Antonius Diogenes. *Papyrus memorata supra iam edita est PSI 10, 1177. Cf. Zimmermann Phil. Woch. 1935, 474–480.* *St.*

832a CN. ANTONIVS FVSCVS, consul suffectus cum C. Iulio Philopappo ex kal. Mais usque in kal. Sept. a. 109 *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 190 tab. 2 v.*

7. *Idem fortasse* Cn. Antonius Cn. f. Fuscus, qui Silvano aediculam dedicavit *VI 589 = D. 5454.* *Gr.*

834 M. ANTONIVS GORDIANVS = IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG. (II). Gordiani filius, qui contubernio patris praefectus praetorio intererat *Vict. Caes. 27, 1 (errore, cf. Hohl Klio 27, 155 adn.).* *St.*

859 M. ANTONIVS PALLAS. *Cf. C 39.*

862 Antonius Polemo. Demostheni oratori celeberrimo statuam posuit Pergami *Wiegand Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 49, 14.* *St.*

869 M. ANTONIVS RVFINVS, *pater fortasse* Naeviae Antoniae Rufinae M. filiae *(VI 1469 = 31663. 1470).* *Gr.*

877 L. Antonius Silo. *Praenomen additur VI 38932 a.* Primopilaris *ib.* *St.*

885 ANTONIA minor = ANTONIA AVGVSTA. Kal. Aug. a. 10 ante C. Luguduni enixa est Claudium *(v. infra C 942).* *St.*

888 Antonia Caenis. Balin(eum) Caenidianum *t. urbanus Mem. of the Amer. Acad. in Rome 10 (1932), 73. Adde titulum servi eius VI 4057.* *St.*

— CL(AVDIVS) APELLINVS.

— P. COELIVS APOLLINARIS.

923a Apol[l]onides, ὁ κράτιστος ἀρχιπροφήτης *templi cuiusdam* in nomo Arsinoita *P. Gen. 7 = Wilcken Chrest. 80, saec. I p. C. Valde dubites, num idem fuerit archiereus Aegypti, cf. W. Otto Priester u. Tempel 1, 240 sq., 2.* *St.*

931a Apollonius *cognomento* Dyscolus, Alexandrinus, filius Mnesithei et Ariadnae, grammaticus graecus, in paupertate vivebat. Romam venit imperante Marco (Μάρκου 'Αντωνίου *vita, perperam),* cui amicus fuit. Vixit in ea parte Alexandreae quae appellabatur Bruchion, ubi mortuus est. Filius Herodianus grammaticus. — Scripsit permultos libros ad artem grammaticam pertinentes *vita Apollonii, gramm. gr. 2, 3 p. XI sq. R. Schneider. Suid.* Α *3422 Adler. Cf. Cohn RE 2, 136–139, 81. Christ-Schmid 2[6], 883–887. Thierfelder Abh. Ges. Leipz. 43, 2 (1935).* *St.*

— APPIA ANNIA CLAVDIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA *(A 706 add. supra in hoc vol.).*

— APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAVCIDIA TERTVLLA *(A 720 add. supra in hoc. vol.).*

1013a ARADIVS RVFINVS *nescio quis Syriam (Coelen?) rexit aliquanto ante medium saeculum quartum, ut apparet ex epistula Libanii (737) ad Aradium Rufinum comitem Orientis a. 363/364 data:* ἐγὼ τοίνυν ἐνθυμούμενος, ὡς ἡδέως μοι διηγοῦ περὶ τῆς εἰκόνος, ἥ σε ἐδίδαξεν, ὡς ὁ σὸς πρόγονος ἄρξειεν ἡμῶν, θύειν γὰρ ἔφησθα τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον τῇ ἡμᾶς ἐχούσῃ Καλλιόπῃ κτλ. *Idem mihi videtur esse* Rufinus, qui postquam Odaenathum seniorem interemit, ab Odaenatho iuniore accusatus est apud imp. Gallienum *Petr. Patr. exc. de sent. 166 p. 266 Boiss.* *Gr.*

1033 Aretas (IV), rex Nabataeorum. *Accedit titulus ei,* liberis, uxori *positus loco dicto Ramm, Rev. bibl. 42, 408 (cum imagine tab. 24).* — Aretas ὁ τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων φύλαρχος, qui imperatori Claudio epistulam scripsit de curatione per aves curanda *Lyd. de mens. 4, 104, vix idem. St.*

— Marcianus Aristides.

1048a **Aristius O[pta]tus,** vir perfectissimus, praefectus (Aegypti) (ὁ διασημότατος ἔπαρχος) a. 297 *Ét. de papyrol. 2, 1 (1933), 4 sq. = Bilabel SB 7622. Possis conicere eidem* Α[.....]ῳ [.....]ῳ τῷ διασημοτάτῳ ἐ[πάρχῳ Αἰγύπτου] *datum esse libellum P. Oxy. 17, 2133, saec. III exeunte. St.*

1067 Arnuphis. *Idem, ut recte observavit R. Egger Gnomon 10, 583 sq.,* Ἀρνοῦφις, ἱερογραμματεὺς τῆς Αἰγύπτου *t. Aquileiensis Brusin Scavi di Aquileia 166. St.*

1073a [Ar]recina *(sic potius quam* [G]recina *suppleverim)* Au[g]urina, una ex puellis quae ludis saecularibus a. 204 carmen cecinerunt *acta lud. saec. Not. d. sc. 1931, 345 v. 90 = Huelsen Rh. Mus. 1932, 394. Huius nomen distinguendum esse ab eius quae praecedit* Domitiae Diotim[ae] *vidit Diehl S.Ber.Ak.Berl. 1932, 791. St.*

1075a ARRIAN(VS), consul *(suffectus a. inc.)* cum Severo *XV 244. 552. V.* Flavius Arrianus. *Gr.*

1076 ARRIANVS. *Cf. C 1140.*

1088 C. ARRIVS ANTONINVS. *Stemma (p. 214) corrigendum est cf. C 1583.*

1089 C. ARRIVS ANTONINVS. *Cf. C 1583.*

1099 M. ARRIVS MAXIMVS. *Tegula Populoniae rep. Not. d. sc. 1934, 421:* M. Arri Max. *Gr.*

— [C. AVFIDIVS] VICTORINVS — — — ARRIVS PAVL[INVS?] ..... [CO]CCEIVS GALL[VS] *v. infra A 1393.*

1118a AR[RIA] CALP[VRNIA], Torquati filia, Bellici Tebaniani uxor *IG 2/3², 3548a; v. infra B 102. Patrem Arriae* D. Iunium Silanum Torquatum cos. a. 53 *putat Ad. Wilhelm Anz. Ak. Wien 1935, 89 sq. — Ad eandem domum videtur pertinere* Ἀρρία Ἀθήνιον *IG 2/3², 2776 cf. 2810. 3596. 5063a (Wilhelm l. l.). Gr.*

— A. Curtius Crispinus Arruntianus.

1141a Arruntius [C]laudianus, qui balneum Xanthi dedicavit *TAM 2, 361; cf. infra C 753. St.*

1155 Artabanus (III), rex Parthorum. *Idem significatur* βασιλεὺς βασιλέων Ἀρσάκης a. 21 *t. Susianus quem edidit Cumont Compt. rend. 1932, 240—244, illustravit tam diserte quam docte A. Wilhelm Anz. Ak. Wien 1934, 45—66. St.*

1165a [A]rtaxares, rex Adiabenorum, unus ex iis quos supplices ad se confugisse tradit Augustus *res g. c. 32. St.*

— T. Flavius Asclepas.

— TI. CATIVS ASCONIVS SILIVS ITALICVS *v. infra in Siliis.*

1207 [C. ASCONIVS?] SA[RDVS? ..... SECVN?]DVS P. CESTI[VS ..... SV]-BRIVS DEXTER *(sic suppl. Stein RE 4 A 488 recte ut videtur)* ..... DV-CENIVS ..... *Gr.*

1218 Asidonia Galla. Eam et maritum (Φεἰδῳ καὶ Γάλλῃ) Memnonem audivisse *teste inscriptione in Memnonis crure incisa (Puchstein Epigrammata gr. p. 43 n. XX, male CIG 4758) recte vidit A. Wilhelm Mél. Maspero 2 (= Mém. de l'Inst. Fr. 67, 1934), 276–278.* *St.*

1222a C. Asinius .... anus honoratur a Coronaeis *t. graeco Arsberättelse Lund 1934/5, 1, 45. Diversus videtur a C. Asinio Nicomacho Juliano n. 1237 quippe aliquanto antiquior, cum honoris vocabulum* ὁ κράτιστος *non adiciatur.* *Gr.*

— MARCIA ANNIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS.

— M. ATILIVS ATTICVS BRADVA REGILLVS *v. infra C 785.*

— ATILIVS(?) COSMIANVS *v. supra add. in hoc vol. A 457 a.*

— APPIA ANNIA CLAVDIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.

1314 Atimetus. Medicamentum ab eo confectum *Galen. 12, 771.* *St.*

— APPIA ANNIA CLAVDIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.

— TI. CL. ATTICVS HERODIANVS.

1360 L. ATTIVS MACRO, legatus Aug. pr. pr. (*sc.* Pannoniae inferioris), consul designatus *t. Aquincensis mutilus, cuius mentionem facit Kuzsinszky Aquincum 1934, 215, 370 (5):* .. Attius Macro. *Gr.*

1370 ATTIA VIRIOLA. Orationem Plinii praedicat Apollinaris Sidonius *epist. 8, 10, 3.* *St.*

1393 C. AVFIDIVS VICTORINVS. *Plena eius nomina et honores omnes exhibuit t. permutilus nuper in foro Augusti repertus (Paribeni Not. d. sc. 1933, 468 sq., 94, imago p. 469), quem in basi statuae Victorino post mortem positae (cf. Dio exc. 72, 11, 1) fuisse crediderim. Titulum honores ordine quodam incerto ut videtur exhibentem in hunc fere modum restituerim (cf. Paribeni l. l.):* [C. Aufidio C. f. Mae]c(ia) *(tribum hic supplendam esse certum videtur, sane mirum Victorinum Maeciae adscriptum fuisse, quae in oppidis Umbriae non invenitur)* Victorino M(.) Ul[pio ...... Mar]-cellino Rhesio Pe[l(?) ......]o Rufo Arrio Paul[ino(?) ...... Co]cceio Gall[o] *(sic, non* Call .. *legendum esse apparet ex imagine photogr.; cf. praeterea C 1233)* ...., [cos. II, praefecto urbi, XV viro sacris faciund]is, sodali, fetia[li] *(errorem lapicidae hic subesse perspexit Paribeni; debuit esse vel* sodali (Hadrianali), fetiali *vel* sodali F[lav]iali), [sodali Antoniniano Veriano Ma]rciano, legato Aug[g. pr. pr. prov. Germaniae superioris, proconsuli provinci]ae Africae, leg(ato) A[ug. pr. pr. prov. Hispaniae citerior?]is et Baeticae *(quod si recte supplevit Paribeni, fortasse sumendum est Victorinum provincias Hispanias citeriorem*

et ulteriorem coniunctas rexisse quo tempore Baetica a Mauris vastata a senatu ad principem translata est [a. fere 173 cf. vita Sev. 2, 3. 4; vita Marci 21, 1], *sed potest etiam cogitari de supplemento* leg. A[ug. pr. pr. provinciae *nescio cuius*, praetori, legato pr. pr. Asiae *vel* Africae b]is et Baeticae), ... [comiti divorum Augg. Antonin]i et Veri i[n expeditione Germanica] ...... *Litterarum vestigia, quae in v. 10 supersunt, restitutionem certam non admittunt.* *Gr.*

— [Arr]ecina Augurina.

— Aur. Augustianus.

1402 C. AVIDIVS CASSIVS. *Accedunt tituli Syriae Rev. ét. gr. 1934, 252 sq. (12). Dunand Musée de Soueida (1934), 96, 197 (cum imagine tab. 28) (13).* Αὐ[ι]δίου Κασσίου *t. 12.* ..... υ Κασίου *t. 13.* Ὑπατικός *t. 12. 13,* λαμπρ(ότατ)ος *t. 13.* Pro salute imperatoris Veri *ib.* *St.*

1408 C. AVIDIVS NIGRINVS, consul suffectus cum Ti. Iulio Aquila altero nundinio a. 110 *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 190 tab. 2 v. 19:* ... idius Nigrinus. — *Nigrinum a. 117 Daciae (non Moesiae superiori) praefuisse iure suo docuit Premerstein S. Ber. Ak. Münch. 1934, 3, 40 sqq.* *Gr.*

1409 T. AVIDIVS QVIETVS, consul suffectus cum L. Eggio Marullo ex kal. Maiis *usque in kal. Sept. ut videtur* a. 111 *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 191 tab. 2 v. 24:* T. Avidius Quietus. *Gr.*

— Caecilia Avita.

— L. Aemilius Balbus Avitus (*vel* Avitius) Cass[ianus?].

1427 T. Aurelianus Nicostratus, *v. infra C 945.*

1440a Aurelius Alexander, Augustorum libertus, vir egregius, praepositus sacrarum cognitionum *t. Minturnensis* positus publice *Boll. assoc. st. medit. 4 (1933/4) n. 1. 2 tab. 8, 13 = 5 (1934/5) n. 6 p. 158 tab. 4, 2.* *St.*

1450a M. Aur(elius) Antonius, e(gregius) [v(ir)], sacerdos domus Augustae *VI 2010 II 25, temporibus Commodi.* *St.*

1463a Aur(elius) Augustianus, dux *(vexillationum per Macedoniam puto)* imperante Gallieno aram Iovi Optimo Maximo Lychnidi posuit *Ann. ép. 1934, 193.* *St.*

— M. AVRELIVS CONSIVS QVARTVS iunior *v. C 1283.*

1515 L. AVRELIVS GALLVS, consul suffectus (m. Iul. et Aug.?) a. 146 cum Cn. Terentio Iuniore *fasti Ostienses Not. d. sc. 1934, 256 tab. 7 v. 13:* L. Aurelius Gall... *Gr.*

1546 AVR. MARCELLINVS. *Cf.* Aurel(ius) Marcellinus, vir egregius, qui aram Iovi Optimo Maximo Tricornii posuit *Ann. ép. 1934, 183.* *St.*

1551 M. Aurelius Marcio. *Idem significatur* ἐπίτ[ροπος], cuius uxori Ael(iae) Maximi[llae] *(supra A 301) t. positus est a Trocnadibus (Tricomiae) III 6997 = IGR 4, 546.* *St.*

1563a Aur(elius) Num. Eleuther, e(gregius) [v(ir)], sacerdos domus Augustae temporibus Commodi *VI 2010 II 26.* *St.*

1567 **M. Aurelius Papirius Dionysius.** *P. Oxy. 8, 1110 non hic commemoratur, sed Aurelius Verianus (infra add. A 1629 a), supplendum est* Αὐρηλ[ίου Οὐηριανοῦ τοῦ λαμπροτά]του ἡγεμόνος. *Idem igitur, non Papirius Dionysius significatur P. Hamb. 81. Dionysius ergo Aegyptum non a. 188 administravit, sed paucos tantummodo menses aut a. 180/1 aut 183/4 aut 187/8, certe imperante Commodo aliquod tempus ante a. 189.* *St.*

1579a M. Aur(elius) Praepelaus, v(ir) [e(gregius, d(ecurio) f(actus)] in collegio sacerdotum domus Augustae Palatinae *(Commodi temporibus) VI 2010 b, 13.* *St.*

1604 **M. Aurelius Sebastenus.** *Adde t. Tamusidensem Ann. ép. 1935, 170:* [pro]c. Aureli .... a. 215. *St.*

1610 IMP. CAESAR M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER AVG. Mense Iulio *(vel Iunio vel ante kal. Iunias, nescio cuius anni; indicatio diei intercidit:* .... u[l]ias) [Caesar (?) fact]us est et toga virili mu[tata?], *item mense Iulio aut Iunio (aut Maio)* primo consul designatus est *pap. lat. Durae rep. feriale quoddam continens, Rostovtzeff Excavations at Dura-Europos V. season (1934), 295 sq. tab. 31, 2 (cf. Münch. Beitr. z. Papyrusforsch. 19, 1934, 364).* *St.*

1616a M. Aur(elius) Theodorus, v(ir) [e(gregius), d(ecurio) f(actus)] in collegio sacerdotum domus Augustae Palatinae *(Commodi temporibus) VI 2010 b, 14.* *St.*

1618 Aurelius Theotropus. *Titulum iam habes SEG 6, 796; non legendum* λαμπροτάτης, *sed* λανπροτράπεζε. *St.*

1629a **Aurelius Verianus,** praefectus Aegypti, ὁ λαμπρότατος d. 12 m. Aug. a. 188 *papyrus Tebtyni rep., quam benigne mecum communicavit Vitelli (†). Inde cognoscitur eius, non M. Aurelii Papirii Dionysii (supra add. A 1567 in hoc vol.) nomen supplendum esse P. Oxy. 8,1110:* Αὐρηλ[ίου Οὐηριανοῦ τοῦ λαμπροτά]του ἡγεμόνος a. 188 *eundemque ni fallor intellegi P. Hamb. 81* a. 188 d. 8 m. Iun.: τοῦ λαμπροτάτου ἡγεμόνος. *St.*

— IMP. CAES. L. AVRELIVS VERVS AVGVSTVS = L. CEIONIVS COMMODVS *(infra C 606).*

1676 [A]uspicatus. *VI 10229 invenies etiam ap. D. 8379. Idem fortasse* A. Curtius Auspicatus Titinnianus *infra C 1609 a.* *St.*

B.

30 Baebius Valerius Firmus. *Imaginem tituli Philippensis habes Bull. hell. 1935, 129.* *St.*

38 Balbillus. *Cf. infra C 813 cum add.*

40a .... CIVS BALBVS, legatus pro praetore (Asiae), patronus Coi, honoratur publice *t. mutilo in insula Co rep. Bull. mus. imp. Rom. 3, 1932, 5, 2 = Ann. ép. 1934, 85. Fortasse* [Pac]cius Balbus. *Gr.*

— L. Aemilius Balbus Avitus (*vel* Avitius) Cass[ianus?].

55 BAREA SORANVS. *Ad hunc rettulit Graindor fragmentum t. Attici IG 2/3², 3792, ubi legitur* ὁ δῆμος ..... ου ὑὸν Σωρ ..... *Gr.*

65a BASSAEVS ..... ANVS, inter pueros (clarissimos), *qui* ludis saecularibus a. 204 *Troiam luserunt ut videtur VI 32334 v. 7.* *Gr.*

— C. IVLIVS QVADRATVS BASSVS.

91 Bathyllus. *Memoratur praeterea Crinagoras anth. Pal. 9, 542 = n. 40 R.* *St.*

97 C. BELLICVS CALPVRNIVS TORQVATVS. *Consulatus eius indicatur in dipl. mil. Not. d. sc. 1931, 638* (pri. k. Mart.): C. Bellicius Torquatus. *Gr.*

102 C. BELLICVS NATALIS TEBANIANVS. *Huius ni fallor uxor* 'Αρ[ρία] Τορκ[ο]υάτου θ[υ]γάτηρ Καλπ[ουρνία Βελ]λεὶκου Τηβα[νιανοῦ γυν]ή *memoratur in t. Attico mutilo IG 2/3², 3548 a p. 351 (imago Hesperia 3, 73), quem recte restituit A. Wilhelm Anz. Ak. Wien 1935, 83—90. Tebanianus videtur is qui fasces gessit a. 87; nam* Ti. Claudius Oenophilus ἱεροφαντήσας, quem statua honoravit Ar[ria] Calp[urnia] *ut patrem adoptivum* (τὸν [ποιητ]ὸν [πατέρ]α, *suppl. Wilhelm), videtur (ut probabiliter coniecit vir hic doctissimus) idem esse atque* Τιβέριος Κλαύδιος 'Ιεροφάντης *IG 2/3², 3546, quem altera saec. I parte floruisse statuerunt Graindor Ath. de Tib. à Trajan 65, Kirchner ad t. (cf. Wilhelm l.l.). Apparet nomina posterorum Tebaniani, quae sunt* Calpurnius Torquatus, *deducta esse a stirpe materna. — Tebaniani cognomen derivatum esse a* P. Tebano Gavidio Latiare *IX 3602 = D. 973 suspicatur Wilhelm p. 88 monens necessitudinem videri intercessisse inter hunc et domum Herodae sophistae (cf. infra add. C 802).* *Gr.*

— [Bel]licus Teba[nianus] *v. supra n. 102.*

104 C. BELLICIVS TORQVATVS. *In consulatu:* C. Bellicius Torquatus (III k. Martias) *Bellino Inscr. Rom. de Braga 1895 p. XI. Vel huius vel consulis a. 148 (n. 97) consulatus indicatur in t. Not. d. sc. 1935, 97, 51:* ὑπάτω Βελλικίο *(sic)* Τορκουάτω. *Gr.*

— Caecilius Bion.

139 BO .... *Fortasse supplendum* Bo[nonius], *cf. infra n. 144 a.* *Gr.*

144a BONONIVS QVINTILIANVS, proconsul (Asiae), *memoratur in t.* lictoris proxumi *Pergameno Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 36 n. 15. Idem fortasse* Quintilianus, legatus consularis Moesiae inferioris sub Antonino Severi filio (*v.* Quintilianus). *Cf. supra n. 139.* *Gr.*

146 Bonosus. *Nummos habes etiam ap. RIC 5, 2, 592.* *St.*

165 C. BRVTTIVS PRAESENS. Consulatus eius alter *indicatur in folio membranaceo Durae reperto Münch. Beitr. z. Papyrusforsch. 19, 382:* [ἐπ]

ὑπ]άτων Βρουντίου *(sic)* Πραίσεντι τὸ δεύτερον καὶ Ἰουλίου Οὐήρου τὸ δεύτερον *(apparet (Cn.) Iulium Verum defunctum esse antequam consulatum alterum iniret).* *Gr.*

170 BRVTTIA CRISPINA = CRISPINA AVGVSTA. *Adde titulum Chium quo* honoratur publice Κρισπεῖνα Σεβαστή *IGR 4, 935.* *St.*

— Tib. Claudius Bucolas.

176 Burrus. *Cum Parthenium patrem eius Ti. Claudium audire appareat ex VI 8761 (cf. p. 3463) = D. 1736 (vide infra add. C 951 a), ad eum pertinere videtur fistula aquaria urbana XV 7897, ubi legitur* Ti. Claudius Burrus. *St.*

C.

15a L. Caecilius ... *videtur fuisse septemvir epulonum temporibus fere Neronis cf. t. urbanum* positum a. 98 *Not. d. sc. 1934, 215, ubi memoratur* L. Caecilius Thalamus calator Pompei Gemini (septemviri epulonum). *Gr.*

65 Caecilius Natalis. *De origine Cirtensi v. J. H. van Haeringen, Mnemosyne 1936, 29—32.* *St.*

67 **M. Caecilius Numa.** *Idem videtur nominari* .... cili. Numa proc ..... *in fragmento tituli bilinguis Ephesii servati in schedis Inst. archaeol. Austr.* *St.*

82 CAECILIVS SERVILIANVS. *Aliter de t. 2 iudicavit De' Robertis Hist. 9, 250 sqq.* *Gr.*

— (Flavius) Callaischrus.

257 Calpurnius Celerianus. *Idem fortasse* ..... rianus proc(urator), qui Hadriano posuit *t. (iam mutilum) Ephesium adhuc ineditum (in schedis Inst. archaeol. Austr.).* *Gr.*

303 L. CALPVRNIVS PROCVLVS *v. n. 306 a.*

306a CALPVRNIVS REGINNIANVS, ὑπατικός, cuius ἐπίτροπος Κλαύδιος Μακαρεύς *memoratur in papyro Brem. Staatsbibl. Inv. 57 inedita, de qua nos certiores fecit Wilcken, in cuius editione 'Bremer Papyri' erit n. 74. Aetas Reginniani eo determinatur, quod haec epistula pertinet ad acta* Apollonii strategi nomi Apollonopolitae *quem a. 113—120 hoc officio functum esse constat. — Pater fortasse* Calpurnii Reginiani *n. 307 nisi idem est; itaque hic non potest fuisse ex posteris L. Calpurnii Procli (n. 303) et Domitiae Reginae.* *Gr.*

— AR[RIA] CALP[VRNIA] *v. supra ad B 102.*

— CLAVDIVS CAPITOLINVS.

— L. Aemilius Balbus Avitus *(vel* Avitius) Cass[ianus?] *supra in hoc vol. add. A 335 a.*

— TI. CATIVS ASCONIVS SILIVS ITALICVS *v. in Siliis.*

— **M. Clodius Catullus.**

453 Cartimandua. *De nomine cf. Heraeus WfklPh 1916, 784.*

522 Cassius Severus. *V. 7 pro* 'odio' *scr.* 'odia'.

526a CASSIA FARETRIA, clarissima femina, Aelii Saturnini coniunx (Christiana) *t. sepulcralis rep. in coemeterio Callisti Diehl ILChr 158. 'Saec. III' adnotat editor.* *Gr.*

802 TIB. CLAVDIVS ATTICVS HERODES: *p. 181 v. 1 pro* 'filium' *scr.* filiam; *p. 181 ex.* epistulas item dedit ad (Ti. Claudium?) Iulianum *Philostr. v. soph. 2, 1, 7 p. 60 sq. K.; v. infra C 902. Notabile est hunc fasces gessisse cum C. Bellicio Torquato eodem fortasse qui consul fuerat a. 124 (vide supra B 99), cuius cognomen Tebanianus indicare videtur eum aliqua parentela coniunctum esse cum Herode, cf. supra ad B 102.* *St.*

813 **Ti. Claudius Balbillus.** Βάλβιλλος τ' ὁ σόφος *epigramma Thebis in crure Memnonis* a. 130 *incisum CIG 4730, ex lectione Peekii l. l.* nepos fuit regis Antiochi (IV) *(vide* C. Iulius Antiochus), filius *sive* C. Iuli Antiochi Epiphanis *sive* (Iuli) Callinici, *pleno nomine* (Iulius) Balbillus. *Sed mater quoque* βασιλῆϊς *fuit (v. 15), fortasse* Claudia Capitolina regina *(C 1085),* filia Claudi Balbilli, *quamvis miro casu videatur fieri, ut nomen Balbilli et in domo regia Commagenes et in gente unde oriunda erat Claudia Capitolina inveniatur. Videndum igitur est, num recte inscriptionem interpretatus sit Peek.* *St.*

— Ti. Claudius Burrus *v. add. in hoc vol. ad B 176 et C 951 a.*

852 **Claudius Diognetus.** *In epistula Ps. Iustini Molland Z. f. neutest. Wiss. 33, 302—305 eundem significari negat sine idonea causa.* *St.*

902 TI. CLAVDIVS IVLIANVS. *Epistulam Frontonis ad am. 1, 18 (p. 185 sq. N. = 2, 92 sq. Haines) pleniorem legit Hauler Wien. Stud. 53, 167—171. Idem vir doctus observat* Valerianum *in hac epistula memoratum eundem esse atque grammaticum cognominem (vita Pert. 12, 7).* *Gr.*

951a (Ti. Claudius) Parthenius. *Apud scriptores* Parthenius. Ti. Claudius Eutomus, Partheni Aug. liberti a quibiclo (= *cubiculo)* libertus *VI 8761 (cf. p. 3463) = D. 1736 eius fuit ex coniectura Mommseni, quae confirmatur reperta fistula aquaria urbana XV 7897 signata* Ti. Claudius Burrus *(filius eius, v. infra), unde efficit appellatum eum fuisse* Ti. Claudium Parthenium *libertatem videlicet accepisse a Nerone.*

Cubicularius imperatoris Domitiani *Suet. Dom. 16, 2. Dio exc. 67, 15, 1. Ioann. Antioch. exc. de insid. 44 p. 82 De Boor. epit. de Caes. 11, 11, cf. Martial. 4, 45, 2. tit.,* pugione ornatus *Dio l. l.* Multum valet potentia apud imperatorem *cf. Martial. 4, 78, 8.* Fautor Martialis, cui togam donavit *Mart. 8, 28; 9, 49.* Eum rogat Martialis ut tradat carmina sua imperatori (Domitiano) *5, 6;* (Nervae) *12, 11, 5,* ei librum XI epigrammatum misit (Saturnalibus a. 96) *11, 1, 3 sq.* Burri filii eius *(v. supra)* diem natalem quintum celebrat *4, 45,* Burrum eundem *memorat 5, 6, 6.* A. 96

Parthenius in Domitianum coniuravit *Suet. l.l. Dio l.l. et 17, 1.2. epit. l. l., cf. Tertull. apol. 35, 9.* Nerva operam dante Parthenio interfectore Domitiani imperator est factus *Eutr. 8, 1, 1 (= Oros. 7, 11, 1 qui errore eum spadonem dicit).* Nervam trepidantem confirmat *epit. 12, 2,* sed paulo post milites requisitum eum invito imperatore iugulavere *ib. 12, 8. Ioann. Antioch. exc. de insid. 45 p. 83 (= Dio 68, 3, 3) et 44 p. 82; cf. Suet. Dom. 23, 1. Plin. paneg. 6, 2.* Laudatur ut poeta *Martial. 5, 6, 2; 8, 28, 1* (facundi); *9, 49, 3* (vates); *11, 1, 6; 12, 11.* — Maximus libertus eius *Suet. Dom. 17, 2. Dio exc. 67, 17, 2. — Memoratur praeterea Iuvenal. 12, 44 (schol.* c⟨a⟩elatoris nomen *absurde). Apoll. Sidon. epist. 5, 7, 3.*
St.

965 P. Claudius Pollio. *Non ad hunc pertinet t. 2, quippe qui aliam cohortem indicet.* *St.*

1148 CLEOPATRA SELENE. *Cf. B. Chanler Cleopatra's Daughter, the Queen of Mauretania, 1934. De tempore mortis nihil certi affirmare ausim, cum defectiones lunae illo tempore plures evenerint (anno a. C. 4, 1, p. C. 2, 3, 4, 6 cet.), cf. F. K. Ginzel Spezieller Kanon d. Sonnen- u. Mondfinstern. (1899), 146.* *St.*

1151a **. . . us Clodianus,** ἀπὸ ἐπιτρόπων (= ex procuratoribus), τῶν ἐν Μουσείῳ (= Museo Alexandrino *ut videtur, cf. Lemerle Bull. hell. 1935, 132—137)* σειτουμένων, honoratus publice a Philippensibus *Bull. hell. l. l. 132 sq. Saec. III videtur.* *St.*

1159a **M. Clodius Catullus,** procurator Mauretaniae Tingitanae a. 109 (d. 14 m. Oct.) *dipl. mil. Compt. rend. 1935, 408 sq.* *St.*

1179 M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS = IMP. CAES. M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS AVG. Uxor *ut videtur* . . . antia Pulchra *VI 31237 b (t. 2 qui non est filiae sed uxoris).* *St.*

1339 CN. CORNELIVS CINNA MAGNVS. *De loco Senecae de clem. 1, 9 egit Préchac Rev. de philol. 61, 1935, 361—370.* *Gr.*

1424 **Cn. Cornelius Pulcher.** Ti. f. (*non* Cn. f.) *t. 1.* *St.*

1587a Crispinus, praeses provinciae Phoenices a. 292 *cod. Iust. 1, 23, 3, cf. Harrer Stud. in the hist. of Syria 60.* *Gr.*

1639 **P. Cussius Phoebianus.** *Idem fortasse* . . . us Phoebianus, tribunus cohortis primae vigilum *fistula aquaria urbana Not. d. sc. 1902, 464.*
St.

C

1 C. C . . . . . (Γάιος Κ . . . . .) inter testes senatus consulti de Mytilenaeis facti d. 29 m. Jun. *(?)* a. 25 a. C. *IG 12, 2, 35 = IGR 4, 33 col. c.* *Gr.*

— [C.] IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER C . . . CIVS.

— C. CA . . . . . STATILIVS SEVERVS HADRIANVS *v. infra in Statiliis.*

2 C. P. c(larissima?) f(emina?) *XI 6712, 368 signaculum.* *Gr.*

3 C. C . . . . . SECVNDVS *(duae aut summum tres litterae in t. perisse videntur,* C[l(audius)] *supplevit Klebs PIR*[1] *C 3 probabiliter),* praetorius *temporibus Antonini Pii,* patronus coloniae Faleriensis, maritus Antoniae Picentinae, quae imp. Antonino posuit *t. Faleriensem IX 5428 = D. 5652.* *Gr.*

4 M. CA . . . . . ., legatus pro [praetore] (proconsulis Asiae), *nominatur in t. sepulcrali* comitis *cuiusdam Ephesio III 7128. Vide num idem sit* M. Calpurnius Rufus *infra n. 313.* *Gr.*

— Cadicianus *v.* Caedicianus.

— Cadicia *v.* Caedicia.

5 Cadilla *(traditur* gadilla *sive* glacia, *edd.* Glaucilla, Gladilla, Claudilla, *cf. Heraeus in ed. p. XXXV sq.) Martial. 7, 87, 7.* *St.*

6 C. CADIVS RVFVS *memoratur in nummis a) Bithyniae in parte adversa cum capite et inscriptione nominis* Britannici Caesaris, *in aversa* ἐπὶ Γ. Καδίου Ῥούφου ἀνθυπάτου πάτρ(ωνος) *Rec. d. monn. gr. As. 1, 236, 6. b) Nicaeae 1) in adversa cum capite et inscriptione nominis* Claudii, *in aversa* Γ. Κάδιος Ῥοῦφος ἀνθύπατος Νεικαιέων *Rec. 1, 400, 27—29. 2)* Messalinae, *in adversa* α) *eadem atque in b 1 ib. n. 31—33,* β) ἐπὶ Γ. Καδίου Ῥούφου ἀνθυπάτου πάτρωνος Νεικαιέων *(in monogrammate) ib. n. 34. 3)* Britannici, *eadem aversa atque in b 1 ib. n. 35. 4) in adversa* Πρώτη πόλις τῆς ἐπαρχείας, *in aversa eadem atque in b 1 ib. n. 30. c) Nicomediae 1) exhibentes ab altera parte caput et inscriptionem nominis* Claudii, *ab altera* [ἐπὶ Γα]ίου Καδίου Ῥούφου ἀνθυπάτου πάτ[ρωνος] *(nomen civitatis in monogrammate) ib. 517, 20. 2)* [Με]σσαλεῖνα Σεβαστὴ [νέα Ἥρα], *in aversa* ἐπὶ Γ. Καδίου Ῥούφου ἀνθυπάτου πάτρωνος *(sequitur monogramma) ib. 518, 23.*

Nomina plena exhibent nummi. Cadius Rufus *Tac.* — Proconsul Bithyniae *intra a. 43, quo filius Claudii dici coeptus est Britannicus, et a. 48, quo Messalina damnata est, nummi.* Patronus (provinciae Bithyniae) *nummi a,* Nicaeae *n. b 2* β, Nicomediae *n. c 1. 2.* A. 49 accusantibus Bithynis lege repetundarum damnatus *Tac. a. 12,22; h. 1, 77*; a. 69 ab imp. Othone senatorius locus ei redditus *Tac. h. 1, 77. Fragmentum tituli urbani bilinguis dedicati a quibusdam Ponti et Bithyniae civitatibus . . . . .* o L. f. Rufo

pro[cos.] .... patrono, *VI 1508 = IG 14, 1077 = IGR 1, 139, ad hunc rettulit Eckhelium secutus Mommsen Ges. Schr. 8, 180 vix recte; cf. Bosch Kleinas. Münz. d. Kaiserz. 2, 1, 1935, 82.* — C. Kadius C. f. Gal. Rufus C. Kadii C. l. Cimbri filius *memoratur in t. Abellinate X 1158.* *Gr.*

7 Cadmus, carnifex *Hor. s. 1, 6, 39, cf. Porphyr. ad l. c.* *St.*

— VILIVS CADVS (Kadus *traditur).*

8 CAE ...., consul (suffectus) nonis Mais *a. inc. XIV 4276; fortasse idem atque* L. Iunius Caesennius Paetus; *v. infra n. 174.* *Gr.*

— Q. POSTVMIVS CA[E?] ..... *vel* CA[L?] .....

9 A. CAE ...., clarissimus vir, *memoratur in fragmento VI 37061; fortasse cogitari potest de* A. Caecina Tacito *(v. infra n. 107).* *Gr.*

10 C. CAE ..... IVS[TVS] RVFVS (Γάϊον Και ...... ν Ἰοῦσ[τον] Ῥοῦφον *extat in lapide*), legatus pro praetore (proconsulis Achaiae *vel* Macedoniae), tribunus plebis designatus, *honoratur publice a Demetriensibus* Ἐφημ. ἀρχ. *1929, 142 (in altera baseos parte titulus extat Caesaris dictatoris).* — *Cf. infra* Caecilius Iustus *n. 51.* *Gr.*

— EGNATIVS CAECI ...... ANTISTIVS LVCE .....

11 CAECIDIANVS *(nomen ut opinor corruptum; scribendum videtur* Caedicianus *vel* Caecilianus), praetor memoratus a Pomponio *Ulpian. dig. 4, 3, 7, 10. Non diversus fortasse* Q. Aburnius Caedicianus *(supra A 21).* *Gr.*

— PVBLILIA CAECILIANA.

12 Caecilianus, cui Galenus librum dedicavit, quem de filio eius curando scripsit (τῷ ἐπιλήπτῳ παιδὶ ὑποθήκη) *11, 357 sqq.* *St.*

— CAECILIANVS *(Tac. a. 6, 7) v. infra* Caesilianus *n. 187.*

— **Aurelius Ca[e]cilianus.**

— L. BAEBIVS CAECILIANVS.

— **Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus.**

— Domitius Caecilianus.

— C. HERENNIVS CAECILIANVS.

— LABIENVS PVDENS CAECILIANVS.

— MAGIVS CAECILIANVS.

— **M. Marius Festus Caecilianus.**

— M. MEMMIVS CAECILIANVS.

— C. MEMMIVS CAECILIANVS PLACIDVS.

— C. SABVCIVS MAIOR CAECILIANVS.

— SEX. SENTIVS CAECILIANVS.

13 (Caecilius), e(gregiae) m(emoriae) v(ir) *vel potius* em(inentissimus) v(ir), pater Caeciliae Logianae *t. Salonitanus III 8713.* *St.*

14 Caecilius, Calactinus *Athenaeus 6 p. 272 f, 11 p. 466 a. Suid. s.* Καικίλιος *(cf. s.* Ἑρμαγόρας *3024 Adler.* Τιμαγένης *a)*; Megareus *Anonymi Etymol., cf. ed. Ofenloch p. XI.* Ῥήτωρ σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος [καὶ ἕως Ἀδριανοῦ *errore additum*] καὶ ἀπὸ δούλων, ὥς τινες

ἱστορήκασι, καὶ πρότερον μὲν καλούμενος Ἀρχάγαθος, τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος *ib.* Amicus Dionysii Halicarnassensis *Dionys. ad Cn. Pompeium 3, 20 Usener-Raderm. 2, 240.* Conscripsit librum de bellis servilibus *(sc. in Sicilia gestis) Athenaeus 6, p. 272 f* et de historia *ib. 11, p. 466 a* et rhetorica multa *quae recenset Suid. l. l., cf. prooem.*, de figuris *Quintil. 9, 3, 84. Laudatur saepius a Quintiliano, a Ps. Plutarcho* βίοι τῶν δέκα ῥητόρων, *in libello* περὶ ὕψους, *quia Caecilius librum eiusdem argumenti scripsit. Fragmenta omnia collegit E. Ofenloch (1907), historica Jacoby F Gr Hist 2 B n. 183, cf. 2 D p. 607 sq.* Cf. *Christ-Schmid 2*[6]*, 463—466. Schürer Gesch. d. jüd. Volk. 3*[4]*, 629—633. Brzoska RE 3, 1174—1188.* *St.*

15 Caecilius, senex spado *vita Avid. Cass. 10, 9 in epistula ficta.* *St.*

— Q. Caecilius . . . . . C . . . . . *VI 34073, v. infra* Q. Caecilius Metellus Creticus Silanus *n. 64.*

16 CAECILIVS AEMILIANVS (καὶ κιλιὸν *cod. Peirescianus*), qui proconsul Baeticae fuerat, ab Antonino Severi filio interfectus, quod oraculum Herculis Gaditani consuluisset *Dio exc. 77, 20, 4 = Exc. de virt. 2, 399, 390 Roos. Fortasse idem qui sequitur.* *Gr.*

17 SEX. CAECILIVS AEMILIANVS *honoratus publice titulis Thibiucensi Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 418 (1), rep. loco quodam regionis eiusdem, qui hodie dicitur Bordj-Touta VIII 25 367, melius ex lectione Merlinii Bull. tr. hist. 1915 p. C (2).*

Sex. Caecilius Aemilianus *t. 1.* [Se]x. Caecilius Aemilianus *t. 2 (ubi praenomen male antea legerant* M.*).* Sex. filius Quirina *t. 1. 2. Origine sine dubio Africana, parentela probabiliter coniunctus cum Sex. Caecilio Crescente Volusiano (n. 37) et Sex. Caecilio Volusiano, avo [Caeciliae] Petronianae Aemilianae (n. 87), qui ex eadem regione oriundi videntur, fortasse etiam cum Sex. Caecilio Africano (qui sequitur). Cursum honorum exhibent tituli:* X vir stlitibus iudicandis, quaestor Aug. candidatus *t. 1. 2;* legatus pr. pr. provinciae Africae *t. 2 (in t. 1 supplendum videtur, ubi post v. 6 nihil extat nisi* provinciae Africae *litteris minoribus, cf. Héron de Villefosse Bull. tr. hist. 1915 p. C sq.)*, tribunus plebis *t. 1. 2*, praetor *t. 2*, VII vir epulonum *ante quaesturam t. 1. 2.* Patronus (Thibiucensium) *t. 1, oppidi nescio cuius Africani t. 2. — Potest idem esse* Caecilius Aemilianus, *qui praecedit.* *Gr.*

18 Sex. Caecilius Africanus. *Tria nomina ap. Ulpian. dig. 25, 3, 3, 4;* Sex. Caecilius *Gell.;* Sex. Caecilius *vel* Caecilius *vel* Africanus *passim in dig. Incertum num idem* Sex. *Gai inst. 2, 218. dig. 29, 5, 1, 27; 30, 32 pr., cf. Lenel Palingenesia 2, 1229.*

In disciplina iuris atque in legibus populi Romani noscendis interpretandisque scientia usu auctoritateque inlustri fuit *Gell. 20, 1, 1.* Eius disputatio cum Favorino *ib. (sed cf. dubitationem quam protulerunt Seckel-Kuebler Jur. anteiust. rel. 1*[6]*, 97); floruit ergo aetate Pii, (Salvii) Iuliani*

iure consulti aequalis minor natu et discipulus, cf. dig. 19, 1, 45 pr.; 25, 3, 3, 4; 30, 39 pr. al.; Gell. l. c. eius ut mortui meminit. Scripsit 'Quaestionum' libros novem *ind. Florent. dig.*, liber vicesimus epistularum *citatur dig. 30, 39 pr., laudatur passim in dig. Reliquias collegit Lenel Palingenesia 1, 1—36 et Sav. Z. 51, 1—53. Cf. Krüger Gesch. d. Qu. u. Lit. d. röm. Rechts*[2] *194—197.* *St.*

19 Caecilius Agricola, inter assentatores Seiani nequitia nemini cedens post necem eius capitis damnatus venas exsolvit *Dio exc. 76, 5, 6.* *St.*

20 P. CAECILIVS ALLENIVS FAVSTVS MAXIMVS SEVERIANVS, clarissimus vir, consul *(suffectus a. inc. saec. III ut videtur)*, honoratus a Caecilio Gaio iun(iore) alumno *VI 1362.* *Gr.*

— Caecilius Archagathus *v. supra n. 14.*

21 **Caecilius Arellianus,** procurator rationis privatae provinciae Ciliciae, vices agens praesidis (ἐπίτροπος Κιλικίας λόγου πρειβάτης ὁ καὶ τὰ μέρη τῆς ἡγεμονίας ἐνχειρισθείς) *t. Ephesius Forsch. Ephes. 3, 140, 54.* *St.*

22 CAECILIVS ARISTO *memoratur in actis ludorum saec. a. 204 VI 32329 v. 15 (1), in t. urbano VI 31338 a (= D. 452), melius 36899 (2).* — [C]aecilius Aristo *t. 1.* Caecilius Arist[o] *t. 2.* Καικίλιος Ἀρίστων *Dio 78, 39, 5.*

Clarissimus vir *t. 2.* Curator operum publicorum a. 214 (d. 3 m. Iul.) *t. 2. Paulo ante curam operum publ. consulem (suffectum) eum fuisse putaverim.* Praeses Bithyniae a. 218 *Dio l. l.* — Uxor eius, *cuius nomen periit*, inter matronas, quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt *t. 1.* *Gr.*

23 **L. Caecilius Athenaeus,** L. f., a militiis, procurator Augusti a studiis [L]a[t(inis)?]; duovir coloniae Sufetulensis *VIII 11340 (cf. p. 2354).* Filius: Caecilius Donatus Aufidianus, flamen perpetuus. *St.*

24 **Caecilius [B]assus,** procurator *V 2182 t. Altinas.* *St.*

25 Caecilius Bion, medicus graecus, scripsit περὶ δυνάμεων, auctor Plinii *n. h. ind. 28, affertur 28, 200* (didicisse se ex barbaris tradidit). *Wellmann Herm. 42, 616, 1 num recte eundem iudicet* Caecilium medicum enumeratum inter auctores (latinos) *Plin. n. h. ind. 29 (29, 85* ut Caecilius in commentariis reliquit), *valde dubito. De aetate utriusque non constat.* *St.*

26 M. Caecilius Candidus *nominatur in t. in insula Macride rep. IGR 4, 1582, quem posuit* ἀπελεύθερος Μάρκου Καικιλίου Κανδίδου καὶ Μάρκου Λαρτιδίου Κέλερος: *quorum hic videtur parentela coniunctus cum Ti. Lartidio Celere consule a. inc. (cf. III p. 1981).* *Gr.*

27 Caecilius Capella, persecutus Christianos 'in illo exitu Byzantino' *(sc. Byzantio a Septimio Severo capto)* occisus est *Tertull. ad Scap. 3.* *St.*

28 Caecilius Celer, post mortem Domitiani a M. Aquillio Regulo rogatus ut Plinium Regulo reconciliaret *Plin. epist. 1, 5, 8. Nescio num idem* Celer ad quem dedit *Plin. epist. 7, 17.* *St.*

29 L. CAECILIVS CELER RECTVS, L. f., quaestor provinciae Baeticae, tribunus plebis, praetor *II 190 t. Olisiponensis publice positus.* *Gr.*

30 L. Caecilius Cilo, L. f., quattuorvir aedilicia potestate *t. Comensis V 5279 = D. 6728. Incertum qua parentela coniunctus cum Plinio minore, cf. quae de ea re disseruit W. Otto S. Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 5—14.* *St.*

31 **Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus,** procurator Augustorum (*sc. Gai et Claudii ut videtur, cf. Hirschfeld Kais. Verw.*[2] *390 sq. Domaszewski Korr. Bl. 1898, 82, 9.*) et pro legato provinciai Raitiai et Vindelic(iai) et vallis Poenin(ai); augur, flamen divi Augusti et Romai (Veronae) *V 3936 = D. 1348 t. Veronensis.* *St.*

32 CAECILIVS CLASSICVS, ex Africa oriundus *Plin. ep. 3, 9, 3.* Proconsul Hispaniae Baeticae eodem anno quo Africam rexit Marius Priscus *(imperante Nerva ut opinor) ib. 3, 4, 2*; *3, 9, 2. 3*; homo foedus et aperte malus proconsulatum non minus violenter quam sordide gessit *ib. 3, 9, 2. 12. 13*; Norbanum Licinianum relegavit *ib. 3, 9, 31.* Accusationem vel fortuita vel voluntaria morte praevertit *ib. 3, 9, 5, cf. 3, 4, 7,* nihilo minus Baetica etiam in defuncti accusatione perstabat *ib. 3, 9, 6.* Repetundarum accusatus a Plinio et Lucceio Albino *(a. 98 ut videtur, cf. Otto S. Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 77—84);* damnatus *Plin. 3, 4, 2—8; 3, 9, 1. 7—17; 6, 29, 8.* Casta uxor *ib. 3, 9, 19. 29. 34;* filia *memoratur nomine non posito ib. 3, 9, 17. 20;* Cluvius*(?)* Fuscus gener *ib. 3, 9, 18.* *Gr.*

— (CAECILIVS?) CORNVTVS (*Suid. s.* Κορνοῦτος) *v.* Cornutus.

33 M. CAECILIVS CORNVTVS, M. filius Gal(eria), et Flaminia L. f. uxor *memorantur in titulis gemellis sepulcri* familiae leibertorum leibertarum *VI 38109. 38110. Aut is qui sequitur aut filius eius.* *Gr.*

34 M. (CAECILIVS) CORNVTVS, frater Arvalis, *memoratur in fragmento actorum Arv. VI 32338* ([M. Co]rnutus *v. 4,* M. Corn[utus] *v. 10), quod ad a. 733 et 734 = 21 et 20 a. C. pertinere recte puto contendit Hula Arch. ep. Mitt. 1892, 23—28, cui adsensus est Hülsen CIL VI ad t., cum de a. p. C. 28 cogitaverit Henzen adsentiente Mommseno Eph. ep. 8 p. 303—309.* M. Cornutum fratrem Arvalem a. 14, 20, 21 p. C. *non hunc sed filium eius (qui sequitur) esse statuerim.*

Filius sine dubio M. Cornuti, qui se interemit in praetura a. 43 a. C. (cf. Münzer RE 3, 1200, 45). M. Caecilius M. f. Galeria Cornutus, maritus Flaminiae L. f. *(n. 33), utrum Cornutus hic an filius eius putandus sit, non liquet neque pro certo diiudicandum est, num uni ex Caeciliis Cornutis liberae rei p. exeuntis vel aetatis imperatoriae ineuntis positus sit t. Pergamenus IGR 4, 423* [ὁ δῆμος Μᾶ]ρκο[ν . . . . . Κ]ορνοῦτο[ν]. *Ad eum de quo agitur dedisse Tibullum carmina 2, 2* (Cornute *v. 1) et 2, 3* (Cornute *v. 1) non sine aliqua probabilitate coniecit Cichorius Röm. Stud. 264 (de aliquo e familia Sulpiciorum Camerinorum cogitavit Marx RE 1, 1323).* *Gr.*

35 M. CAECILIVS CORNVTVS *memoratur in actis fratrum Arvalium a. 14 p. C.*

VI 2023 a = D. 5026 (1), a. 20 VI 32340 (2), a. incerto Tiberii VI 2023 b (3), in cippis terminalibus VI 1267 a. b (4. 5), 31573 = D. 5940 (6), 31574 = D. 5941 (7), 37037 (8).

M. Caecilius Cornutus *t. 2. 4—8.* M. Cornutus *t. 1.* . . . Cornutus *t. 3.* Caecilius Cornutus *Tac. a. 4, 28. — Filius probabiliter eius qui praecedit. Aut hic aut pater* M. Caecilius M. f. Galeria Cornutus, maritus Flaminiae L. f. *(n. 33).* Frater Arvalis in collegio adfuit a. 14 *t. 1,* a. 20 *t. 2, a. inc. t. 3; de fragmento actorum VI 32338 v. in patre.* Curator locorum publicorum iudicandorum *aetate Tiberii (intra a. 15 et 20 ut videtur cf. RE 13, 471, 165) t. 4—8 nominatur tertio loco (post L. Nonium Asprenatem consulem a. 6 et P. Viriasium Nasonem tribunum plebis) t. 4—6 (unde nolim colligere eum tunc quaestorium fuisse); locum (secundum) obtinet post Asprenatem t. 7. 8.* Vibius Serenus iunior cum a. 24 patrem maiestatis accusaret, adnectebat Caecilium Cornutum praetorium ministravisse pecuniam; qui taedio curarum et quia periculum pro exitio habebatur, mortem in se festinavit; postea adseverabat Serenus pater innocentem Cornutum et falso exterritum *Tac. a. 4, 28. 30.* *Gr.*

36 Q. Ca[ecilius] Crep[ereianus] Salv. . . . . *nominatur in fragmento t. Ostrani XI 6188; parentela coniunctus videtur cum Q. Caecilio Rufino Crepereiano (n. 76) et M. Caecilio Fusciano Crepereiano Flor(i)ano (n. 47); cf. etiam* C. Caecilius Salvianus *n. 78.* *Gr.*

37 **Sex. Caecilius Crescens Volusianus,** Q. f. Quirina, praefectus fabrum, sacerdos curio sacris faciendis, advocatus fisci Romae, procurator vicesimae hereditatium, ab epistulis divi Antonini (Pii) et post huius mortem Augustorum (Marci et Veri); patronus municipii *tit. positus ei publice Thuburbo minore VIII 1174 = D. 1451. Pater sine dubio Sex. Caecili Volusiani consularis (n. 87).* *St.*

38 Caecilius Cyprianus. *Cum de scriptoribus rerum ecclesiasticarum agere huius operis non est, satis visum est revocare ad Harnack Gesch. d. altchristl. Lit. 1, 688—723; 2, 334—396. Bardenhewer Gesch. d. altkirchl. Lit.* 2^2, *442—517. Teuffel-Kroll* 3^6 *p. 157—165. Schanz-Krüger* 3^3, *333—393. Monceaux Hist. litt. de l'Afrique Chrétienne 2, 201—384.* *St.*

39 Q. CAECILIVS DENTILIANVS, consul suffectus cum M. Antonio Pallante d. 5 m. Mai *a. 167 vel 168 III p. 888 cf. p. 1992 dipl. mil., quod datum esse a. 167 vulgo statuitur nescio num recte; dicitur enim* Marcus *in aere* trib. pot. XXI *(= d. 10 m. Dec. a. 166/167)* imp. V cos. III, Verus trib. pot. VII *(d. 10 m. Dec. a. 166/167)* imp. V cos. III, *in nummis autem tribuniciae potestati XXII Marci, VIII Veri respondent imperatoriae salutationes quarta et quinta (cf. Kubitschek S. Ber. Ak. Wien 213, 5, 111 sq. 126. 128). — Vix idem atque* Q. Caecilius Marcellus Dentilianus *n. 56, potius filius eius.* *Gr.*

40 **Caecilius Dextrian(us),** pro(curator aquarum) a. 161 *fistula plumbea urbana XV 7319.* *St.*

41 Caecilius Donatus Aufidianus, filius L. Caecili Athenaei *VIII 11340.* *St.*

42 Q. Caecilius Epirota, grammaticus, Tusculi natus, libertus (T. Pomponi) Attici, cum filiam patroni nuptam M. Agrippae doceret, suspectus in ea et ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit vixitque una familiarissime. Post mortem Galli scholam aperuit. Primus dicitur Latine ex tempore disputasse primusque Vergilium et alios poetas novos praelegere coepisse *Suet. gramm. 16.* Domitii Marsi de eo versus *ib.* *St.*

43 A. CAECILIVS FAVSTINVS, consul suffectus a. 99, imp. Traiano a. 116 dedicavit arcum Mactaritanum *VIII 11798 (1); memoratur in dipl. mil. a. 105 III p. 865, cf. 1972 (2); consulatus eius indicatur in tabulis veteranorum III p. 1970 = D. 1999 (3), p. 1971 = D. 2000 (4).*

Tria nomina exhibent t. 2—4; in t. 1 praenominis lectio dubia. — Consul d. 14 m. Aug. a. 99 cum Q. Fabio Barbaro *t. 3. 4.* Legatus Aug. pr. pr. Moesiae inferioris a. 105 (d. 13 m. Mai) *t. 2.* Proconsul Africae a. 116 *t.* 1. *Gr.*

44 CAECILIVS FELIX *(III 14149^{45}, nomina plus minus mutila in aliis miliariis)*, legatus Aug. pr. pr. (Arabiae) imperante Severo Alexandro *ante a. 226 ut videtur, cum Alexander* cos. *appelletur, nondum cos. II miliarii Arabiae III 14149^{9}. ^{14}. ^{27}. ^{45} = Thomsen Röm. Meilenst. d. Prov. Syria, Arab. u. Pal. (Zeitschr. d. D. Pal. Ver. 40) n. 164 a 2. 157. 141 b. 126 e 1.* *Gr.*

45 C. Caeci[lius] Felix, egregius vir *t. Bisicae rep. VIII 12300 = D. 6829. Vix idem sed certe parentela coniunctus* C. Caecilius Felix, Bisica oriundus, speculator *VIII 2586 = D. 2381 (t. Elagabali vel Severi Alexandri temporibus tribuendus).* *St.*

46 **Q. Caecilius Fronto,** L. f., Galeria, procurator Augusti (Hispaniae citerioris); quaestor, II vir (coloniae Tarraconensis) *t. II 4139.* *St.*

47 M. CAECILIVS FVSCIANVS CREPEREIANVS F[L]OR(I)ANVS (Fiorano *in lapide)*, legatus Aug. pr. pr. (Arabiae), honoratur una cum M. Caecilio Rufino filio *t. Bostreno III 93 = Princeton Univ. Syria 3 A 4, 229, 528. Filius fortasse idem atque* M. Caecilius Rufinus Marianus *n. 77. Parentela cum his coniuncti videntur* Q. Caecilius Rufinus Crepereianus *n. 76, frater fortasse Fusciani,* Q. Ca[ecilius] Crep[ereianus] Salv. . . . . *n. 36,* Q. Crepereius Germani filius Papiria Rufinus civis Thevestinus *VIII 16556 = D. 6839.* *Gr.*

48 **Caecil(ius) Hermianus.** *Tituli Ancyrani IGR 3, 179 (= Ditt. Or. Gr. 540) (1). 205 (= Arch. ep. Mitt. 9, 122) acephalus (2).*

Consiliarius Augusti ducenarius (δουκ[η]νά[ριος] ἐπὶ συμβουλίου τοῦ Σεβ.), ὁ κράτιστος *t. 1.* Eques Romanus (ἱππεὺς Ῥωμαίων) *t. 2.* Pater et avus senatorum *t. 1. 2.* Nonnullis officiis functus in provincia Galatia et in civitate Ancyra (δὶς νεωκόρος *appellata inde a Valeriani et Gallieni tempori-*

bus) t. 1. Idem videtur Hermianus, vir equestris ordinis ([ἱ]ππικός), ἐν δήμοις ἄρχων πέλεν ἐκ βασιλῆος *(significari videtur eum ab imperatore ad officia quaedam gerenda promotum esse),* maritus Arrianae, pater Glycerae *t. Galaticus versibus compositus Bull. hell. 21, 92 = IGR 3, 146. St.*

49 Q. Caecilius Honoratianus, egregius vir, pater Q. Caecili [R]estitutiani *t. Thuggensis Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 541. St.*

50 Caecilius Isidorus, C. l(ibertus), homo ditissimus, cuius testamentum a. 8 a. C. *Plin. n. h. 33, 135. St.*

51 Caecilius Iustus, cur(ator) *ludorum vel munerum et venationum, nominatur in tessera plumbea urbana exhibente in parte aversa caput iuvenile (Gai Caesaris ut opinatur Rostowzew) Tesser. syll. 515; fortasse ordinis senatorii cf. Klio Beih. 3, 49. Vix idem* C. Cae.... Ius[tus] Rufus *supra n. 10. Gr.*

52 **[C]aecilius [Iu]ventianus,** procurator Augusti (Norici) *t. Celeianus III 5182, cf. p. 1830. Idem videtur* Caecilius Iuventianus, cui imperator Pius rescripsit *dig. 48, 18, 10 pr. St.*

53 Q. CAECILIVS LAETVS. *Tituli: ei positus est t. Milevitanus (mutilus) VIII 8207 (1);* ipse posuit legatus legionis *Apulenses* Fortunae reduci *III 1011 (2),* genio legionis XIII geminae *III 1012 (3),* Soli invicto *III 1013* (4).

Q. Caecilius C. f. Quirina Laetus *t. 1.* Q. Caecilius Laetus *t. 2—4. Origine Cirtensis ut videtur. Honores, qui usque ad proconsulatum inverso ordine recensentur in t. 1, ante praeturam exciderunt.* Clarissimus vir *t. 1.* Prae[tor], curator coloniae Formianorum, curator coloniae Pisaurensium *t. 1;* legatus Aug. legionis XIII geminae *t. 1—4;* proconsul provinciae Baeticae *t. 1;* sodalis Augustalis *t. 1. Commodi temporibus eum adiudicavit Ritterling R E 12, 1724. Gr.*

— L. TETTIVS NONIVS CAECILIVS LYSIAS.

54 Caecilius Macrinus, amicus Plini, qui ad eum dedit epist. *3, 4* de sententia eius rogans. *St.*

55 Q. CAECILIVS MARCELLVS, Q. f. Arnensis, quaestor provinciae Narbonensis, tribunus plebis, praetor, in utroque honore candidatus divi Traiani Augusti, legatus pro praetore provinciae Narbonensis et provinciae Baeticae, proconsul provinciae Siciliae *XIV 2498 = D. 1045 t. in agro Tusculano rep. Origine Carthaginiensem eum fuisse ex Arnensi tribu et loco statuarum filio (qui sequitur) Thibiucae positarum coniecit Dessau Herm. 45, 21 nescio an recte. Gr.*

56 Q. CAECILIVS MARCELLVS DENTILIANVS *honoratus publice t. Thibiucensi VIII 14291 = D. 1096 (1); ad eundem pertinere videtur fragmentum item Thibiucense VIII 14292 (2).*

Q. Caecilius Q. f. Arnensis Marcellus Dentilianus *t. 1; in t. 2 legere sibi visus est Tissot....* io Q. f. ..... idiano. — *Filius sine dubio eius qui praecedit. Cursum honorum usque ad legationem Aquitanam exhibet t. 1.*

Xvir stlitibus iudicandis *(cf. t. 3)*, tribunus militum legionis [XI?] Claudiae piae fidelis, [quaestor] provinciae Africae, aedilis curulis candidatus divi Hadriani, praetor candidatus eiusdem, legatus (proconsulis) provinciae Cretae Cyrenarum, legatus provinciae Hispaniae *(utrum legatus iuridicus fuerit Hispaniae citerioris an legatus proconsulis Hispaniae ulterioris, diiudicari nequit)*, proconsul provinciae Cretae Cyrenarum, legatus legionis XII fulminatae, legatus Aug. pr. pr. provinciae Galliae Aquitanicae. — Patronus Thibiucensium *t. 1.*

Nescio num idem sit Q. Caecilius Dentilianus, consul suffectus d. 5 m. Mai a. 167 *vel* 168 *(n. 39); mirum enim esset virum, qui in praetura candidatus fuerat Hadriani, post triginta minimum annos consulatum adeptum esse; itaque magis crediderim Dentilianum huius filium fuisse.* *Gr.*

57 Caecilius Marcianus, *procurator videtur Augusti marmorum Carystiorum* a. 137 *III 12288.* *St.*

58 CAECILIVS MATERNVS *memoratur in t. Traianae Augustae rep. IGR 1, 745 cf. 1493 (de lectione vide Stein Thracia 36, 3), in nummis cusis I Marcianopoli a) exhibentibus caput Commodi barbati, tamen etiamtum iuvenile et inscriptionem* Αὐ. Καῖ. Λ. Αὐ. Κόμοδος, *in aversa* ἡγε(μονεύοντος) Καικιλ. Ματέρνου Μαρκιανοπολειτῶν *Dressel Zeitschr. f. Num. 24, 1904, 26 cf. Tacchella Rev. num. 1902, 369 n. 4 b) eadem adversa, in aversa* ἡγ. *(vel.* ἡγε.) Καικ. Ματέρνου Μαρκιανοπολειτῶν *Tacchella Rev. num. 1901, 314, melius 1902, 369 n. 5 cf. Dressel l. l. 28, 2. II Pautaliae in parte adversa* Αὐτ. *(vel* Αὐ.) Καῖ. *(vel* Κ.) Μᾶρ. Αὐρ. Κόμοδος *vel* Αὐτ. *(vel* Αὐ.) Καῖ. Μᾶρ. Αὐ. Κόμοδος Ἀν. *vel* Αὐτ. Καῖ. Μ. Κόμοδος *(n. 200), in aversa* ἡγε. Και. (Κα. *n. 200)* Ματέρνου Οὐλπίας Παυταλίας *vel* ἡγε. Και. Ματέρνου Παυταλίας Στρύμων *cum typis diversis Ruzicka Bull. inst. arch. Bulg. 7, 1932/33, 77—79 n. 190—200. III Philippopoli cum capite Commodi et inscriptione* Αὐ. Καῖ. Μᾶρ. *(vel* Μ.) Αὐ. Κόμοδος, *in parte aversa* ἡγε. Και. Ματέρνου Φιλιπποπολειτῶν *Postolakas* Κατάλ. ἀρχ. νομισμ. *(mus. Athen.) 1, 147 n. 1020. 1021. Lischine Monn. gr. de Thrace 1902, 855.*
Καικ. Ματέρ[ν]ος *tit.; nomina in nummis v. supra.* — Legatus Aug. pr. pr. Thraciae sub Commodo *nummi* a. 187 *tit. (cf. Stein l. l., infra n. 82). Filia huius videtur* Caecilia Materna *(n. 90).* *Gr.*

59 Caecilius Maximus, cui divus Pius rescripsit *Callistr. dig. 49, 14, 2, 5; fortasse magistratus.* *Gr.*

60 L. CAECILIVS MAXIMVS, clarissimus vir, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum.* *Gr.*

61 (CAECILIVS) METELLVS. Bello Actiaco ex Metellis duobus, patre et filio, ille Antonii, hic Caesaris partes secutus est; proelio Actiaco commisso filius patri, qui inter captivos erat, a Caesare in insula Samo degente veniam impetravit *App. b. c. 4, 42, 175—178. De his viris agnoscendis alii*

aliter iudicaverunt (cf. Kloevekorn De proscript. a triumviris factis 76 sq.); filius potest idem esse atque [Q.] Caecilius M. f. Metellus [Creticus] *n. 62. Gr.*

— (Caecilius Metellus?) Ἐπὶ Μετελ... *agnoscere sibi visus est Hamilton in t. Ancyrano Tiberii aetate posito Ditt. Or. 533 = IGR 3, 157, ubi legati Galatiae recenseri videntur (de galatarchis cogitat Syme Klio 27, 147); sed Lucae lectionem* ἐπὶ Μετειλίου *iure praetulit Dittenberger; v. infra sub Metilio. Gr.*

62 [Q.? C]AECILIVS M[ETELLVS CRETICVS?], M. f., praetor urbanus, pro-[consul] (Sardiniae) *(ante a. p. C. 6 cf. Dio 55, 28, 1), posuit t. Caralitanum (hodie mutilum) X 7581. Fortasse idem atque* Metellus, qui post pugnam Actiacam a Caesare vitam patris impetravit *(v. n. 61). Pater videtur adoptivus* Q. Caecilii Q. f. M. n. Metelli Cretici Silani consulis a. 7 p. C. *(n. 64). Gr.*

63 [Q.? CAECILIVS METELLVS CR]ETICVS IVNIVS SILA[NVS] *videtur indicari in fragmento t. urbani apographo antiquissimo servato VI 3833 = 31720, ubi traditur* ECTICVS IVNIVS SILLA; *haud improbabiliter coniecit Henzen t. spectare ad aliquem ex posteris Q. Caecilii Metelli Cretici Silani cos. a. 7 (eius qui sequitur); huius fortasse filio attribuendus est. Gr.*

64 Q. CAECILIVS METELLVS CRETICVS SILANVS, consul a. 7 p. C., *memoratur in t. (sepulcrali) Iuniae filiae VI 914. Nummi: I Antiochiae ad Orontem a) cum capite Iovis, in aversa* ἐπὶ Σιλανοῦ Ἀντιοχέων (ἔτους) ΓΜ *Mionnet 5, 157, 80. Leake Numism. Hell. As. Greece p. 15. Gr. coins Galatia 159, 63 sq. Grose Cat. McClean Coll. 3, 350, 9372. Macdonald Num. Chronicle 1904, 113 sq.; Gr. coins Hunter. Coll. 3, 150, 66 sq. Museum Berolinense b) eadem adversa, in aversa* ἐπὶ Σιλανοῦ Ἀντιοχέων (ἔτους) ΔΜ *Mionnet n. 81. Leake l. l. Gr. coins l. l. n. 65—67. Macdonald n. 68. Mus. Berol. c) in adversa cum capite Tiberii et inscriptione* Καῖσαρ Σεβαστὸς Σεβαστοῦ, *in aversa* ἐπὶ Σιλανοῦ Ἀντιοχέων (ἔτους) ΕΜ *Mionnet n. 98. 100 d) eadem adversa, in altera parte* (ἔτους) Α *(sc. principatus Tiberii)* ἐπὶ Σιλανοῦ Ἀντιοχέων ΕΜ *Mionnet 5, 158, 99. Leake l. l. Gr. coins l. l. 169, 150—153. Macdonald Num. Chron. l. l.; Hunter. Coll. 3, 151, 72 sq. Mus. Berol. (nummos Tiberii, qui ferebantur inscripti* ΓΜ *vel* ΔΜ *[Mionnet n. 96. 97 ex Morellio], recte iam abiecit Eckhel 3, 276). II Gabalae:* Γαβαλέων, *in aversa* ἐπ(ὶ) Σιλανοῦ *Mionnet 5, 233, 625 (ex Sestinio). III Seleuciae Pieriae a) cum capite Iovis, in aversa* Σελευκέων ἐπὶ Σιλανοῦ *Mionnet 5, 275, 877 (ex Sestinio) b) in adversa caput Tiberii cum inscriptione* Καῖσαρ Σεβαστὸς Σεβαστοῦ, *in aversa* ἐπὶ Σιλανοῦ Σελευκέων ΖΜ, *supra* (ἔτους) Γ *(sc. Tiberii) Mionnet 276, 886. Gr. coins l. l. 273, 33 sq. Macdonald Hunter. Coll. 3, 215, 30. Mus. Berol. IIII (Beryti) a) in adversa aquila, in aversa* Silanus P *(= p(ermisit)? an p(ontifex)?), in campo* Aug. *Weckbecker Num. Zeitschr. 1, 398. Bahrfeldt Berliner Münzblätter 1902, 6. b) caput Augusti, av.*

perm(issu) Silani *mus. Berol. c) in adversa* Imp. Caesar Augustus, *in aversa* Silanus, *in campo* Aug. *Rouvier Journ. int. d'arch. num. 3, 1900, 278, 494. d) ab una parte inscriptus* Imp. Aug., *ab altera* permissu Silani *Rouvier n. 495 cf. Eckhel Syll. num. 1, 56 (Mus. Vindob.). e) in parte adversa* Ti. Caesar August. f. imperat ...., *in aversa* perm. Sil. *Mionnet 5, 338, 26, melius Rouvier 281, 504, cf. Cohen I² 207, 201, ubi traditur* Ti. Caesar August. f. imperat. VII *fortasse recte.*

In consulatu: Q. Caecilius Q. f. M. n. Metellus Creticus Silan. *I² p. 29 fasti Capitol.* Q. Caecilius Creticus Me[tellus] *I² p. 60 = VI 1976 fasti augurum.* Q. Caecilius M. ..... *I² p. 72 = XIV 2963 fasti Praenest.* Creticus *fasti Amiternini (v. infra).* Κ. Καικίλιος (Καίλιος *cod. Marc.)* Μέτελλος Κρητικός *Dio ind. l. 55.* Q. Caecilius Metellus *in tegula XI 8107 = D. 8647 (exemplum mutilum XI 6689, 118).* Q. Cret. *in tessera I 756 = D. 5161 f = Herzog Tess. num. n. 85.* Q. Caecilius .... *X 3697 (si ad hunc pertinet).* Q. Caecilius *Cassiod. Chron. min. 2, 136.* Καικίλιος Μέτελλος *Dio 55, 30, 6; ceterum* Creticus *fasti.* — Silanus *nummi.* — Silanus *tit.* Creticus Silanus *Tac. a. 2, 4. 43.* Σιλανός *Ios. ant. 18, 52.*

Q. f. M. n. *fasti Capitol. Filius videtur Iunii Silani alicuius, in adoptionem datus Q. Caecilio Metello Cretico proconsuli Sardiniae (n. 62).* Consul a. 7 p. C. cum A. Licinio Nerva Siliano *v. supra, posteriore parte anni* cum (Lucilio) Longo; *hic videtur* Creticus, quem fasces gessisse cum Longo d. 10 m. Aug. *testantur fasti Amiternini I² p. 244 = IX 4192. Plane incertum, num etiam in fragmento t. urbani VI 34073, ubi extat* Q. Caecilio ......C....... L. Clodio Rufo ....., *consules huius anni indicati fuerint. Silanus videtur fasces tenuisse per annum integrum. Non ad hunc pertinere videtur tabula aenea Polae rep. Jahresh. 15 B. 261, nam in imagine post* Metellus *vestigia hastae rectae agnoscuntur (significatur ni fallor Q. Caecilius Metellus Nepos cos. a. 57 a. C.).* Legatus Aug. (pr. pr.) prov. Syriae imperantibus Augusto et Tiberio *nummi IIII a—d* a. 43 *(aerae Actiacae = intra mens. Sept. a. 12/13 p. C.) nummi I a,* a. 44 *(= Sept. 13/14) n. I b,* anno Tiberii primo, *qui fuit* a. 45 *aerae Actiacae (= Sept. 14/15 p. C.) n. I c. d,* anno Tiberii tertio = a. 47 *aerae Act. (= Sept. 16/17 p. C.) n. III b cf. n. IIII e (Tiberius fuit imperator VII a. 15); praeterea per Silani legationis tempora cusi sunt nummi II. III a;* rector Syriae *Tac. a. 2, 4;* ὁ τῆς Συρίας στρατηγός *Ios. ant. 18, 52. A. 16 ut videtur* Vononen regem ex Armenia excitum custodia circumdat *Tac. 2, 4. Ios. l. l., cf. Suet. Ti. 49, 2.* A. 17 *(cf. nummos)* Tiberius cum Germanicum in orientem mitteret, eum Syria demovit *Tac. 2, 43.*

Per adfinitatem conexus Germanico, quia Silani filia Neroni vetustissimo liberorum Germanici pacta erat *Tac. 2, 43 (ad a. 17).* Iunia Silani [f. spon]sa Neronis Caes[aris] *tit.: ergo ante nuptias mortem obiit (a. 20 Nero*

Iuliam Drusi filiam in matrimonium duxit Tac. a. 3, 29). Filius Silani fortasse [Q.? Caecilius Metellus Cr]eticus Iunius Sila[nus] *n. 63.* *Gr.*

65 Caecilius Natalis, quem Ostiae disputantem paganum adversus christianum inducit M. Minucius Felix in dialogo qui inscribitur Octavius (Natalis *16, 1. 2,* Caecilius *1, 5; 2, 4; 4, 1. 2; 5, 1; 14, 1; 15, 1; 16, 4; 17, 1; 40, 1. 4).* Ab Octavio Ianuario *(sic 15, 2)* ad fidem christianam convertitur *c. 40. Cirtensis videtur origine, cf.* Cirtensis nostri ... oratio *9, 6;* Fronto tuus *31, 2. Non hominem plane fictum esse, sed (eundem nec adfinem aliquem) ac* M. Caecilium Natalem, Q. f., Quirina *item* Cirtensem, hominem ditissimum et liberalissimum summis honoribus in patria aetate Caracallae functum *VIII 6696. 7094 (et 19034). 7095 (= D. 2933). 7096—7098 (et 19436) Dessau Herm. 15, 471—474 atque re iterum perpensa novis argumentis allatis ib. 40, 373—386, cf. ib. 53, 223, 3 magna cum probabilitate statuit. Idem vir doctissimus non diversum esse censet (l. l. 40, 379—383; 53, 223, 3)* Natalem, cuius meminit fidem christianam professi *auctor quidam nobis ignotus aetatis Severianae ap. Euseb. h. e. 5. 28, 8—12.* *St.*

— C. CAECILIVS(?) NEPOS(?) *sive* RVFVS, consul a. 17 p. C., *v.* C. Caelius Rufus *n. 141.*

66 M. CAECILIVS NOVATILLIANVS *honoratus publice titulis II 4113 (1) Tarraconensi, cum esset legatus iuridicus Hispaniae citerioris, IX 1571 (2). 1572 = D. 2939 (3) Beneventanis positis post adlectionem inter consulares.*

M. Caecilius Novatillianus *t. 3.* M. Caecilius Novatilianus *t. 1. 2.* — *Cursum honorum exhibet t. 3 ordine inverso nisi quod Moesiae praesidatus post adlectionem inter consulares ponitur, t. 2 ordine turbato.* — Vir clarissimus *t. 1—3.* Quaestor provinciae Africae *t. 2. 3;* tribunus plebis, praetor *t. 3*; iuridicus Apuliae et Calabriae *t. 3 (cf. t. 2);* iuridicus Hispaniae citerioris *t. 3* (legatus iuridicus *t. 1,* praefectus iuris d(icundi) Hispaniae cit. et Calabriae *t. 2);* allectus inter consulares *t. 2. 3;* praeses provinciae Moesiae superioris *t. 3* (praeses provinciae Moesiae *t. 2*); curator (Beneventanorum) *t. 2 cf. 3.* — Poeta et orator inlustris *t. 2. 3;* disertissimus *t. 1.* Patronus Tarraconensium *t. 1,* Beneventanorum, qui privatim et publice patrocinio eius saepe defensi sunt *t. 2. 3.* — *Medio vel labente saec. III fuisse videtur.* *Gr.*

67 **M. Caecilius Numa,** procurator Augusti (provinciae Asiae) *t. graecus Magnesiae ad Maeandrum rep. Jahresh. 13 B. 76. Cf. Add.* *St.*

68 [Q.? C]aecilius Oinogenus. *Tessera plumbea urbana Rostowzew Tess. syll. 514 b:* [Q.? C]aecilius Q. f. Oinogenus f(ilius), cur(ator *scil. ludorum vel munerum) primis imperii temporibus ut videtur. Num senatorii ordinis fuerit, ut statuit Rostowzew Klio Beih. 3, 48, omnino incertum.* *Gr.*

69 Caecilius Paetinus, cui divus Pius rescripsit *Ulp. dig. 26, 10, 3, fortasse magistratus fuit.* *Gr.*

70 Q. CAEC(ILIVS) PVDENS, vir clarissimus, legatus Augustorum pr. pr. (Ger-

maniae superioris) imperantibus Philippis *(quorum nomina erasa sunt) intra a. 247—249 XIII 6562 = Haug-Sixt² 456.* *Gr.*

71 **Q. Caecilius Redditus,** praefuit cohorti primae Britannicae miliariae civium Romanorum a. 105 *dipl. III p. 2212.* Procurator Augusti (Norici) *III 5163 t. Celeianus. Ad eum Bormann Arch. epigr. Mitt. 19, 91 t. Troësmensem III 14214² haud improbabiliter rettulit, ubi legitur* .... aecilius Re[...... pos]t tres mili[tias.....] procur[ator]. *Eundem fuisse anno ut videtur 123* procuratorem Mauretaniae Tingitanae, *cuius e nomine in dipl. mil. Compt. rend. 1934, 12 nihil superest nisi* .... dito, *veri est simile.* *St.*

72 Q. Caecilius [R]estitutianus, Papiria, filius Q. Caecili Honoratiani egregii viri, honoratus a municipio Thuggensium *Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 541.* *St.*

73 CAECILIVS RVFINVS (Κεκίλιος *codd.*), a Domitiano senatu motus, quod saltabat *Dio-Xiph. 67, 13, 1; idem intellegitur apud Suet. Dom. 8, 3:* (Domitianus) quaestorium virum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, movit senatu. *Gr.*

74 M. CAECILIVS RVFINVS, M. Caecilii Fusciani Crepereiani Flor(i)ani filius *III 93 = Princeton Univ. Syria* 3 *A 4, 229, 528 t. Bostrenus*; *idem videtur* M. Caecilius Rufinus Marianus *n. 77.* *Gr.*

75 Q. CAECILIVS RVFINVS, proconsul Cretae et Cyrenarum, honoratus a Sex. Quintilio Pyrrho amico *t. Gortynio Riv. ist. d'arch. 1, 1929, 149 (imago), minus accurate IGR 1, 968; titulum simillimum esse baseos P. Septimii Getae quaestoris (fratris Septimii Severi, qui postea imperavit) IGR 1, 970, quae ibidem prodiit, contendit Guarducci Riv. ist. l. l. Fortasse non diversus a* Q. Caecilio Rufino Crepereiano *(qui sequitur).* *Gr.*

76 Q. CAECILIVS RVFINVS CREPEREIANVS *dedicavit Aquinci* Iovi o. m. *t. III 10415 (1),* Iunoni caelesti *III 10407 = D. 3109 (2).* Consul *(suffectus a. inc.),* legatus Augg. pr. pr. (Pannoniae inferioris) *t. 1. 2; videtur fasces in provincia gessisse. Idem fortasse* Q. Caecilius Rufinus, proconsul Cretae et Cyrenarum *(is qui praecedit). Severi et Antonini temporibus eum tribuit Ritterling Arch. Ertesitö 41, 1927, 294; idem coniecit* M. Caecilium Fuscianum Crepereianum Florianum *fratrem huius fuisse (v. supra n. 47).* *Gr.*

77 M. CAECILIVS RVFINVS MARIANVS dedicavit Hammoni *(?, v. infra)* Iovi o. m. et Laribus militaribus *t. III 3463 = D. 3338 (1) Aquincensem,* Silvano *t. Apulensem non nisi exemplis servatum III 1142 cf. p. 1015 (2).*

Nomina plena exhibet t. 1; M. Alcinius Rufinus Marianus *traditur t. 2.* Hammoni *vocabulum initio t. 1 positum non* Iovis Hammonis *nomen sed signum* Hammonii, *quo Rufinus usus sit, significare suspicatur Dessau parum probabiliter.* — Tribunus laticlavius legionis IV [Flaviae] *t. 1.* Legatus legionis XIII geminae *t. 2.* — *Idem fortasse* M. Caecilius Rufinus

M. Caecilii Fusciani Crepereiani Floriani filius *(n. 74); cf. Ritterling Arch. Ertesitö 1927, 294.* *Gr.*

— C. CAECILIVS(?) RVFVS, consul a. 17 p. C., *v.* C. Caelius Rufus.

78 **C. Caecilius Salvianus,** vir egregius, iuridicus vices agens praefecti Aegypti (ὁ κράτιστος δικαιοδότης διαδεχόμενος καὶ τὰ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν) a. 176 *(non 166) BGU 327 = Mitteis Chrest. 61. Idem sine dubio* .... nus, ὁ κράτιστος δικαιοδότης *P. Lond. II p. 173 n. 198 scripta inter a. 169 et 177. Cf. P. Arch. 4, 150. Cf. n. 36.* *St.*

79 C(a)ecilius Saturninus, centurio cohortis VII praet. *(sic Mommsen, traditur* VII et*)*, per quem agri Albensium depalatio et determinatio facta est a. 149 *liber I coloniar. p. 132 Pais = 1, 244 L.* (Cilicium Saturninum *in libro II p. 80 P. = 253 L., corrupte). Eundem esse* L. Marculeium Saturninum, veteranum Augusti cohortis VII praetoriae, *cuius tit. sepulcralis Albensis IX 3923 = D. 6536, putavit Mommsen Roem. Feldm. 2, 171. IX p. 370 sq. coniectura incerta.* *St.*

80 [... Caeci]lius Secundus, filius L. Ca[ecil]ii, C. f., Oufentina, Secundi, praefecti [fabrum] a consule, IIII viri iure dicundo, pontificis (Comis) *t. Comensis Pais add. ad V 745. Intellegi potest Plinius minor (C. Plinius Caecilius Secundus), cf. W. Otto S. Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 5. 14.* *St.*

81 Caecilius Secundus, amicus Martialis, qui ei in bello Sarmatico Domitiani militanti epigrammatum librum septimum misit *7, 84; nescio an idem sit* Secundus disertus, doctus *ib. 5, 80.* *St.*

— C. PLINIVS CAECILIVS SECVNDVS.

82 CAECILIVS SERVILIANVS *memoratur in t. Philippopolitano IGR 1, 713 (1), in fragmentis tituli urbani in foro Caesaris repertis (unum ex his iam VI 31420), quae coniunxit et commentario illustravit Paribeni Not. d. sc. 1933, 438 sqq. n. 9, imago tab. 12 (2). Nummi cusi I Anchiali cum capite Commodi barbati et inscriptione* Αὐτ. Καῖ. Λ. Αὐρ. Κόμοδος, *in aversa* ἡγ(εμονεύοντος) Και. Σερουιλιανοῦ ᾿Αγχιαλέων *Ant. Münzen Nordgriechenl. 2, 1, 227 n. 440—442 (nummum musei Hadrianopolitani cum inscriptione* Αὐτ. Κ. Μ. Αὐρ. Κόμοδος *dubitans affert Strack l. l. n. 441, 1 cf. Kubitschek Num. Zeitschr. 1911, 161). II Nicopoli ad Istrum cum capite Commodi barbati, tamen etiamtum iuvenili et inscriptione* Αὐτ. Καῖ. Μᾶρ. Αὐρή. Κόμοδος *vel similiter, in parte aversa* Νεικοπολ(ιτῶν) πρὸς ῎Ιστ(ρον) ἡγεμο. Καικι. Σερβειλιαν. *Ant. Münzen 1, 1, 351 n. 1230 vel* Καικι. Σερβειλια. *ib. 352 n. 1235 cf. 1233. 1236. Ruzicka Vjesnik Hrv. Arch. Družtva N. S. 15, 239 vel* Καικ. Σερουειλ. *Ant. Münz. n. 1234. Macdonald Hunter. Coll. 1, 413, 1 vel* Καικι. Σερβιλειαν. *museum Vindobonense vel* Καικι. Σερβιλει. *Ant. Münzen n. 1231. Ruzicka Num. Zeitschr. 1917, 136, 1234 a (cf. p. 135) vel* Καικ. Σερβιλ. *Ant. Münzen n. 1232. III Pautaliae cum capite Commodi barbati et inscriptione* Αὐ. Καῖ. Μᾶρ. Αὐρ. Κόμοδος, *in parte aversa* ἡγε. Και. Σερουειλιανοῦ Οὐλπίας *(vel*

Οὐλ.) Παυταλίας *Ruzicka Bull. inst. arch. Bulg. 7, 1932/33, 80 n. 201—204. IV Philippopoli a) caput Commodi barba promissa exhibentes et inscriptionem* Αὐ. Κ. Μ. Αὐ. Κόμοδος *vel similiter, in aversa* ἡγεμ. Και. Σερουειλιανοῦ Φιλιπποπολειτῶν *Beschr. d. ant. Münzen Berl. 1, 224, 22 (minus accurate descripti Mionnet 1, 417, 347. Suppl. 2, 456, 1495—1497) b) cum capite Commodi barbati et inscriptione* Αὐ. Καῖ. Λ. Αὐρ. Κόμοδος, *in aversa* ἡγε. Και. Σερουλιανοῦ *(sic)* Φιλιπ(π)οπολειτῶν *Br. Mus. Thrace 163, 18 (lectionem correxit Wilcken Beschr. d. ant. Münz. Berlin l. l.). Nummi Hadrianopolitani, quorum mentionem facit Pick Ant. Münzen 1, 1 p. 80, mihi non innotuerunt.*

. . . . . ος Σερου[ε]ι(λι)λιανός *t. 1.* . . . . . . rvilianus *t. 2 I v. 2;* . . ecilius Servilia . . . *ib. II v. 5. Nomina quae sunt in nummis v. supra.*

Legatus Aug. pro pr. Thraciae regnante Commodo *t. 1, nummi, mediis fere huius imperatoris temporibus ut videtur (cf. Stein Thracia 35 sq.); inde quod in parte adversa nummi Pautaliensis Ruzicka n. 204 idem typus obvius est atque in nummis quibusdam Caecilii Materni (supra n. 58), collegit Ruzicka Servilianum in locum Materni successisse.*

T. 2, cui superscriptum est . . . . . [excus]atio magisteri . . . . ., *initio exhibuit litteras imp. Commodi (cf. I v. 8) vel praefecti praetorio (cf. I v. 9) ad* Caecilium Servilianum *datas; videtur agi de excusatione magistri collegii alicuius sacerdotalis ex amplioribus (cf. etiam I v. 12* . . . . . egit vic[e] magistr[i] . . . . .) *profitentis opes suas impendio ad munus venatorium edendum necessario (cf. I v. 5 sq. 10. II 1 sq.) non sufficere ideoque immunitatem (cf. I 11 II 3 sq. 11) petentis. Magister ille qui excusationem petivit utrum Servilianus fuerit an Valerius Ianuarius (cf. I 2. II 7), non liquet (I v. 2 sq. restituit Paribeni* . . . . . [Caecilio Se]rviliano suo salutem: Valeriu[s] Ianuarius in coll[egio dixit: . . . . e]t ideo peto excusationem illius *cet., sed cogitari potest etiam de supplemento* Valeriu[s] Ianuarius in coll[egio . . . . . . has litteras tuas recitavit *cet.*], *cf. I v. 7, ubi restituit editor* [V]alerius Ianuarius si prim[as litte]ras tuas attulisse[t] . . . . [dicto *vel* desiderio tu]o adquievissem, nu[nc veru]m . . . ad sa[c]r[a]tissimum imp. Co[mmodum . . . est appellandum] —*vel potius* [res] ad sacr. imp. Co[mmodum referenda est] *cet.). Idem Caecilius Servilianus memoratur ib. II v. 5* . . . . ecilio Servilia . . . . ; *quid subsit (an altera epistula ad eum scripta?), difficile est dictu.* *Gr.*

83 C. Caecilius [S]ilvanus, pater Caecili Virgiliani *II 1177.* *St.*

84 CN. CAECILIVS SIMPLEX *nominatur in t. Sardo X 7852 = D. 5947.*— Caecilius Simplex *t.* Γναῖος Καικίλιος (Κεκίλιος *libri)* Σίμπλιξ *Dio-Xiph. 65, 17, 1.* Caecilius Simplex *Tac. h. 2, 60; 3, 68.*

Vir clarissimus, (proconsul) Sardiniae *a. 67/68 memoratur in decreto L. Helvii Agrippae (proconsulis a. 69) successoris t.; primus ut videtur proconsulum Sardiniae post procuratores, qui a. 67 cessaverunt. Post victoriam*

Vitellii (m. Aprili a. 69) creditum fama obiectumque ei mox in senatu, quod consulatum pecunia mercari nec sine exitio Marii Celsi voluisset; restitit Vitellius deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum *Tac. h. 2, 60.* Consul suffectus XV kal. Ianuar. *ib. 3, 68 cf. 67 (nomine non posito Suet. Vitell. 15, 4)* collega C. Quinctio Attico *Dio-Xiph. 65, 16, 6; 17, 1. 2; consulatum inierant kal. Novembr. (cf. Tac. h. 3, 37).* — *Ab hoc nomina sumpserunt* Ti. Iulius Marinus Caecilius Simplex *consul a. 101 vel 102,* Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex, *frater Arvalis a. 105. Gr.*

85 C. CAECILIVS STRABO. *Plena nomina extant in actis Arv.* C. Caecilius *Plin. ep. 4, 17, 1;* Caecilius Strabo *ib. 4, 12, 4.*

Consul designatus *(paulo post consulatum Plinii i. e. post a. 100)* Corelliam Hispullam accusavit *Plin. 4, 17, 1—4. 11,* sententiam dixit in senatu *ib. 4, 12, 4.* Frater Arvalis adfuit in collegio a. 101 *VI 2074,* a. 105 *VI 2075.* In locum mortui (a. 117) ex litteris Traiani alius inter Arvales cooptatus a. 118 *VI 2078 = 32374 II 34 sqq.* — Plinio cum eo non plane familiaris sed tamen amicitia erat *Plin. 4, 17, 2. Gr.*

— L. Caecilius Vindex *vide* Caesellius Vindex.

86 **Caecilius Virgilianus,** C. Caecili [S]ilvani filius, vir [egregius?], proc. Aug. ripae prov. Baeticae *(videtur significari* procurator Augusti ad ripam Baetis*) t. Hispalensis II 1177. St.*

87 SEX. CAECILIVS VOLVSIANVS, consularis, patronus coloniae Thuburbo minoris, avus [Caeciliae] Petroni[anae] Aemilianae, *quae publice honorata est t. Thuburbitano Ann. ép. 1931, 42. — Ex posteris sine dubio Sex. Caecilii Crescentis Volusiani (n. 37); parentela coniunctus videtur cum Sex. Caecilio Aemiliano (n. 17), fortasse etiam cum L. Fulvio Gavio Numisio Petronio Aemiliano. Gr.*

— CAECILIA, Attici filia, *v. in Pomponiis.*

— FVRIA CAECILIA.

88 Caecilia Avita. *Tituli Eborensis II 113 (1), Conimbrigensis Ann. ép. 1924, 12 (2),* quem dedicavit Apoluni Aug. . . . lia Avita *t. 1.* Caecilia Avita *t. 2.* Q. filia, mater decemviri stlitibus iudicandis, *cuius nomen periit t. 1. St.*

— IVLIA FLAVIA HERENNIA CAECILIA HONORATIANA OPTATA *v.* Flavia Optata.

89 Caecilia Logiana, e(gregiae) m(emoriae) v(iri) *vel* em(inentissimi) v(iri) filia, Tulli Callip(p)iani equitis Romani uxor, Tulliae Logianae mater *t. sepulcralis Salonitanus III 8713. St.*

90 CAECILIA MATERNA, clarissima femina, *memoratur in t.* actoris *Puteolano X 1909; filia videtur Caecilii Materni (n. 58). Gr.*

91 CAECILIA PAVLINA. Divae Caeciliae Paulinae piae Augustae *t. Atinas X 5054 = D. 492. Extant nummi inscripti* diva Paulina *Eckhel 7, 297. Cohen 4^2 p. 523 sq. Mionnet 3, 395, quos viri docti uxori imperatoris Maximini attribuere solent, quae apud scriptores commemoratur nomine non posito.*

De Maximini truculenti illius imperatoris coniuge lenitate feminea ad veritatis humanitatisque viam eum reducente in Gordianorum actibus rettulit *Amm. Marc. 14, 1, 8. Dubito num recte* a Maximino eam occisam esse *narrent auctores christiani Syncell. 680. Zonar. 12, 16.* *St.*

92 [CAECILIA] PETRONI[ANA] AEMILIANA, neptis Sex. Caecili Volusiani consularis (*n. 87*) *t. Thuburbitanus Ann. ép. 1931, 42.* *Gr.*

— AELIA CAECILIA PHILIPPA.

93 Caecilia Tertul[la], sacerdos Iuliae Augustae et deae Romae et gymnasiarcha senum iuvenum puerorum, M. Calpurni Rufi praetorii mater honorata publice *Attaliae Annuario di Atene 3, 11 = Ann. ép. 1922, 2 = SEG 2, 696.* *St.*

94 CAECILIA VERISSIMA, clarissimae memoriae femina *VI 1363 t.* amicae *positus ab* Atilia Rufina et Caesonia Victorina. *Gr.*

95 Caecina . . . . s. [C]aecina[e . . . . u]s et Largus *XI 6689, 54 in tegula.* *Gr.*

96 L. CAECINA L. [f.], quaestor, tribunus plebis, p(raetor), pr(o)co(n)s(ule), IIII vir i(ure) d(icundo) *Volsiniis* sua pecunia vias stravit *I² 2515 t. Volsiniensis. Sub finem liberae rei p. fuit vel sub initium principatus Augusti.* *Gr.*

97 SEX. CAECINA . . . . . A *(hanc litteram cognominis finalem legit Huelsen I² p. 341)*, (praetor) peregrinus a. 11 p. C. *fasti Arv. I² p. 70; fortasse filius A. Caecinae Severi (n. 106).* *Gr.*

98 Ti. Alienus Caecina *nominatur in fistulis aquariis ad viam Nomentanam rep. XV 7382. Bull. com. 1907, 230, 3. Duplici nomine gentilicio usus esse videtur. Parentela nescio qua coniunctus cum A. Caecina Alieno (n. 99).* *Gr.*

— P. LICINIVS CAECINA.

99 A. CAECINA ALIENVS, consul suffectus a. 69. Aulus Caecina *Suet. Tit. 6, 2.* Καικίνας Ἀλιηνός *Ios. bell. 4, 634* (κικίλλιον *vel sim. codd.*). Alienus Caecina *Tac. h. 1, 52.* Ἀλιηνός *Dio exc. 65. 66 passim. Zon. 11, 17 p. 577.* Caecina *Tac. h. ceteris locis. epit. de Caes. 10, 4.* Καικίννας *Ios. bell. 4, 547* (κίνναν *codd.*). Κεκίνας *Plut. Otho passim.*

Vicetiae natus *Tac. h. 3, 8.* Iuvenis *a. 68* quaestor in Baetica a Galba, in cuius partes transgressus erat, legioni praepositus *ib. 1, 53.* Mox Galba compertum publicam pecuniam avertisse ut peculatorem flagitari iussit *ib. A. 68 exeunte et initio a. 69* legatus legionis in Germania superiore *ib. 1, 52. 53 (Caecinam legioni IIII Macedonicae praefuisse statuerunt Fabia Studi Rom. 2, 156, Ritterling RE 12, 1554 probabiliter).* A Galba ad Vitellium descivit *ib.* Vitellii iussu triginta milia militum trans Alpes Poeninas in Italiam duxit *ib. 1, 61 cf. 89. 2, 11.* Helvetios acerbissime coercuit *ib. 67. 68.* Res ab eo contra Othonianos gestae *ib. 1, 70; 2, 17—31. 34—36. 41—45. 51. 55. 56. 93. Plut. Otho 5—7. 10—13. 18. Ios. bell. 4, 547. 549.* Vitellio Luguduni praesto fuit *Tac. 2, 59* eumque in itinere ad urbem comi-

tatus est *ib. 2, 67. 70;* Cremonae spectaculum gladiatorum edidit *ib. 2, 67. 70; 3, 32.* A Vitellio consul destinatus *ib. 2, 71;* consul (suffectus) cum Fabio Valente *ib. 2, 71; 3, 31. 37. Dio exc. 65, 10, 4; 14, 4 mense Sept. ut videtur (cf. Tac. 2, 95),* Oct. *cf. ib. 3, 37, fortasse iam mense Aug. (cf. Mommsen Eph. ep. 1 p. 191).* Consularis *Suet. Tit. 6, 2. epit. de Caes. 10, 4.* Natalem Vitellii diem *(VIII kal. Oct. vel VII id. Sept. Suet. Vitell. 3)* Caecina ac Valens *(sc. consules)* editis tota urbe vicatim gladiatoribus celebravere *Tac. 2, 95.* A Vitellio opibus et honoribus cumulatus *ib. 2, 92; 3, 13. 37;* munia imperii Caecina ac Valens obibant *ib. 2, 92, cf. 77;* simultates inter Caecinam et Valentem *ib. 2, 30. 92. 93. 99.* Dux Vitellii contra Flavianos missus proditionem molitus a suis militibus in vincula coniectus est *ib. 2, 93. 99—101; 3, 9. 13. 14. 15. 36. 37. 39. 40 (cf. etiam 3, 86). Dio exc. 65, 10, 1—4; 11, 2. 5 (minus accurate Petr. Patr. exc. de sent. n. 95). Ios. bell. 4, 634—641 (a Tacito aliquatenus discrepantes).* Pridie kal. Nov. Vitellius ei in unum diem consulem Rosium Regulum suffecit *Tac. 3, 37.* Post proelium Cremonense catenis exsolutus cum Antonio Primo pactus est *ib. 3, 31. Dio exc. 65, 14, 4.* Edictum eius exercitui Germanico missum *Tac. 4, 31.* Ab Antonio Primo ad Vespasianum dimissus est *ib. 3, 31. Ios. bell. 4, 644;* Antonius eum ut captivum ac dediticium increpuit *Tac. 4, 80.* Amicus Vespasiani, qui eum omni honore affecit *Dio-Xiph. 66, 16, 3. 4. Ios. l. l.* Cum Tito ficto certamine armis certavit *Dio exc. 66, 15, 2. Sub finem imperii Vespasiani* cum Eprio Marcello in Vespasianum coniuravit *Suet. Tit. 6, 2. Dio exc. 66, 16, 3;* Titus Caecinam vocatum ad cenam ac vixdum triclinio egressum confodi iussit urgente discrimine, cum etiam chirographum eius praeparatae apud milites contionis deprehendisset *Suet. l. l. Dio l. l. (Zon. 11, 17),* ob suspicionem stupratae Berenicis uxoris suae *epit. de Caes. 10, 4 minus recte.* — Corpore ingens *Tac. 1, 53; 2, 30. Plut. Otho 6.* Mores eius *Tac. 1, 53; 2, 30. 56. 99. 101. Plut. l. l.* — Uxor eius Salonina *Tac. 2, 20, cf. Plut. l. l.* Amicus Publilius Sabinus *Tac. 2, 92; 3, 36. Parentela fortasse coniunctus cum Ti. Alieno Caecina (n. 98). Gr.*

— C. LAECANIVS BASSVS CAECINA FLACCVS.

100 .. [Cae]cina Largus, praefectus a[nnonae] *ut videtur* kal. Febr. a. 250 *VI 31849 (de supplemento* a[erarii Saturni *vel* militaris] *vix cogitandum). Gr.*

— C. SILIVS A. CAECINA LARGVS.

101 C. CAECINA LARGVS, consul a. 42 p. C., *memoratur in actis Arvalium (v. infra). In consulatu:* .. Caecina Largus *X 6638 fasti Antiates.* C. .... Largus *VI 2015 = XIV 2241 fasti fer. Lat.* C. Caec. *I 772 = Herzog Tess. numm. n. 101.* Γάϊος Λάργος *Dio 60, 10, 1.* Largus *chron. Pasch. Chron. min. 1,220, liber Pasch. cod. Ciz. ib. 508 (perperam* Longus *chronogr. a. 354 ib. 57;* Larbus *fasti Hydat. ib. 220;* Gallus *vel* Gallius *fasto-*

rum laterculi nonnulli). Largus *Gaius inst. 3, 63 (cf. infra).* — C. Caecina Largus *acta Arv.* Largus Ca[e]cina *VI 22331.* Caecina Largus *Plin. n. h. 17, 5.* Largus Caecina *Ascon. in Scaur. p. 27 Stangl (traditur* longus cicina *vel sim.). Tac. a. 11, 33* (p. Largo Caecina *cod. Med., litteram* p. *ex siglo copulae* et *ortam esse observavit Nipperdey). ib. 34.*

Frater Arvalis adfuit in collegio a. 38 *VI 2028 d,* a. 39 *ib. 32346,* a. 40 *ib. 32347, a. 44 ut videtur ib. 2032 (cf. Jahresh. 10 B. 33 sq.),* a. inc. Claudii *(fortasse a. 41 vel 43 vel 45 cf. Jahresh. l. l.) ib. 32349.* Consul a. 42 cum imp. Claudio II *Ascon. l. l. Dio 60, 10, 1; v. supra;* fasces gessit per totum annum *Dio l. l.* Claudio, qui kal. Martiis consulatu se abdicavit, suffectus est [C.] Cestius Gallus *fasti fer. Lat.* (... [A]pr.), *huic ut videtur* (Cornelius) Lupus *Gaius 3, 63: ab his consulibus factum videtur* senatus consultum Largianum *(cf. Steinwenter RE 12, 919).* A. 48 L. Vitellius et Largus Caecina Claudium comitati sunt ad poenas de Messalina sumendas Ostia Romam redeuntem *Tac. a. 11, 33. 34. Sine dubio ex intimis Claudii amicis (cf. ib. 11, 31* tum (Claudius) potissimum [quemque] amicorum vocat); e proceribus *Plin. n. h. 17, 5.* Domum, quae aliquando fuerat Crassi oratoris deinde Scauri, in Palatio sitam possedit *Ascon. l. l.;* lotos insignes in domo sua ostentare solebat *Plin. l. l. Claudio supervixit cf. Ascon. l. l.; ante a. 57 eum decessisse inde licet colligere, quod in actis Arv. huius anni inter duodecim fratres non iam memoratur (cf. Kiessling-Schoell Ascon. p. X).* — *Hic videtur* Largus Ca[e]cina, *qui nominatur in t. sepulcrali servi alicuius VI 22331. Ad hunc et consanguineum aliquem pertinet fortasse tegula XI 6689, 54:* ...[C]aecina[e? ... u]s et Largu[s]. *Gr.*

102 C. CAECINA LARGVS *memoratur in titulis Thraciis Ann. ép. 1927, 72 (1). III 7418 = 12337, cf. 14207*[32] *(2). IGR 1, 741, cf. 1488 (3). Nummi: I Pautaliae a) cum capite Septimii Severi et inscriptione nominis, in aversa* ἡγε(μονεύοντος) Καικίνα Λάργου Οὐλπίας *(vel* Οὐλπι.) Παυταλίας *vel* ἡγ. Και. Λάργου κτλ. *(n. 277) vel* ἡγ. Καικί. Λάργου κτλ. *(n. 278) vel* ἡγε. Καικί. Λάργου κτλ. *(n. 288) Ruzicka Bull. inst. arch. Bulg. 7, 1932/33, 93—97 n. 271—288 b) cum capite Antonini Severi filii et inscriptione* Αὐτ. Μ. Αὐρήλιος Ἀντωνεῖνος *(vel* Ἀντωνῖνος), *in parte aversa* ἡγε. *(vel* ἡγ.*)* Καικίνα Λάργου Οὐλπίας *(vel* Οὐλπ.*)* Παυταλίας *Ruzicka p. 134—136 n. 500—507. 509. II Plotinopolis cum capite Severi et inscriptione* Αὐ. Κ. Λ. Σεπ. Σευῆρος Π., *in aversa* ἡγε. Γ. Και. Λάργου Πλωτεινοπολειτῶν *nummus musei Vindobonensis, quem vidi (lectionem, quam recte protulerat Münsterberg Beamtenn. 28 = Num. Zeitschr. 1911, 96, ipse corrigendam putavit Num. Zeitschr. 1927, 50 miro errore). III Serdicae a) cum capite et inscriptione nominis Severi, in aversa* ἡγ. Καικίνα Λάργου Οὐλπία(ς) Σερδικῆς *vel* ἡγε. Καικί. Λάργου Οὐλπ. Σερδικῆς *vel similiter Ruzicka Num. Zeitschr. 48, 1915, 15 sq. n. 37—44*

b) cum capite Antonini et inscriptione Αὐ. Κ. Μ. Αὐρ. Ἀντωνῖνος, *in aversa* ἡγ. Καικίνα Λάργου Σερδῶν *vel* ἡγ. Καικί. Λάργου Οὐλπ. Σερδικῆς *vel similiter Ruzicka Num. Z. l. l. 24 n. 94—101 (cf. Bull. inst. arch. Bulg. l. l. 136, 508). IV Traianae Augustae ut videtur, in adversa Antonini caput exhibens et inscriptionem* Αὐ. Κ. Μᾶρ. *(recte* Μ. Αὐρ.*)* Ἀντωνῖνος, *in parte aversa* ἡγε. Καικίνα [Λάρ]γου Αὐγ[ο]ύσ[της ?] Τραι[ανῆς] *Mionnet S. 2, 511, 1807, cf. Münsterberg Beamtenn. 28 = Num. Z. 1911, 96.*

C. Caecina Largus *t. 2. 3.* Καικίνα Λάργου *t. 1. Nomina in nummis v. supra.* — Legatus provinciae Thraciae *t. 1. nummi;* legatus Augustorum pr. pr. Thraciae *t. 2. 3. Thraciam rexit ante a. 198 t. 1 (ubi* Septimius Severus *dicitur* Arabicus Adiabenicus *nondum* Parthicus maximus*), anno 198 Antonino in imperii societatem recepto t. 2. 3. nummi III b. IV(?) (cf. cognomen* Parthici maximi *in tt. 2. 3 Severo datum; in t. 2* trib. pot. IIII imp. VII *falso traditur, cf. Stein Thracia 46). Gr.*

103 A. CAECINA PAETVS, consul suffectus a. 37 p. C. A. Caecina Paetu[s] *in consulatu XIV 4535 fasti Ostienses.* Caecina Paetus *Plin. ep. 3, 16, 3.* Καικίνου Παίτου *Dio 60, 16, 6* (Καικίνου ὑπάτου *cod. Marcian., Zon. 11, 9 p. 562).* Paetus *Plin. 3, 16, 6. 7. 10. 13. Martial. 1, 13. Dio (Zon.) l. l. (ubi pro* Παῖτε *traditur* παῖε).

Consul suffectus cum C. Caninio Rebilo ex kal. Sept. usque ad finem anni 37 *fasti Ostienses. [Consulem designatum eum esse a Tiberio ex Dione 59, 7, 9 colligere licet. St.]* Consularis vir *Plin. ep. 3, 16, 8.* A. 42 in partibus Camilli Scriboniani *Plin. § 7. Dio 60, 16, 6 (Zon. 11, 9);* occiso Scriboniano Romam trahebatur *Plin. § 7—9;* capitis damnatus *Dio l. l.* Arria uxore praeeunte mortem sibi conscivit *Plin. § 2. 6. 9—13. Dio § 5. 6. Zon. l. l. Martial. 1, 13. vita Persii p. 59 Jahn-Bücheler[3] (v. supra A 1113).* Filius parentibus superstitibus decessit *Plin. § 3—6;* filia Arria (P. Clodii) Thraseae Paeti uxor *Plin. § 10. Tac. a. 16, 34 (v. supra A 1114). Alter filius fortasse (ex praenomine natu minor)* C. Caecina Paetus *consul a. 70 (is qui sequitur). Gr.*

104 C. CAECINA PAETVS, *pleno nomine ut videtur* C. Laecanius Bassus Caecina Paetus. Silvano dedicavit *t. prope Minturnas rep. D. 9247 (1),* liberto posuit *t. sepulcralem rep. loco quodam inter Interamnam et Minturnas sito X 5375 (2); memoratur in cippis terminalibus VI 31548 a. b (= D. 5929 b. a). c (3—5), in fistula aquaria urbana XV 7281* α *(= D. 8682).* β *(6), in titulis* Silvano pro salute eius (liberorumque eius *t. 8*) *prope Minturnas dedicatis a liberto ut videtur D. 9247 a (7),* a servo *ib. b (8). Consulatus eius indicatur in t. VI 200 = 30712 = D. 6049 (9) (t. VI 369* fictus est a Ligorio).* Epistula eius ad Milesios data *Milet 1, 9, 177 n. 360 (10).*

C. Caecina Paetus *t. 1. 3—5. 7. 9.* (C.) Caecina Paetus *t. 2.* Caec[ina] Paetus *t. 6.* Καικίνα Παῖτος *t. 10 (v. infra).* C. Laecanius Bassus Caecina Paetus *t. 8: hunc,* pro cuius liberorumque salute servus quidam

Silvano votum solvit *prope Minturnas, eundem esse atque* C. Caecinam Paetum *eum, de quo agitur, inde maxime efficitur, quod eodem loco item* Silvano *arae dedicatae sunt a* C. Caecina Paeto (*t. 1) et* pro salute C. Caecinae Paeti *(t. 7)*. Caecinam Paetum proconsulem Asiae *(t. 10) non diversum esse a C. Laecanio Basso Caecina Paeto vel ideo veri est simile, quod virum consularem in litteris publicis praenomine abstinere illis temporibus plane insolitum est, unde nomina priora in superiore t. parte perisse et* Καικίνα Παῖτος *vocabula nominum eius agmen claudere suspicari possis.*

Fortasse filius (natu minor) fuit A. Caecinae Paeti consulis a. 37 *(qui praecedit); adoptione per testamentum facta vel hereditate videtur coniunctus fuisse cum* C. Laecanio Basso consule a. 64. Consul (suffectus) d. 17 m. Nov. *a. 70 ut videtur* cum L. Annio Basso *t. 9 (v. supra A 637)*. Curator riparum et alvei Tiberis priore semestri a. 74 *t. 4*, altero semestri eiusdem anni *t. 3. 5.* Proconsul (Asiae) *t. 10 sub Vespasiano (post a. 74) vel potius sub Tito ut videtur; tunc temporis spatium solito minus inter consulatum et proconsulatum intercessisse confirmatur proconsulatibus M. Plancii Vari et M. Ulpii Traiani, quorum uterque eodem anno atque Paetus fasces gessisse videtur (ad a. 80/81 proconsulatum Paeti rettulit Cichorius ap. Norden Agnostos Theos 340). A Domitiano aquarum nescio quo pacto iniunctum ei est officium teste fistula facta non ante a. 83 (t. 6):* [Im]p. Domitiani Caesaris Aug. Germ. sub cur(a) Caec[in(ae)] Paeti et Articulei Paeti et Nini Hastae (*t. 6* β: [sub] cur. C. [C. P.] Q. A. P. Q. N. [H.]). *Caecinam curatorem aquarum publicarum fuisse non crediderim, cum ab a. 74 usque ad a. 97 Acilium Aviolam (supra A 49) huic officio praefuisse Frontini testimonio (de aq. 102) constet.*

Liberi eius *memorantur t. 8; unus ex his fortasse* C. Laecanius C. f. Sabatina Bassus Caecina Flaccus III vir monetalis, qui annos natus XIIX mortem obiit *IX 39 t. Brundisii descriptus.* Liberti *t. 2. 7;* servus *t. 8. Fundos videtur habuisse in agro Minturnensi cf. t. 1. 2. 7. 8.* *Gr.*

— C. LAECANIVS BASSVS CAECINA PAETVS *v.* C. Caecina Paetus *n. 104.*

105 CAECINA SABINVS *memoratur ante* Caecinam Tacitum, *propinquum sine dubio, in laterculo senatorum VI 37118. Non diversus videtur* Antonius Caecina Sabinus consul a. 316 cum Vettio Rufino *fasti Heracl. Chron. min. 3, 397. P. Oxy. 1, 53. 84. 103; 17, 2114. 2124. PSI 7, 771. Preisigke SB 6003. 7621 col. V. IX. Wilcken PArch. 3, 382. P. Heid. 27 cet., cf. Hohmann Chronol. d. Papyr. (1911), 23.* *Gr.*

106 A. CAECINA SEVERVS. A. Caecina *Vell. 2, 112, 4. Tac. a. 1, 31. 72.* Caecina Severus *Tac. a. 3, 18. 33. Dio 55, 29, 3* (καὶ κίννας *cod. Marc.). Tertullian. de pallio 4.* Severus *Dio 55, 30, 3. 4; 32, 3; ceterum* Caecina.

Militiam iniit anno circiter 26 a. C. cf. Tac. 1, 64; 3, 33 (v. infra). Consularis *a. 7 p. C. Vell. 2, 112, 4, consul igitur suffectus a. inc. ante a. 752*

= 2 a. C., ut opinor: nam Plautio Silvano consule huius anni dignitate maior fuisse videtur (cf. Vell. l. l.). A. p. C. 6 *legatus Augusti exercitus in Moesia tendentis* (ὁ τῆς πλησιοχώρου Μυσίας ἄρχων *Dio 55, 29, 3, quibus verbis legationem provinciae Moesiae significari haud crediderim neque cogitaverim de proconsulatu Macedoniae, cf. v. Premerstein Jahresh. 1 B. 162. Patsch S. Ber. Ak. Wien 1932, 1, 85 sq. Syme Journ. Rom. St. 23, 28)* Breucos Sirmium oppugnantes vicit *Dio 55, 29, 3;* cum Batonibus acie congressus *Dio 55, 30, 3* in Moesiam rediit, ut Dacos Sarmatasque eam vastantes expelleret *Dio* § *4.* A. 7 una cum M. Plautio Silvano et Rhoemetalce rege Thraciae exercitum e Moesia contra Batones duxit, hostes prope Volcaeas paludes magna utrimque caede victi *Vell. 2, 112, 4—6. Dio 55, 32, 3 (cf. Jahresh. 21/22 B. 469. Syme l. l. 26).* Tiberius exercitum (Caecinae) remisit eo, unde venerant *Vell. 2, 113, 2. 3.* Legatus Aug. exercitus Germaniae inferioris Germanico Caesare proconsule a. 14 *Tac. a. 1, 31* seditionem legionum sedare non potuit *ib. 31. 32;* legiones primam ac vicesimam in civitatem Ubiorum reduxit *ib. 37 (cf. Dessau Gesch. d. röm. Kaiserz. 2, 8, 2);* legiones quintam et unetvicesimam rebellantes in castris, quibus Vetera nomen erat, coercuit *ib. 45. 48. 49.* Res ab eo contra Germanos gestae a. 14 *ib. 50,* a. 15 *ib. 56. 60. 61. 63—68.* Eodem a. triumphalia insignia ei decreta ob res cum Germanico gestas *ib. 72.* A. 16 fabricandae classi a Germanico praepositus *ib. 2, 6.* A. 20 in senatu sententiam dixit *ib. 3, 18;* a. 21 censuit, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur, sed sententia eius elusa est *ib. 3, 33. 34 cf. Tertullian. de pallio 4:* habes spectare quod Caecina Severus graviter senatui impressit, matronas sine stola in publico.

A. 15 quadragesimum stipendium parendi aut imperitandi habebat *Tac. 1, 64;* a. 21 in senatu dixit se pluris per provincias quadraginta stipendia explevisse *ib. 3, 33 (non est quod statuamus hos locos inter se discrepare).* — Coniunx eius sex partus enixa est *Tac. 3, 33. Filius eius natu minimus fortasse* Sex. Caecina . . . a. praetor a. 11 *(n. 97). Huius fortasse libertus* A. Caecina . . . . Gigas *VI 6030 = D. 7394.* *Gr.*

107 A. CAECINA TACITVS *(traditur* AVLO CAECINAE IACFIO, *emendavit Renier),* [praetor] candidatus, praeses provinciae Ba[eticae], consul *(suffectus a. inc.),* VII vir epulonum *VIII 10988 t. Salanus positus a* Sept. Carvi[li]ano equite Romano patrono incomparabili. *Idem videtur* Caecina Tacitus, *qui nominatur post* Caecinam Sabinum *in laterculo virorum ordinis senatorii saec. III exeuntis vel IIII ineuntis, qui ad opus quoddam faciendum contulerunt VI 37118. In fragmento VI 37061 fortasse suppleri potest* A. Cae[cinae Taciti] c. v. *(v. supra A 952. 956). Necessitudine sine dubio coniunctus cum eo qui sequitur.* *Gr.*

108 C. Caecina Tacitus. *XI 6712, 91 in signaculo. Cf. eum qui praecedit.* *Gr.*

109 **C. Caecina Tuscus.** *Tria nomina P. Ryl. 2, 119*, Caecina Tuscus *Tac. Dio*, Tuscus *Suet. Nero 35, 5.* Neronis nutricis filius *Suet. l. l.* A. 51/2 iuridicus Alexandreae et Aegypti *P. Ryl. l. l.* Fabius Rusticus auctor est scriptos esse a. 55 a Nerone ad eum codicillos, mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem (Sex. Afranio) Burro retentam *Tac. a. 13, 20.* Praefectus Aegypti (ὁ κράτιστος ἡγεμών) *P. Ryl.* In hoc officio, quod balneis in adventum Neronis extructis lavisset, relegatus *Suet. l. l. Dio-Xiph. 63, 18, 1 ad a. 67, sed Tib. Iulius Alexander certe iam a. 66 praefectus fuit Aegypti. (Ab Alexandro Caecinam Tuscum significari verbis edicti* τὴν πρόσκαιρόν τινος ἀδικίαν *putat Wilcken Ostr. 1, 592 sq. fortasse recte).* A. 69 Romae fuit *Tac. h. 3, 38. 39.* Amicus Iuni Blaesi *ib.* *St.*

110 [C]AECINIA LARGA, A. f., marito, *cuius nomen periit*, una cum [La]rcia A. f. Priscilla filia *t. (sepulcralem) posuit Antii X 6659 = D. 987. Maritum Largae fuisse* A. Larcium Lepidum, *qui memoratur ap. Ios. bell. 6, 237, recte videtur statuisse Renier Mém. acad. inscr. 1867, 291, 1.* *Gr.*

— APPIA VETVRIA AVRELIA(?) CAECINIA (?) SABINILLA *v. supra A 956.*

111 Caedicianus (*traditur* Καδικιανός), inter longaevos enumeratur *M. Antonin.* εἰς ἑ. *4, 50.* *St.*

— Q. ABVRNIVS CAEDICIANVS.

112 Caedicius, gravis, qui saevas poenas invenit *Iuvenal. 13, 196 sq.* Aulicum Neronis crudelissimum fuisse vult intelligi. satellitem Neronis *schol. fide parum dignus, cf. Friedländer ad l. Vix idem* Caedicius facundus (causidicus) *ib. 16, 45 sq.* *St.*

113 L. Caedicius (*sic Vell. 2, 120, 4;* Caedius primipilaris *Ps. Frontin. strat. 4, 7, 8)*, praefectus castrorum post cladem Varianam Alisone obsessus virtute et consilio se suosque servavit *Vell. Frontin.* *St.*

114 C. CAEDICIVS AGRIPPA *nominatur inter* curatores riparum et alvei Tiberis, qui praesidente L. Caninio Gallo (cos. a. a. C. 2) (ripam) reficiundam curaverunt, *loco tertio (fortasse tribunicius vel aedilicius) VI 31543 = D. 5893, aetate Tiberii ante a. 24 ut videtur.* *Gr.*

115 A. Caedic(ius) Priscianus, egregius vir, *sacerdos domus Augustae (temporibus Commodi) VI 2010 II 22.* *St.*

116 CAEDICIA (Cadicia *traditur)*, Flavii Scaevini uxor, a. 65 a Nerone Italia prohibita *Tac. a. 15, 71*; *post exitum Neronis probabiliter restituta. Eandem esse atque* Caediciam M. f. Victricem, *quae Neapoli ut videtur dedicavit t. IG 14, 722 et memoratur in amphoris VIII 22637, 23. X 6252. XI 6695, 25, cf. p. 1405. XV 3424 = D. 8573, coniecit Dessau fortasse recte.* *Gr.*

117 Caedicia Luc . . . Crispinilla(?), L. f., mater C. Valerii C. f. Respecti Terentiani clarissimi iuvenis, *cui t. sepulcralem posuit Salonis III 1989.*

1988, quos titulos coniungendos et in illo pro Caediciae *corrigendum esse* Caedicia *statuit Kubitschek Jahresh. 6 B. 81 probabiliter.* *Gr.*

118 Caelestina(?). *In frustulis Volsiniis rep. XI 7283 extat a v. 1* Caeles . . . , *b v. 1 sq.* . . . tinae . . . . ae c(larissimae?) f(eminae?). *Gr.*

119 Caelestinus, adfertur de Valeriano iuniore *vita Valeriani 8, 1.* *St.*

— PVLLAIENA CAELIANA.

120 Caelianus (*traditur* Καίλινον), Alexandri Aegeatae filius, cuius de Nerone contumeliosum iudicium *Suid. s.* Ἀλέξανδρος *1128 Adler.* *St.*

121 Caelianus, Afer, rhetor, magister Diadumeniani *vita Diad. 8, 9.* *St.*

— **M. Calpurnius Caelianus.**

— TI. CLAVDIVS SAETHIDA CAELIANVS.

— L. IVNIVS VICTORINVS [F]L(AVIVS) CAELIANVS.

— Sempronius Caelianus.

122 Caelius, latro *Hor. s. 1, 4, 69 cum schol.* *St.*

123 CAELIVS(?) . . . ILLIANVS MA[XIMVS?], [curator] aedium sacrarum [et operum] publicorum m. Sept. a. 159 *VI 857 c t. ex parte tantum servatus* (Caelio . . illiano Maximo *descr. Accursius*, CALL . . . . ILLIANONIAI . . O *Pighius). M. Servilii Fabiani Maximi nomen in t. latere suspicatus est Hüttl Anton. Pius 2, 167 vix recte.* *Gr.*

124 L. CAELI[VS] . . . . . *In v. ultimo t. Cyprii mutili III 6051* . . . . . ino et L. Caeli . . . . . *memorari videntur consules suffecti a. incerti.* *Gr.*

— CAELIVS ATTIANVS, *v.* P. ACILIVS ATTIANVS *supra A 45.*

— Caelius Caldus *Vell. 2, 120, 6 v.* Coelius Caldus.

125 CAELIVS CALVINVS, legatus Aug. pr. pr. (Cappadociae) *a. 184 (potius quam a. 185, cum* Commodus *in t. dictus sit* Germa. Sarm. max., *nondum Britannicus maximus) memoratur in t. rep. in Armenia maiore III 6052 = D. 394, quem posuerunt* vexill(arii) legionis XV Apollinaris. *Nescio an pater fuerit* D. Caelii Calvini Balbini *(qui sequitur).* *Gr.*

126 D. CAELIVS (CALVINVS) BALBINVS = IMP. CAES. D. CAELIVS CALVINVS BALBINVS AVG. *Tituli: miliaria Mauretaniae VIII 10342. 10343. 10365 (= D. 496). 22586. 22620. Bull. tr. hist. 1912 p. CCXXXIV (= Ann. ép. 1912, 158); 1925 p. CCXXIV et Cappadociae (eius et Pupieni nomina erasa item in t. Aquileiensi Brusin Scavi, 1934, 76) III 6913. 6934. 6936. 12168 (= 6905). 12176. 12180(?). 12198. 12210 (= 6953), cf. p. 2063. Jahresh. 7 B. 111; deleta in nomine* alae primae Hispanorum Asturum *ante* Gordianae *vocabula* Pupienae Balbinae *t. Britannicus VII 510 = D. 4828, cf. Haverfield Eph. ep. 9 p. 583. Eius et imperii collegae nomina in sepulcro urbano* (collegii) Innocentiorum *elementis graecis picta* Popenio Balbino *Not. d. sc. 1923, 68 = Diehl ILChr 3995. Nummi Eckhel 7, 305—307. Cohen 5², 8—13; Alexandrini Vogt Alex. Münzen 1, 191 sq.; 2, 136 sq. Cf. praeterea Babelon Coll. Wadd. 4666. Imhoof-Blumer Kleinas. Münz. 89, 30 (= Corolla Numism. Head 1906, 298); Journ. Hell. St. 18, 174 sq.*

WfklPh 1902, 662. Papyri: Oxy. 12, 1433. Wessely Text. Gr. 1, 51 = Preisigke SB 5125; Wilcken Ostr. 1 p. 805.

Plena nomina in titulis et papyris (et in ostraco); in nummis commatis Romani D. Cael. Balbinus, *item in Alexandrinis* Δέκ. Καίλ. Βαλβῖνος, *sed in nummis Amisenis Imhoof-Blumer Abh. Ak. Münch. 1890, 574; Num. Z. 20, 254 (cf. Sallet Alex. Kaiserm. 59, 134. Mommsen Z. f. Num. 8, 26). Wadd. Rec. d. monn. gr. As. 1, 69, 131 sq.* Δέκμ. Καί. Καλ. Βαλβῖνος. *Privatus nominatur* D. Caelius Balbinus *in consulatu altero VI 269. 1987. [2001]. X 7228. XI 2633 = D. 6597.* Cael. Balb. *III 10306; praeterea* D. Caelius Ba.... *VI 1891;* D. Caelius.... *t. Phrygius Class. Rev. 22, 214 = Ann. ép. 1909, 175;* Caecilius Balbinus *Vict. Caes. 26, 7; 27, 6;* Clodius Balbinus *vita Gord. 10, 1; 22, 1; Maximin. 20, 1 (in cod. Palat. lectio recentioris manus);* Albinus *Zonar. 12, 16. 17;* Publius Balbinus *ib. 12, 17; ceterum* Balbinus.

Εὐπατρίδης *Herodian. 7, 10, 4, cf. 8, 7, 4; 8, 8, 4;* clarus nobilitate *vita Max.-Balb. 2, 7;* nobilissimus *ib. 7, 1* (obscurissimo genere *Eutrop. 9, 2, 1 perperam). De familia eius quae traduntur vita 7, 3. 4 nullius sunt fidei.* Patricius, *quoniam in collegio saliorum cooptatus, v. infra. Filius fuisse potest Caeli Calvini legati Cappadociae.* Vixit annos sexaginta *Zonar. 12, 17, natus igitur a. 178 (sed vix credibile eum annos agentem triginta quinque, anno sc. 213, consulem iterum fuisse);* a. 238 πρεσβύτης *Herodian. 8, 8, 3. 6. 8; inde* longaevus *vita 15, 2.*

Provincias administravit *Herodian 7, 10, 4;* Asiam et Africam et Bithyniam et Galatiam et Pontum et Thracias et Gallias civilibus administrationibus rexerat *vita 7, 2 (suspecta vel falsa).* Proconsul Asiae *t. Phrygius l. c.* Consul I *suffectus a. inc.*, consul II a. 213 cum imperatore Antonino IIII *fasti (v. supra);* consul bis *Herodian. 7, 10, 4; 8, 8, 4, inde vita 7, 1; 15, 2. VIII 10365. 22586;* consularis *vita 1, 2;* ex consulibus *vita Gord. 22, 1.* Salius Palatinus cooptatus *non ante a. 191 VI 1981.*

Anno 238 electus est inter vigintiviros consulares a senatu contra Maximinum ad Italiam tuendam creatos (XX vir ex senatus consulto rei publicae curandae, *cf. XIV 3902 = D. 1186) vita Gord. 10, 1. 2; 22, 1 (cf. 14, 3. 4); Maximin. 32, 3. Zos. 1, 14, 2.* Post mortem duorum Gordianorum senatus Balbinum et Maximum imperatores fecit *Herodian. 7, 10. vita 1—3; Gord. 10, 1; 22, 1; Maximin. 20, 1. 2. Vict. Caes. 26, 7,* populo tumultuante M. Antonium Gordianum puerum Caesarem iis aggregavit *Herodian. l. c. vita 3, 3. 5; Maximin. 20, 2, cf. 16, 7.*

Inde dictus est Imperator Caesar D. Caelius Calvinus Balbinus pius felix Augustus *(v. supra).* Nonaginta novem diebus post *(chronogr. a. 354 p. 147 M.)* uterque Augustus simul a praetorianis occisus est *Herod. 8, 8, 6—8. vita 14, 5. 6; Gord. 22, 5. Eutrop. 9, 2, 2. Vict. Caes. 27, 6. epit.*

de Caes. 26, 2. Zos. 1, 16, 2. Pol. Silv. 521 M., a. 238 ante d. 29 m. Aug. *(cf. supra A 835). St.*

127 Caelius Clemens, adfinis socrus Plinii, a Traiano in Bithyniam translatus, quo tempore Plinius provinciam administrabat *ad Trai. 51, 1. St.*

128 M. Caelius Clodianus *nominatur in tessera plumbea, in cuius parte aversa cernitur* VC (v(iri) c(larissimi) *solvit Rostowzew) Tesserarium urb. Rom. 1149. Gr.*

129 Caelius Cursor, eques Romanus, ob ficta maiestatis crimina in Magium Caecilianum praetorem auctore principe ac decreto senatus punitus a. 21 *Tac. a. 3, 37. St.*

130 Caelius Felicissimus, vir egregius, maritus Luriae Ianuariae clarissimae feminae *VI 31731 = Diehl ILChr 157 t. extans in coemeterio christianorum suburbano, quod Ostrianum dicitur. Videtur christianus fuisse. St.*

131 CAELIVS FELIX, *consularis* (consul *vita perperam*), occisus a Commodo *(non ante a. 190) vita Comm. 7, 6. Gr.*

132 Q. CAELIVS FLAVIANVS, clarissimus vir, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum. Gr.*

133 M. CAELIVS FLAVVS PROCVLVS. *T. sepulcralis Capenas XI 3883.* X vir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius legionis XX Valeriae victricis, VI vir turmae equitum Romanorum, quaestor, tribunus plebis candidatus, praetor candidatus, curator rei publicae Aquinatium. *Gr.*

134 **Caelius Florus,** procurator Augusti Lyciae a. 116 et 117 *(cf. Ritterling Rh. Mus. 73, 1920, 38—41), cuius epistulae praeter alias inscriptae sunt in mausoleo Opramoae Rhodiapolitano, Heberdey Opramoas p. 11. 13 = IGR 3, 739 col. III 10. 20. IV 1. St.*

— CAELI(VS) HONORATVS(?) *v.* Caeli(us) Oneratus *n. 137.*

135 M. CAELIVS IVLIANVS, tr(ibunus) l(ati)c(lavius) (legionis XIII geminae), dedicavit Daciis tribus et genio legionis XIII g. *t. Apulensem III 995 = D. 3920 non ante imp. Marcum. Idem ni fallor* Caelius (*vix* C. Aelius) Iulianus, clarissimus vir, *qui nominatur in tegula urbana XV 475 (laterem pro litterarum forma sigilli aetatis Marci esse censuit Dressel). Gr.*

136 **C. Caelius Martialis,** C. fil., Oufentina, praefectus cohortis I Raetorum quae tendit in Raetia, tribunus legionis XIII geminae quae tendit in Dacia, in quo tribunatu donis militaribus donatus est ab Imperatore Caesare Nerva Traiano Augusto Germanico Dacico et copiarum curam adiuvit secunda expeditione Dacica, procurator provinciae Achaiae, procurator ferrariarum *t. Corinthius, positus a* [L. Gel]lio Menandro amico *Amer. Journ. Arch. 37, 567 sq. = Ann. ép. 1934, 2. St.*

137 CAELIVS ONERATVS *memoratur in nummis Thraciis, qui in parte adversa caput Septimii Severi et inscriptionem nominis exhibent, a) Pautaliae, in aversa* ἡγε(μονεύοντος) Καιλίου (Κ ΑΙΛΙΟΥ *n. 263)* Ὀνεράτου Οὐλ-

πίας Παυταλίας *Ruzicka Bull. inst. arch. Bulg. 7, 1932/33, 91 n. 262—264 cf. p. 90 n. 260. 261 (nummi a prioribus male descripti:* ἡγε. Τ. Αἰλίου Νερατί. Οὐλπίας Παυταλίας *vel* Παυταλιωτῶν). *b) Perinthi (adhuc inedito) in aversa* ἡγε Κ. 'Ωνεράτου κτλ. *ex lectione, quam protulit Ruzicka Num. Zeitschr. 54, 1921, 195* ('Ωνωράτου *in nummo esse statuit Pick apud Stein Thracia 40) museum Gothanum. c) Philippopolis, in aversa* ἡγ. Και. 'Ονερ. Φιλιπποπολιτῶν *Br. Mus. Thracia 237 n. 27 a. Itaque legati nomen videtur fuisse* Caelius Oneratus, *id quod etiam ea re confirmatur, quod in catalogo epheborum Atticorum (perscripto inter a. 110 et 120 ut iudicat Dittenberger) IG 3, 1101 = 2/3², 2020 col. I 40 memoratur* Κ. Καίλιος 'Ονερᾶτος *quidam* Κηφι(σιεύς).

Legatus (Aug. pr. pr. Thraciae) imperante Septimio Severo *(sub initium principatus Severi ut videtur) nummi; decessor ni fallimur T. Statilii Barbari legati a. 196/197 cf. Stein l. l.* *Gr.*

138 P. CAELIVS OPTATVS *posuit t. Lambaesitanum VIII 2736 (1), memoratur in titulis Masculitano VIII 17958 (= 2239. 2469) (2), Lambaesitano VIII 18067 = D. 2303 (3).*

P. Caelius Optatus *t. 1. 3.* .... elius Optat ... *t. 2.* Caelius Optatus *Fronto.* — Legatus Aug. pr. pr. legionis III Augustae *t. 1—3* a. 166 *t. 3; videtur exercitui Africano praefuisse a. 166/167, cum per partem a. 166 legatus fuerit .... us Venustus (VIII 4195), a. 167 nescio quis, cuius nomen consulto deletum est (VIII 4208. 17866 cf. 2581).* Amicus Frontonis, qui ei commendat Sardium Saturninum *ad amicos 1, 9 p. 180 N. = vol. 2 p. 240 Haines, nisi* Caelius Optatus, Frontonis ‚frater', *pater est aliunde ignotus huius de quo agimus.* *Gr.*

139 L. CAELIVS PLAVTIVS CATVLLINVS, clarissimus vir, tribunicius, curator rei publicae (Sufetulae) *VIII 11332 = D. 6836 t. Sufetulanus publice positus saec. III.* *Gr.*

140 Caelius Pollio *(sic Tac.,* Pollio *Dio)*, praefectus a. 51 castello Gorneis a Radamisto Pharasmanis filio obsessus pecunia capta Mithridati auctor fuit, ut se dederet *Tac. a. 12, 45. 46*, successor ei datus Laelianus *Dio exc. 61, 6, 6.* *St.*

141 C. CAELIVS RVFVS, consul a. 17 p. C. *In consulatu:* C. Caelius *I² p. 72 = X 6639 fasti Antiates. VI 10051 = D. 5283. VI 36841 = D. 9337 v. 5* (.... io *v. 11). Tac. a. 2, 41.* C. Caecilius *I² p. 73 = XI 1356 fasti Lunenses. Cassiod. Chron. min. 2, 136.* Γ. Καικίλιος Γ. υἱ. Νέπως ἢ 'Ροῦφος *Dio ind. l. 57.* Γάιος Καικίλιος *Dio 57, 17, 1* ..... us Rufu[s] *I² p. 70 fasti Arv.* Rufus *coll. leg. Mos. 15, 2, 1; fasti ms.* (Rufinus *fasti Vindob. Chron. min. 1, 279, latercul. Malalian. ib. 3, 429). Pleno nomine eum appellatum esse* C. Caelium C. f. Rufum Caecilium Metellum Nepotem *censuit Nipperdey Opuscula 534 vix recte, sed possis conicere eum ex Caecilia domo in Caeliam adoptione transisse.*

C. f. *Dio ind. l. 57. — Idem videtur* . ... lius Rufus, praetor (aerarii) a. 13 *I*^{2} *p. 74 = VI 32270 fasti scrib. quaest.* Consul a. 17 cum L. Pomponio Flacco *v. supra* usque in kal. Iulias *fasti Ant., fasti Arv. Idem puto statuendus est* C. Caelius C. f. Rufus. aedilis *Tusculi* collega C. Caninio C. f. Rebilo *XIV 2622 cf. 2623.* *Gr.*

— CN. ARVLENVS CAELIVS SABINVS.

142 CAELIVS SEVERVS *signo* Thoracius, *honoratur publice t. Puppitano VIII 24095 = D. 5361 (minus accurate), in cuius latere extat:* dedicata VIIII kal. Iunias Imp. Probo *(nomen erasum)* Aug. V et Victorino cos. (a. 282); *inscriptionem lateris antiquiorem esse titulo frontis statuunt editores sine idonea causa.*

Vir clarissimus, patricius, consularis, curator rei publicae et patronus coloniae Puppitanorum *t.*. *Cf. Ensslin Ann. de l'Inst. de philol. et d'hist. or. (Mél. Bidez) 2, 364 sq.* *Gr.*

143 CAELIA ...., M. [f.], [ἡ κρατίσ]τη, uxor .... Scaevolae (Σκαιουόλα) *alicuius*, honoratur publice *t. Ephesio inedito (in schedis Inst. archaeol. Austr.; vidit Benndorf).* *Gr.*

144 Cae[l]ia Galla *XV 7489 in fistula aquaria urbana; fortasse femina nobilis.* *Gr.*

145 CAELIA MAXIMA, clarissima femina, in cuius praediis *inter Cirtam et coloniam Milevitanam sitis* servus actor eius *posuit t. VIII 19328 (= 8209) = D. 6020.* *Gr.*

146 CAEL(IA) PROCILLA, (uxor) P. Fl(avii) Pomponiani Pudentis *(qui floruit priore saec. III parte ut opinor) t. Thamugadensis mutilus Bull. tr. hist. 1904, 212, 39, positus* 'pro salutem' Pudentis et Procillae. *Diversa ni fallor, sed ex eadem familia origine Thamugadensi* Marcia Caelia Procilla, M. Caeli Saturnini flaminis perpetui *(aetate Antonini Pii VIII 2362. 17864)* filia *VIII 2404.* *Gr.*

— Marcia Caelia Procilla.

— Caelobothras *vide* Cerobotras.

— Antonia Caenis.

147 Caenia Verissima, Q. Terenti Rufi uxor, Terentiae Rufillae virginis Vestalis mater *VI 2135 (et 32404) = D. 4934 t. dedicatus* a. 254 *aut* 255 *aut* 257. *St.*

— Caepias (καὶ πίας *cod. Coislinianus Xiphilini et Zonar. 10, 13).* Γάιος ὁ Ὀκτάουιος Καιπίας *nominatur is qui postea Augustus Dio 45, 1, 1, nomen fortasse corruptum, sed cf. XI 5032* Sex. Caepias Hermes.

148 Caepio, Tiberii Caesaris principatu (scripsit de herbis) *Plin. n. h. 21, 18; inter auctores enumeratur ib. ind. l. 21. 22.* *St.*

— FANNIVS CAEPIO.

— RVSTIVS (?) CAEPIO.

— T. RVSTIVS CAEPI(O).

149 A. CAEPIO CRISPINVS *memoratur in inscriptione urnae repertae in sepulcro quodam ad Tiberim sito, quod priore primi p. C. saeculi parte in usu erat, VI 31762 (1), in t. sepulcrali generi, filiae, nepotis in eodem sepulcro reperto VI 31765 (2).*

A. Crispinus Caepio *t. 1.* Caepio *t. 2.* Caepio Crispinus *Tac. a. 1, 74* (Crispinus *potest ei fuisse nomen gentilicium cf. Schulze Lat. Eigenn. 61. 156 sq. 588).* — Quaestor Granii Marcelli praetoris (*i. e.* proconsulis) Bithyniae *paulo ante a. 15 Tac. l. l.* A. 15 Marcellum maiestatis postulavit subscribente Romano Hispone *ib.*. Egens, ignotus, inquies mox clarissimo cuique periculum facessit *ib.* Crispina filia eius, uxor (Q. Septicii?) legati Ti. Caesaris et C. Caesaris *t. 2.* *Ex posteris eius videtur* A. Caepio Crispinus consul *(is qui sequitur); ex eadem familia* A. Crispinus Caepionianus *infans mortuus VI 16587. Affinitate eum coniunctum fuisse cum Romano Hispone fortasse colligi potest ex nominibus* Ti. Caepionis Hisponis. — *Ad Caepionem Crispinum nescio quem pertinet t.* Pro[s]odi Daphni Crispini Caepionis disp(ensatoris) filii *VI 9341, item tessera plumbea inscripta* A. Cae(pio?) Cr(ispinus?) *Rostowzew Tesserar. syll. 1151 (tab. 4, 51). Gr.*

150 A. CAEPIO CRISPINVS, consul (suffectus) *a. inc.* cum Q. Asinio Marcello *t. mutilus in agro Romano rep. Röm. Mitt. 1, 128; v. supra A 1235. Gr.*

151 TI. CAEPIO HISPO *(VI 9357. XI 5065. Plin. ep. 4, 9, 16. dig. 40, 5, 26, 7, ubi traditur* Caelio Hispone), *pleno nomine dictus ut videtur* Galeo Tettienus Severus M. Eppuleius Proculus Ti. Caepio Hispo; *v. infra sub Eppuleis et Tettienis. Gr.*

— M. EPPVLEIVS PROCVLVS TI. CAEPIO HISPO.

— ... TETTIENVS SERENVS L... VIVS LICINIANVS M. EP(P)VLEIVS PROCVLVS TI. CAEPIO HISPO.

— GALEO TETTIENVS SEVERVS TI. CAEPIO HISPO.

152 (CAEPIA) CRISPINA, Caepionis filia, (Q. Septicii?) uxor, M. Septicii Sur[ae] *mater ut videtur VI 31765; v. supra* A. Caepio Crispinus *n. 149. Gr.*

153 Caepia Procula, M. Regul(i) (uxor) *XV 7421 fistula plumbea; maritus fortasse* M. Aquilius Regulus *(v. supra A 1005). Gr.*

154 [CAERELLIVS?] .... *T. acephalus Mogontiacensis XIII 6806:* .... [leg. Aug.] pr. pr. pro[vi]nc(iarum) Thrac(iae), Moes(iae) sup(erioris), Rae[t(iae)] *(haec legatio loco non suo posita videtur),* Germ(aniae) sup(erioris) et Britt(anniae), et Modestiana eius et Caerellii Marcianus et Germanilla filii. *Hunc virum consularem gentilicio Caerellio usum esse cave concludas ex nominibus liberorum, cum hi ex more illa aetate non insolito maternae gentis nomen gerere possent.* Asellium Aemilianum *(supra A 1211) hic designari suspicatus sum argumentis usus, quae attuli apud Ritterling Fasti d. röm. Deutschland 34 sq. Gr.*

155 Q. CAERELLIVS Q. Caerellio M. f. Quirina patri, *qui* tribunus militum,

quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus M. Antoni, proconsul *fuerat*, et sibi posuit *t. sepulcralem VI 1364 = D. 943.* Q. f. Quirina, III vir capitalis, quaestor pro praetore, tribunus plebis, legatus pro pr. ter, praetor, praefectus frumenti ex senatus consulto (EX·S·C·S· *in lapide, errore quadratarii ut videtur)*, legatus Ti. Caesaris Aug., proconsul. *Gr.*

156 Q. Caerellius, ad quem Censorinus natalicio titulo librum misit de die natali *1, 1; 15, 1 (cf. Cassiod. de artib. ac disc. 5 Migne Lat. 70, 1208)*, a. 238 *ib. 18, 12; 21, 6;* tum Caerellius annum undequinquagesimum transierat *15, 1;* fuit vir ditissimus *1, 1,* officiis municipalibus functus, honore sacerdotii in civitate sua conspicuus, ordinis equestris dignitate ornatus, eloquentia praeclarus *15, 4—6.* *St.*

157 C. CAERELLIVS FVFIDIVS ANNIVS RAVVS POLLITTIANVS, C. f. *(filius sine dubio C. Caerellii Sabini et Fufidiae Pollittae, vide n. 161; nomina Annii Ravi videtur sumpsisse a L. Annio Ravo, v. supra A 284)*, Oufentina, clarissimus vir, III vir monetalis aere argento auro flando feriundo, tribunus laticlavius legionis III Cyrenaicae, sevir equitum Romanorum turmae primae, quaestor candidatus Imp. Caesaris M. Aurelli Antonini Pii Felicis Aug. *(inter a. 212/217)*, tribunus plebis candidatus, praetor hastarius; sodalis Marcianus Aurelianus Commodianus Helvianus Severianus *t. urbanus positus a* Fufidiis Amyco et Chrestina nutritoribus *VI 1365 = D. 1160. Eundem esse* C. Caerellium Pollittianum proconsulem Macedoniae *(n. 159) statuit Henzen ad t., diversum Klebs PIR*[1] *C 126 isque sine idonea causa.* *Gr.*

158 CAERELLIVS MARCIANVS *nescio cuius (patris nomen periit)* et Modestianae filius *XIII 6806; v. supra n. 154. Eundem esse* Cerellium Macrinum, *qui nominatur inter* nobiles ab imp. Septimio Severo occisos *vita Sev. 13, 6, coniecit Ritterling Westd. Zeitschr. 11, 314.* *Gr.*

159 C. CAERELLIVS POLLITTIANVS *agnomine* Helvinus. *Tituli plane similes* patrono *(t. 2)* positi a Bonciis *quibusdam* (ex Africa *t. 1) VI 1366 (1). 1367 = D. 1161 (2). Agnomen praescriptum est in t. 2.*

Clarissimus vir, proconsul provinciae Macedoniae *t. 1. 2. Vide n. 157.* *Gr.*

160 CAERELLIVS PRISCVS, praetor tutelaris *sub Marco et Vero ut videtur, Paulus fragm. Vat. 244 (traditur* 'ex epistulis divorum Hadriani et Antonini et fratrum ad Caerellium Priscum praetorem tutelarem'). *Gr.*

161 C. CAERELLIVS SABINVS *Apuli* Soli invicto aedem restituit *III 1111 (1)*, vota solvit Iovi o. m. *III 1074 = D. 3085 (2)*, Iunoni reginae Populoniae deae patriae *III 1075 = D. 3086 (3)*, Minervae *III 1076 = D. 3087 (4); memoratur in t. item Apulensi III 1092 (5).*

C. Caerellius Sabinus *t. 1—4.* [C]aerellius Sa[b]i[n]us *t. 5. Eum tribui Oufentinae adscriptum fuisse colligi potest ex t. filii VI 1365 (v. n. 157);*

origine igitur Italus (cf. t. 3 'deae patriae'). Legatus Aug. legionis XIII geminae *t. 1—5* sub Commodo *t. 5 inter a. 182 et 185, cum* Commodus *in hoc t. appelletur* pius, *nondum* felix. — Fufidia Pollitta *(L. Fufidii Pollionis cos. a. 166 filia ut videtur)* uxor *t. 2—4. Filius eorum probabiliter* C. Caerellius C. f. Fufidius Annius Ravus Pollittianus *(n. 157). Gr.*

162 **Caere[llius Thr]asea,** pra[ef(ectus) ca]str(orum) in Aegypto a. 151 *vel* 152 *t. Thebanus Breccia Iscr. Gr. e Lat. p. 51 n. 69, cf. P. M. Meyer BphW 1913, 742. St.*

163 Caerellia, inter Baias et Baulos submersa *Martial. 4, 63. St.*

164 CAERELLIA GERMANILLA *XIII 6806; v. supra n. 154. Gr.*

— PICA CAERIANVS.

— AGRIPPA IVLIVS CAESAR.

— C. IVLIVS CAESAR = IMP. CAESAR AVGVSTVS.

— C. IVLIVS CAESAR.

— C. (IVLIVS) CAESAR.

— C. IVLIVS CAESAR = C. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS (Caligula).

— DRVSVS IVLIVS CAESAR.

— GERMANICVS IVLIVS CAESAR.

— GERMANICVS (IVLIVS) CAESAR.

— L. IVLIVS CAESAR.

— NERO IVLIVS CAESAR.

— TI. IVLIVS CAESAR = TI. CAESAR AVGVSTVS *v. infra* TI. CLAVDIVS NERO.

— TI. (IVLIVS) CAESAR.

165 Caesellius Bassus, origine Poenus, immensam vim auri, Didonis Phoenissae opes coniectans, in agro suo prope Carthaginem sito somnio deceptus invenisse sibi visus Neroni prodidit, sed ubi spes fefellit pudorem et metum morte voluntaria effugit a. 65 (vel vinctus ac mox dimissus bonis exutus est) *Tac. a. 16, 1—3. Suet. Nero 31, 4; 32, 1 eandem rem commemorat, nomen reticet,* equitem Romanum eum fuisse *addit. St.*

166 Caesellius Quinti ....., praefectus alae (veteranae) Gallorum, praefectus Ber(enices) *III 55 (in Memnonis statua). St.*

167 L. (?) Caesellius Vindex. Caesellius Vindex *Gell. 3, 16, 11; 6, 2, 1; 11, 15, 1; 18, 11, 1; 20, 2, 2. Charis. 254. 312 B. = 195. 239 K. Priscian. GL 2, 210. 229;* Lucius Caecilius Vindex *Cassiodor. de orthograph. GL 7, 147. 206 (sed* 'Ex Caesellio orthographo' *id. 147. 202);* Caecilius Vindex *Rufin. in metra Terent. GL 6, 565; ceterum* Caesellius *vel* Vindex. Grammaticus Latinus, qui scripsit commentarios lectionum antiquarum *Gell. 2, 16, 5; 3, 16, 11; 6, 2, 1; 11, 15, 2. 5; 20, 2, 2, cf. praef. 6* et stromateum *Priscian. l. c. 210. 230, cf. Gell. praef. 7, nisi sumere velis unum idemque opus significari.* Libros eius secundum ordinem litterarum *affert Charis. l. l. et 150 B. = 117 K.* Terentius Scaurus divi Hadriani temporibus gram-

maticus de Caeselli erroribus scripsit *Gell. 11, 15, 3*, Sulpicius Apollinaris Caesellium reprehendit *id. 2, 16, 8.* Fuit grammaticus haudquaquam ineruditus *id. 18, 11, 1;* haud indiligens *id. 6, 2, 1;* homo ingenuae veritatis *id. 20, 2, 2. Commemoratur praeterea Gell. 9, 14, 6. Arnob. adv. nat. 1, 59 p. 41 R. Cf. Goetz RE 3, 1305 sq. Teuffel* 3^6 *§ 352, 1. Schanz* 3^3, *154—156.* *St.*

168 Caesennius, scripsit κηπουρικά, auctor Plinii *n. h. ind. l. 19.* *St.*

169 L. C(A)ESENN[IVS] ....., clarissimus vir, L. Cesenn[io]..... [alu]mno *posuit t. sepulcralem VI 37062. Saec. III.* *Gr.*

170 A. CAESENNIVS GALLVS *memoratur in miliariis Galatiae III 318 = D. 263 (1). 312 (cf. p. 975) = D. 268 (2). 14184*[48] *(3), Lycaoniae III 12218 cum lectione emendatiore quam protulerunt Ramsay et Hogarth Journ. Rom. St. 6, 132 (4), in t. sepulcrali libertorum Ostiensi XIV 730 = D. 8348 (5). Nummi a) Caesareae Cappadociae exhibentes in parte adversa imaginem imp. Titi et inscriptionem* Αὐτοκράτωρ Τίτος Καῖσαρ Σεβασ., *in aversa* ἐπὶ Γάλλου ἔτ(ους) γ' *Mionnet Suppl. 7, 663, 25 cf. 26. Babelon Coll. Wadd. 6752. Br. Mus. Galatia 49, 27; b) originis incertae (probabiliter et ipsi Caesareae cusi, cf. Imhoof-Blumer Monn. gr. 417), in adversa cum capite Domitiani et inscriptione nominis, in aversa* ἐπὶ Καισεννίου Γάλλου *Babelon l. l. 6753 sq., minus accurate descripti Mionnet Suppl. 4, 348, 325. 326 = 6, 687, 502 sq. Suppl. 5, 173, 1010.*

A. Caesennius Gallus *t. 1—4.* (A. Caesennius) Gallus *t. 5. Nomina quae sunt in nummis v. supra.* Καισέννιος Γάλλος *Ios. bell. 2, 510* (κεσσαίνιον *vel* κεσσένιον *codices complures,* cesennium *interpr. lat.*); *3, 31* (καὶ σεντίῳ *vel* κεσσεννίῳ *in codd. quibusdam) cf. vita 30, ubi librariorum errore confunditur cum C. Cestio Gallo (infra n. 691).*

Legatus legionis XII (fulminatae) a. 66 iussu Cestii Galli legati Syriae Galilaeam subegit *Ios. bell. 2, 510—513; 3, 31.* Consul *t. 2. 3 suffectus a. inc. sub Vespasiano ut videtur.* XV vir sacris faciundis *t. 2. 3.* Legatus Aug. pro pr. (Galatiae Cappadociae Ponti Pisidiae Paphlagoniae Lycaoniae Armeniae minoris) *t. 1—4* imperante Tito *t. 1 (kal. Iul. a. 80/81). 4 (a. 81 ante d. 1 m. Iul., cum* Titus *in t. dictus sit* trib. potest. X imp. XVII cos. VIII desig. VIIII). *nummi a (cusi* anno tertio Titi), imperante Domitiano a. 82 *t. 2 (ante d. 14 m. Sept.). 3, cf. numm. b (num huius nomen recte restituerit van Buren Amer. Journ. Arch. 10, 298 in miliario mutilo in agro Sinopensi collocato a. 78, dubitari potest; magis cogitaverim de Neratio Pansa Galli decessore).* — Liberti eius *t. 5, ubi cum memoretur* Caesennia *quaedam* Lucii liberta uxor A. Caesennii Galli l. Hermae *(cf. etiam XIV 729. 731), veri est simile necessitudinem aliquam intercessisse inter Caesennios Paetos et Gallum.* *Gr.*

171 CAESENNIVS ISAVRICVS, salius Palatinus collegio exiit a. 178 *VI 1979. Idem videtur* Caesennius Servili[us]....., *v. infra n. 175.* *Gr.*

172 CAESENNIVS(?) MAXIMVS *(sic Tac. a. 15, 71;* Maximus Caesonius *Mart. 7, 44, 1; utra nominis gentilicii forma recta sit, certe diiudicari nequit;* Maximus *Sen. ep. 87, 2. Mart. 7, 45, 3),* amicus Senecae *Sen. l. l. Mart. 7, 44, 10; 45, 1* (facundi Senecae potens amicus). *Senecam fortasse in exilium comitatus est (a. 41) cf. Mart. 7, 44, 10.* Consul (suffectus) *a. inc. ante a. 65 Mart. 7, 44, 6.* A. 65 *post coniurationem Pisonianam detectam* Italia prohibetur reum fuisse se tantum poena expertus *Tac. l. l.,* in Siciliam relegatus, quo eum Q. Ovidius amicus comitatus est *Mart. 7, 44. 45.* 'Hic est Maximus ille, quem frequenti felix littera pagina salutat' *Mart. 7, 45, 3. 4, unde apparet extitisse epistolas Senecae ad eum datas.* *Gr.*

— CAESENNIVS PAETVS *XIV 2830, v. n. 173.*

173 L. CAESENNIVS PAETVS, consul a. 61, *memoratur in miliario Syriae Mél. fac. or. Univ. Beyrouth 1907, 337 = Ann. ép. 1907, 193:* ... [C]aesennio ..... *In consulatu:* Caesennio (cesonio *cod.*) Paeto *Tac. a. 14, 29.* ⟨Λουκίου⟩ Καισεννίου Παίτου *Phlego FGrHist 257 F 36 XX* (κεσεννιου πετου *cod. Palat.*). Petus *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 57,* Lacius *fasti Hydat. ib. 221,* Pius *fasti ms. complures.* — Λούκιον Καισέννιον (σένιον *vel alio modo corr. in codd.*) Παῖτον *Dio exc. 62, 20, 4.* Caesennius Paetus (cesennius petus *cod.*) *Tac. a. 15, 6.* Καισέννιος Παῖτος *(nomina in codd. variis modis corrupta) Ios. bell. 7, 59. 220.*

Consul a. 61 cum P. Petronio Turpiliano *v. supra. Eodem anno (cf. Tac. a. 15, 7* 'consularia insignia', *quae pro insignibus legati consularis habenda esse vix crediderim, cf. Gerber-Greef Lex. Tac. 1, 215)* a Nerone in Cappadociam ad tuendam Armeniam missus (legatus *scil.* Aug. pr. pr. Cappadociae) *Dio exc. 62, 20, 4. Tac. a. 15, 6 cf. 3.* Res ab eo a. 61 et 62 in Armenia minus prospere adversus Parthos gestae *Tac. 15, 7. 8. 10—17. 24—26. 28. Dio exc. 62, 21. 22, 1; 23, 2 cf. Suet. Nero 39, 1.* Per Cappadociam hibernavit *Tac. 15, 17 (hieme a. 62/63).* A legatione submotum *Dio exc. 62, 22, 4* et Romam regressum *(vere a. 63 transacto cf. Tac. 15, 24* 'veris principio'), cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Caesar *Tac. 15, 25.* A Vespasiano *a. 70* Syriae praepositus *sub finem huius anni (cf. Ios. bell. 7, 37)* nondum in provincia aderat *Ios. bell. 7, 59;* legatus Aug. pro pr. (Syriae) a. 72 *(ante d. 1 m. Iul.) miliarius (v. supra). Priore semestri a. 72 ut videtur* (ἔτος τέταρτον Οὐεσπασιανοῦ διέποντος τὴν ἡγεμονίαν *Ios. ib. 219, cf. Niese Herm. 28, 212)* legatus etiamtum Syriae Antiocho regi Commagenorum bellum intulit, regnum occupavit, cum filiis Antiochi proelio ancipiti dimicavit *Ios. ib. 219—237;* regem vinctum Romam misit *ib. 238. A. 73 iam successor eius Marius Celsus Syriae praefuit cf. Ann. ép. 1903, 256.* — Coniux et filius *(pueritiam nondum egressus, cf. Tac. 15, 13* 'inbellis aetas') *memorantur Tac. 15, 10 (a. 62).* Alter filius *(natu maior),* qui a. 63 tribunus fuit in exercitu Corbu-

lonis *ib. 15, 28, probabiliter idem est atque* L. Iunius Caesennius Paetus *(is qui sequitur).*

Idem videtur Caesennius Paetus maritus Flaviae T. [f.] Sabinae *XIV 2830 = D. 995. Quam mulierem cum ex nominibus appareat cognatam Vespasiani fuisse, non immerito viri docti statuerunt Paetum affinitatis gratia a Vespasiano in Syriam missum esse, ut ignominiam cladis a Parthis acceptae exstingueret.* *Gr.*

174 L. IVNIVS CAESENNIVS PAETVS, consul suffectus *a. 79 ut videtur, memoratur in t. Mylaseno Wadd. 3, 358. Nummi Ephesii, qui exhibent a) ab una parte caput Domitiani et inscriptionem* Δομιτιανὸς Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός, *ab altera parte* ἐπὶ ἀνθυ(πάτου) Καισεννίου *(vel* Καισεν.) Παίτου ὁμόνοια Ἐφε(σίων) Ζμυρ(ναίων) *vel* Ζμυρ. Ἐφεσι. *Mionnet 3, 94, 259; 226, 1263. Suppl. 6, 133, 363. 365 (male servatus n. 361). Leake Numism. Hell. Asiat. Greece p. 56. Waddington Fast. n. 107. Br. Mus. Ionia 111, 407. 408. Macdonald Hunter.-Coll. 2, 341, 96. Museum Berol. (cf. PIR*[1] *C 138) b) eadem adversa, in aversa* ἀνθυ. Καισεννίου *(vel* Καισεν.) Παίτου ὁμόνοια Ἐφε. Ζμυρ. *(vel* Ζμυρ. Ἐφε.) *Mionnet Suppl. 6, 133, 362. 364 (male descr. 3, 100, 297 ex Sestinio). Babelon Coll. Wadd. 1625. 1629. Br. Mus. l. l. n. 409 sq. c) in adversa caput Domitiae et inscriptionem* Δομιτία Σεβαστή, *in aversa* ἀνθυ. Καισεν. Παίτου ὁμόνοια Ἐφε. Ζμυρ. *vel* Ζμυρ. Ἐφε. *Mionnet 3, 95, 264 sq.; 227, 1267 sq. Suppl. 6, 135, 373. Waddington l. l. Br. Mus. l. l. n. 411—415. Macdonald l. l. 341, 97. Grose Cat. McClean Coll. 3, 126, 8136. Museum Berol.*

In consulatu: L. Iunius Caesennius Paetus *tab. ceratae Pompeianae IV 3340 n. CLIV. CLV.* L. Caesennius Paetus *VI 597 = D. 3534; v. praeterea infra.* — Καισέννιος Παῖτος *t. Mylasenus. Nomina in nummis v. supra.*

Hic videtur filius *(natu maior)* L. Caesennii Paeti (consulis a. 61), qui tribunus (legionis) militavit sub Corbulone a. 63 *Tac. a. 15, 28 (nomine non posito).* Consul (suffectus) cum P. Calvisio Rusone *a. inc. (ante m. Aug. a. 79, quia tabulae Pompeis repertae sunt),* k(al.) Martis *VI 597,* (a. d.) VIII ... *tab. cer. n. CLIV,* IX k[al.] ... *tab. cer. n. CLV. Recte puto statuit Cagnat Compt. rend. 1901, 194 eosdem consules indicatos esse in t. Puteolano IGR 1, 420 = Ditt. Or. Gr. 594* ἐπὶ ὑπάτων Λουκίου Καισε ...... καὶ Τυρίοις (ἔτους) σδʹ [μ](η)νὸς Ἀρτ[εμ]ισίου ιαʹ *i. e. d. 29 m. Mai a. 79; eiusdem consulatus indicationem restituerim in fragmento t. suburbani XIV 4276 v. 23* nonis Mais Cae ...... [cos.] *(v. 21 sq., ubi extat* V idus Oc[t.] ... Corellio et Vettoniano cos., *indicari videntur consules suffecti anni praecedentis). Itaque Paetus et Ruso videntur fasces gessisse mensibus Martio, Aprili, Maio a. 79.* Proconsul Asiae *t. Mylasenus* imperante Domitiano *non ante a. 84, cum* Domitianus

appelletur Germanicus *nummi. Ex intervallo quinorum denum fere annorum inter consulatum proconsulatumque tunc temporis usitato licet colligere Paetum a. fere 94 Asiae praefuisse.* *Gr.*

175 CAESENNIVS SERVILI[VS ISAVRICVS?]. ....vellia *(fortasse* [S]uellia) Caesenni Servili..... *memoratur* inter matronas gradus senatorii, quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt *Not. d. sc. 1931, 341 v. 25 acta lud. saec. Maritus eius non videtur diversus esse a* Caesennio Isaurico salio Palatino, qui collegio exiit a. 178 *VI 1979, pleniore igitur nomine appellatus ut opinor* Caesennius Servilius Isauricus. *Ad eandem domum pertinet ni fallor* Plotia Servilia Isaurica *XV 52—68. 339. VI 25544. Not. d. sc. 1900, 297.* *Gr.*

176 Caesennius Silvanus. Plinius tribunatum (militum), quem (C.) Suetonio Tranquillo, propinquo eius, impetraverat, in eum transtulit *epist. 3, 8. Vix idem* [Caese]nnius Silvanus, cuius natalis celebratur quotannis ex lege collegii cuiusdam Lanuvini a. 133 *XIV 2112 = D. 7212.* *St.*

— A. IVNIVS PASTOR L. CAESENNIVS SOSPES.

177 Caesennia, amica *(an uxor?)* (Cn. Corneli Lentuli) Gaetulici (consulis a. 26) *Apoll. Sidon. epist. 2, 10, 6. Cf. supra A 976.* *St.*

— Arria Caesennia Paulina.

177a Caesennia Tusidiana *memoratur inter* matronas ordinis equestris in actis ludorum saecularium a. 204 *VI 32329, 27 = Not. d. sc. 1931, 341.* *St.*

178 C. Caesernius (Καισέρνιος *Plut. quaest. conv. 7, 4, 2 p. 702 F. 7, 6, 2 p. 707 C* [Καισέννιος *cod. Riccard.*]. Γάιος *ib. 5, 7, 6 p. 682 F)*, gener L. Mestri Flori, Plutarchi amicus *Plut. ll. ll.* *Gr.*

179 Caesernius Statianus, ὁ κράτιστος, λογιστεύων (curator civitatis Nicomedensium) sub Severo et Antonino *t. Nicomedensis CIG 3771 = IGR 3, 6.* *St.*

180 T. CAESERNIVS STA[T]IV[S.....]IANVS *memoratur in t. Cyprio mutilo dedicato* imp. Antonino Severi filio *IGR 3, 947 = SEG 6, 811 cf. Seyrig Bull. hell. 51, 141, probabiliter ut proconsul Cypri. Videtur ortus esse ex domo Caeserniorum Statiorum (n. 181 sqq).* *Gr.*

181 **T. Caesernius Statius Quinct(ius) Macedo.** *Tituli: Sirmiensis III 10224 = D. 9193 (1). Caesariensis Mauretaniae Ann. ép. 1904, 150 = D. 9008(2). Dipl. mil. III p. 1973 = VIII 20978 = D. 2003 (3).* T. Caesernius Macedo *t. 1. 3;* T. Caesernius Statius Quinct. Macedo *t. 2*, T. f. Pal(atina) *t. 2.* Procurator Augusti provinciae Mauretaniae Caesariensis *t. 2. 3*, a. 107 (d. 24 m. Nov.) *dipl.* Proc. Aug. *(provinciae Pannoniae?) t. 1, quem posuit heres centurionis cuiusdam certe post damnationem Domitiani, cum nomen imperatoris reticeatur. Pater sine dubio Caeserniorum qui sequuntur. Huius fortasse* Caeserni Macedonis (uxor) Rutilia Prisca Sabiniana *t. Aquileiensis Brusin Scavi di Aquileia (1934) p. 90, 16.* Patronus gentis Maurorum Maccuum *t. 2.* *St.*

182 T. CAESERNIVS STATIVS QVINCTIVS MACEDO QVINCTIANVS. *Tituli:* ipse dedicavit Iovi o. m. *aram in agro Albano XIV 2253 (1), Aquileiae* collegio fabrorum *posuit t. V 866 (2); ei positi sunt Aquileiae t. V 865 cf. p. 1025 = D. 1069* a Servi[lio] . . . . . *(3), t. mutilus acephalus, quem ad hunc pertinere agnovit editor, Brusin Scavi di Aquileia (1934) 241, 4 (4); t. sepulcralis liberti Tergestinus(?) V 482 (5); de t. Aquileiensi Brusin 90, 16 v. infra.*

T. Caesernius Statius Quinctius Macedo Quinctianus *t. 1* . . Caese . . . . . Quincti . . . . . Quinctia . . . *t. 3.* T. Caesern. Macedo Quinctian. *t. 2.* (T. Caesernius) Macedo *t. 5. Tribu Palatina, ut apparet ex titulis patris D. 9008 et fratris D. 1068. — Filius sine dubio* T. Caesernii Statii Quinct(ii) Macedonis *(qui praecedit) natu maior, quod ex nominibus apparet; frater* T. Caesernii Statii Quinctii Statiani Memmii Macrini *(qui sequitur).*

Cursum honorum exhibuerunt (usque ad consulatum, cuius mentio periit) tituli mutili 3. 4 ordine inverso. Triumvir auro argento aere flando feriundo *t. 3. 4* (. . . . . [a]ere au[ro] . . . . .); tribunus militum legionis XXX Ulpiae victricis *t. 3 cf. 4;* [quaestor] candidatus *t. 3;* . . . . . [per] Africam Maur[etaniamque] *t. 3* (. . . . . [Maureta]niam *t. 4) — num recte suppleverit Mommsen St. R. 2*[3] *1090, 2* censitori, *dubitari potest; potius supplendum videtur* comiti divi Hadriani; *quod si recte ponitur, Macedo Hadrianum a. 128 has provincias visitantem comitatus est —;* [tribunus] plebis candidatus *t. 3* (. . . . [can]didat. . *t. 4);* [praetor candidatus(?)] inter cives et [peregrinos] *t. 3 cf. 4;* co[mes divi Hadriani] per Orientem *t. 3* (. . . . [Hadri]ani . . . . . *t. 4) inter a. 128 et 132 ut opinor, cf. Weber Unters. z. Gesch. Hadr. 205 sqq.* Legatus legionis X geminae piae fidelis *t. 3. 4* (legato legionis . . . . piae fidelis *t. 3;* . . . . . . [legioni]s X . . . . . *t. 4);* p[raefectus alimentorum, curator] viae Appiae *t. 3 cf. t. 4 (praefectura simul functus est atque cura viae Appiae, cf. Mommsen St. R. 2*[3] *1079 sq.).* Consul *t. 1. 2 suffectus a. inc. sub initium imperii Pii ut videtur.* Sodalis Augustalis *t. 3. —* Patronus co[loniae] (Aquileiensis) *t. 3 (potius quam* co[llegi fabrum], *quod supplevit Mommsen).*

Rutilia M. Clementis pr(aetoris?) *vel* pr(ocuratoris?) f(ilia) Prisca Sabiniana Caeserni Macedonis (uxor), *cui positus est t. Aquileiensis Brusin l. l. 90, 16, utrum cum hoc nupta fuerit an cum patre eius, non liquet.* Servilius . . . . . amicus *t. 3.* Libertus *t. 5.* T. Caesernius T. lib. Alypus sevir Augustalis (Aquileiae) *Brusin 91, 17 = Ann. ep. 1934, 242 manumissus ab aliquo ex his Caeserniis. — Caesernii Statii possessiones habebant Aquileiae (cf. t. 2. 3), ubi multi tituli Caeserniorum prodierunt (cf. Calderini Aquileia Rom. 472 sq.).* *Gr.*

183 T. CAESERNIVS STATIVS QVINTIVS STATIANVS MEMMIVS MACRINVS. *Tituli: publice ei positus VIII 7036 = D. 1068 Cirtensis (1); ab eo dedicati Thamugadenses (mutili) VIII 17849 (2). 17850 (3), Masculitanus 17678 (4),*

Dianensis Ann. ép. 1930, 39 (5); memoratur in t. beneficiarii in Germania superiore reperto XIII 5609 (6), fortasse etiam in t. Lambaesitano VIII 2637 = D. 342 (7).

T. Caesernius [T.] f. Palatina Statius Quintius Stat[ia]nus Memmius Macrinus *t. 1.* T. Caesern[ius Stat]ius Quintius Statianus Memmius Macrinus *t. 5.* [T. Caeserniu]s St[atianus] *t. 2.* T. Caesernius...... *t. 4.* T. Caesern..... *t. 3.* Caesernius Statianus *t. 6.* — *Filius* T. Caesernii Statii Quinct(ii) Macedonis *(n. 181), frater* T. Caesernii Statii Quinctii Macedonis Quinctiani *(qui praecedit).* — *Cursum honorum usque ad consulatum exhibet t. 1 non sine mendis.* XV virum *(sic)* stlitibus iudicandis, quaestor candidatus divi Hadriani, comes eiusdem in [Ori]ente *(inter a. 128 et 132 ut videtur; cf. sub fratre)*, tribunus plebis, (praetor) *(in t. praetura omissa est)*, missus ad dilectum iuniorum a divo Hadriano in regionem Transpadanam, legatus legionis XIIII geminae Martiae victricis *t. 1.* Legatus Aug. pro pr. (exercitus Africani) *t. 2. 5 cf. 3. 4 (minus accurate* leg. pr. pr. provinciae Africae *t. 1)* imperante Antonino Pio *t. 2—5* a. 140 *t. 5*, a. 141 *t. 2. Hic videtur* Statianus leg(atus), *qui commemoratur in t. 7 parte inferiore nunc deperdita.* Consul *t. 1* designatus a. 140 *t. 5; in t. 2 fortasse supplendum* co[s.], *non* co[s. designatus]; *itaque consul suffectus vel a. 140 vel potius a. 141 (cf. Hüttl Antoninus Pius 2, 135).* Co(n)s(ularis) *i. e.* legatus Aug. pr. pr. (Germaniae superioris) a. 150 *t. 6.* Sodalis Augustalis *t. 1.* — Patronus IIII coloniarum Cirtensium *t. 1*, Thamugadensium *t. 2.* — *Eundem esse Statianum patrem Faustiniani, amicum Frontonis, Fronto ad am. 1, 5 p. 177 N. = 1, 290 Haines censuit Ritterling Jahresh. 10, 311 immerito, cum huic nomina plena fuerint C. Calvisius Statianus (v. infra n. 356).* *Gr.*

— APRONIA CAESIANA *vel* CAESIA.

— L. APRONIVS CAESIANVS.

— M. IVVENTIVS CAESIANVS.

— (P.? NONIVS) ASPRENAS CAESIANVS.

— P. NVMICIVS PICA CAESIANVS.

— **Plautius Caesianus.**

184 .. [C]AESIDIVS ...... *honoratus t. Carthaginiensi VIII 12539 admodum mutilo:* .. [C]aesidio ....., cos., ... [tr]ib. leg. ....., [quaestori? divi? Vesp]asiani ...... *Gr.*

185 **Caesidius Respect(u)s,** procurator Augusti (Daciae Apulensis *vel* superioris) deo Serapidi dedicavit *t. Sarmizegetusensem Ann. ép. 1930, 134 = 1933, 12.* Uxor Apronilla. *St.*

186 Caesidia Amabilis, uxor L. Satri Silvini *t. Tergestinus V 536 a.* *St.*

187 CAESILIANVS *(sic cod. Med.,* Caeciliano *em. Lipsius)*, senator, accusator (M. Aurelii) Cottae Messalini a. 32 damnatus *Tac. a. 6, 7.* *Gr.*

— Q. FABIVS CAESILIVS TITIANVS.

188 L. CAESIVS ....., praefect[us aerari milit]aris, Tiberio Caesari statuam posuit Veronae *intra a. 21—30 (cum* Tiberius *in t. dictus sit* [cos. II]II imp. VIII) *V 8845. Fortasse pater L. Caesii Martialis cos. a. 57, nisi idem est.* *Gr.*

189 **P. Caesius .....**, praefectus alae miliariae *nescio cuius*, donis militaribus donatus ab imperatore *quodam, cuius nomen erasum est*, procurator [..... Ar]meniae, proc. [....., praefectus (*vel* subpraefectus) vi]gilum, praefectus (annonae?) *honoratus t. Cuiculitano Bull. tr. hist. 1911 p. CCXLI = Ann. ép. 1912, 20.* *St.*

190 **T. Caesius Anthianus,** T. fil. T. n. L. abn., Palatina, vir egregius, praefectus cohortis secundae Augustae Thracum equitatae, tribunus legionis ...., tribunus legionis secundae Parthicae piae fidelis felicis aeternae, procurator alimentorum pe[r...], procurator familiae gladiatoriae per Aemiliam Transpadum d[uas Pannon]ias Delmatiam, procurator XX hereditatium tractus Etruriae Umbriae Piceni partis Campaniae; patronus et curator Abellinatium, *honoratus publice a Puteolanis t. Puteolis rep. Röm. Mitt. 23, 73 = D. 9014. saec. III.* *St.*

191 C. CAESIVS APER. *Tituli:* ei publice positus *Sestinas XI 6009 = D. 981 (1), memoratur in dipl. mil. III p. 845 = D. 1987 (2).*

Tria nomina t. 1. 2. T. f., Cl(ustumina) *t. 1; oriundus videtur Sestino, ubi et alii Caesii Apri inveniuntur (XI 6013. 6021)*, praefectus cohortis Hispanorum equitatae *t. 1;* cohortis secundae Hispanorum a. 60 *dipl.*, tribunus militum, *(in ordinem senatorium adlectus, probabiliter a Vespasiano)*, quaestor pro praetore Ponti et Bithyniae, aedilis plebis Cerialis, praetor, legatus pro praetore provinciae Sardiniae. *St.*

192 Caesius Bassus, poeta, amicus Persii *vita Persii p. 64 Jahn-Buecheler-Leo*[4], quo mortuo (a. 62) Annaeus Cornutus librum satirarum Persii Caesio Basso petenti, ut ipse ederet *(sic cod. L,* 'cederet' *PG,* 'ipsi cederet' *Jahn, vide supra A 609)*, tradidit edendum *ib. p. 66.* Persius satiram sextam ad Caesium Bassum lyricum poetam senem *(v. 6)* scripsit. Hic Roma ad Sabinos secessit, ubi hiemali tempore in loco calido carmina scribebat. Fama est eum in praediis suis positum ardente Vesuvio et late ignibus abundante cum villa sua ustum (a. 79) *schol. Pers. 6, 1. Inter* lyricos poetas *nominatur Quintil. 10, 1, 96* 'quem nuper vidimus'; *mortuus quo tempore scripsit Quintilianus. Adfertur Priscian. GL 2, 527* 'Bassus in II lyricorum', *Victorin. ib. 6, 209 (= 7, 337)* 'Caesius Bassus, vir doctus atque eruditus, in libro de metris'; *Rufin comm. in metra Terentiana 6, 555* ('ad Neronem de iambico'). *565. Diomed. 1, 513. Maur. Terentian. 6, 395. Eius esse fragmentum de metris 6, 255—272, quod libri Atilio Fortunatiano tribuunt, demonstravit Keil GL 6, 250 sqq., cf. Ziwsa Serta Hartel. (1896), 251—256; contra falso ei tribuitur fragmentum de metris Horati GL 6, 305 sq., cf. Keil 253. Idem videtur* C. Cae.... Bassus *in*

tit. scripto vel suppleto a. 56 Eph. ep. 9, 892 (= XIV 3471). Incertum num eius uxor Sulpicia T. f. Pia, Caesi Bassi *t. Puteolanus X 2991. Cf. Skutsch RE 3, 1312 sq. Consbruch ib. 1313—1316. Teuffel 2^7 § 304, 1. 2. Schanz 2, 2^3, 88—91.* *St.*

— P. NONIVS ASPRENAS CAESIVS CASSIANVS.

193 CAESIVS CORDVS, proconsul Cretae Cyrenarum, a. 21 ab Anchario Prisco repetundarum postulatus addito maiestatis crimine *Tac. a. 3, 38,* a. 22 repetundarum damnatus *ib. 3, 70.* *Gr.*

194 TI. CATIVS CAESIVS FRONTO, consul suffectus a. 96, *memoratur in dipl. mil. III p. 861 cf. p. 1967 (1), in actis fratrum Arvalium VI 2074 cf. 32371 (2). 2075 cf. 32372 (3), in titulis libertorum et servorum repertis a) in monumento familiae Frontonis Caesiarumque Nepotillae et Frontinae ad viam Cassiam sito (cf. Mancini Not. d. sc. 1911, 64 sqq.) VI 37306 (4). 37320 (5). b) in pago Fificulano IX 3571 (6). 3579 (7), fortasse etiam 3578 v. 11 (8).*

In consulatu: Ti. Catio . . . . . tone *t. 1.* — Ti. Catius Caesius Fronto *t. 2. 3. 4.* Ti. Caesius Fronto *t. 5. 7.* Catius Fronto *t. 6.* [C]ati Fron(ton)is (?) *t. 8.* — Fronto Catius *Plin. ep. 2, 11, 3. 18.* Catius Fronto *ib. 6, 13, 3.* Fronto *ib. 4, 9, 15. Dio-Xiph. 68, 1, 3. Libertis suis nomina* Ti. Caesio *vel* Caesiae *imposuit cf. t. 4. 7. VI 37307. 37313. 37316—37319.*

Consul *per prima principatus Nervae initia Dio l. l.* suffectus cum M. Calpurnio . . . . co d. 10 m. Oct. a. 96 *t. 1; dictum eius* de imp. Nerva *Dio l. l.* Frater Arvalis adfuit in collegio a. 101 *t. 2,* a. 105 *t. 3.* Plinio et Tacito, qui Marium Priscum apud senatum accusaverant, respondit *Plin. ep. 2, 11, 3 (a. 99 ut videtur, cf. Otto S. Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 70 sqq.);* rursus pro Mario dixit insigniter *mense Ian.* a. *100 (cf. § 10) ib. § 18.* Pro Iulio Basso egit mirifice *ib. 4, 9, 15.* Legatis Bithynorum senatus consultum, quod de Vareno Rufo factum erat, labefactare ausis graviter et firme respondit *ib. 6, 13, 3. Cum in actis Arvalium a. 117 et annorum subsequentium non iam commemoretur, probabile est eum ante a. 117 vita cessisse.* — Vir movendarum lacrimarum peritissimus *Plin. ep. 2, 11, 3.*

Caesiae Frontina et Nepotilla, *quarum servi ancillaeque in monumento familiae Frontonis sepulti sunt (cf. n. 207. 208), huius filiae fuisse videntur, nisi Nepotilla soror Frontonis fuit. Ex* Memmiorum *in eodem monumento sepultorum titulis VI 37307. 37309—37313. 37325—37328, ex quibus unus positus est* permis(su) L. Memmi Tuscelliani *VI 37326, licet colligere necessitudinem quandam intercessisse inter Frontonem et L. Memmium Tuscillum Senecionem, Senecionis Memmii Afri consulis suffecti a. 99 filium; Tuscillus fortasse Frontonis gener fuit. Frontonem cum Ti. Catio Silio Italico parentela coniunctum fuisse veri est simile. — Praedia eum*

possedisse in pago Fificulano apparet ex tt. 6 L(ibero) p(atri) dedicato a vil(ico) eius, *7 posito ab* arcar(io) et act(ore) eius, *8.*

Num idem sit qui celebratur a Martiale 1, 55, 2 'clarum militiae Fronto togaeque decus', *item* Φρόντων ὁ καθ' ἡμᾶς ἀνὴρ ὑπατικός, qui de re militari Homeri scripsit *Aelian. tact. 1, 2, parum liquet (apud Aelianum pro* Φρόντωνι *legendum esse* Φροντίνῳ *num recte viri docti paene omnes censuerint, dubito). Ad hunc non pertinere locum Iuvenalis 1, 7 sqq., ubi commemorantur* 'Frontonis platani' *(v. 12), docuit v. Premerstein Herm. 43, 321 sqq.* *Gr.*

195 A. CAESIVS GALLVS, (quaestor) — *quaesturam errore lapicidae omissam putaverim* —, aedilis plebis Cerialis, praetor, flamen Augustalis *(sc. municipalis)*, patronus coloniae *(incertum cuius)*, testamento *nescio quid* fieri iussit *XIV 3590 cui t. origo Tiburtina falso adscripta videtur esse cf. Dessau ad t.* *Gr.*

196 M. CAESIVS GALLVS, quaestor pro praetore (provinciae Achaiae), Aesculapii fanum *Messenae* exornavit *IG 5, 1, 1462 (tit. delineatus ib. 1444).* *Gr.*

— **C. Octavius Pudens Caesius Honoratus.**

197 Caesius Long[us *vel* Longinus], maritus Liciniae L. f. *nescio cuius VI 1442.* *St.*

198 **L. Caesius Marcellus,** procurator Augusti (provinciae Africae), egregius vir, pater L. Caesi Marcelli Florentini clarissimi pueri *t. Siagitanus Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 305 = Ann. ép. 1912, 157.* *St.*

199 L. CAESIVS MARCELLVS FLORENTINVS, clarissimus puer, L. Caesi Marcelli filius, patronus (Siagitanorum) *t. Siagitanus Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 305 = Ann. ép. 1912, 157.* *Gr.*

200 L. CAESIVS MARTIALIS, consul (suffectus per secundum semestrem) a. 57 cum Nerone II. *Consulatus memoratur in tabulis ceratis Pompeianis IV 3340 n. 34* (d. 27 m. Iul.). *36* (d. 10? m. Sept.). *37* (17 Sept.). *38 (m. Sept. vel Oct.). 39* (18 Nov.). *40* (23 Dec.); *in lapidibus VI 268* (1 Dec.). *II 2958 = D. 6104* (6 Dec.). *Plena nomina extant VI 268. tab. cer. 40,* . . Caesius Martialis *II 2958*, L. Caesius *tab. cer. 37. 38, plus minus mutila vel corrupta in reliquis tabulis ceratis.* — C. Caesius Martialis *quidam in t. XI 8002 prope Fulginias rep. — Cf. supra n. 188.* *Gr.*

201 CAESIVS NASICA, legatus legionis in Britannia sub A. Didio Gallo legato pro pr. *(qui Britanniae praefuit a. 52/53—57/8)* contra Britannos prospere pugnavit *Tac. a. 12, 40.* *Gr.*

202 C. Caesius Niger (*vix* Nigrinus), Q. f. Teretina, ex prima admissione *(amicus Augusti vel Tiberii)*, ex qua[t]tuor decuris *(ante C. Caesarem Augustum igitur, quippe qui quintam decuriam adderet)*, curio minor *VI 2169 = D. 1320. Vide num parentela coniunctus sit* C. Caesius L. f. Niger *VI 36809 = D. 9250 (positus a. 2 ante C.).* *St.*

203 P. Caesius Phosphorus, libertus, cui Plinius ius Quiritium a Traiano petit *epist. ad. Trai. 11, 2.* *St.*

204 Sex. Caesius Propertianus, Sex. f., flamen Cerialis Romae; tribunus militum legionis quartae Macedonicae *(exauctoratae a Vespasiano c. annum 70)*, praefectus cohortis III Hispanorum, hasta pura et corona aurea donatus, procurator imperatoris *(sc. Vitellii, cf. Bormanni adnot.)* a patrimonio et hereditatibus et a libellis; quattuorvir iure dicundo, quattuorvir quinquennalis, pontifex, patronus municipii (Mevaniae) *XI 5028 = D. 1447.* *St.*

— Q. PETILLIVS CERIALIS CAESIVS RVFVS.

205 C. Caesius Sabinus. *Tit. Sassinates XI 6489—6492 (= D. 9234*[a. c. b. d]*) (1—4). 6499(5). [6493] (6). Tria nomina t. 4. 5;* C. C. S. *t. 1—3;* Caesius Sabinus *Martial. 7, 97; ceterum* Sabinus. Decus Umbriae, amicus Martialis *7, 97.* Nymphae lacus Sassinae, unde oriundus fuit, templa dedit *id. 9, 58, commemoratur praeterea 9, 60, 5; 11, 8, 14; 17, 2. Idem dedicavit Sassinae aliis dis deabusque (in eodem sacrario fortasse, quod memorat Martialis, ut putat Bormann) t. 1—4. [6]. [XI 6482?]*, Traiani aetate *t. 5, qui cum appelletur Optimus, nondum appelletur Parthicus, titulus positus est inter a. 114 et 116. Titulus Fulginas Not. d. sc. 1922, 378* C. Caesio Sabino *positus, si non eidem, at certe propinquo. Filius eius videtur* Sex. Tettius Montanus Caesius Sabinus equo publico *adoptatus a Tettio quodam t. Sassinas XI 6505.* *St.*

206 C. Caesius Silvester. *Tituli Tuficani XI 5687 (1). 5694. 5695. 5697 (= D. 2666a. 5612. 5891) (2—4). 5696 (5). 5698 (?)—5701 (6—9). 8051—8054 (10—13) plus minus mutili.*

Tria nomina passim. C. f., Oufentina *t. 1. 3—5. 7*, beneficiarius praefecti praetorio, evocatus Augusti, centurio legionis secundae Augustae, legionis sextae ferratae, legionis tricesimae Ulpiae victricis *t. 4*, primipilus *t. 1—5. 7. 10. 11. 13*, praefectus castrorum legionis quartae Flaviae firmae, donis donatus bello Dacico *(sc. Traiani)* bis torquibus armillis phaleris; pontifex (Tufici) *t. 5*, patronus municipii *t. 4. 5*, quattuorvir quinquennalis *t. 6. 11.* Verba fecit in ordine decurionum Tufici a. 141 *t. 2.* Curator viarum et pontium Umbriae et Piceni datus ab imperatore Pio imp. II *(a. 142 vel postea) t. 4. 5.*

Uxor C(a)esidia Eutich[ia] *t. 7. Parentela coniunctus cum eo videtur* C. Cae(sius) Verus *tegula Tufici rep. XI 6689, 52 b, cf. p. 1402.* *St.*

— (APRONIA) CAESIA *vel* CAESIANA.

— [COR]NELIA CAESIA.

207 CAESIA FRONTINA *in t. ancillae VI 37323. Filia videtur* Ti. Catii Caesii Frontonis *(n. 194), in quo vide.* *Gr.*

208 CAESIA NEPOTILLA *memoratur in titulis servorum ancillarumque in monumento familiae Ti. Catii Caesii Frontonis sepultorum VI 37320* ([D]aphno

Ti. Caesi Frontonis servo Grapte Caesiae Nepotiliae *(sic)* ser.). *37321. 37322. Frontonis vel soror vel filia (v. n. 194).* *Gr.*

— SVILLIVS CAESONINVS.

209 L. CAESONIVS LVCILLVS MACER RVFINIANVS. *T. sepulcralis ut videtur XIV 3902 = D. 1186 (1) rep. in agro Tiburtino eodem loco, quo* Lucillus parentibus posuit *titulos sepulcrales XIV 3900 = D. 1182 (2), XIV 3901 = D. 1183 (3); memoratur in t. mutilo VIII 26262 (4) Uchi maiore rep., in actis fratrum Arvalium VI 2086 a = D. 5041 (5). 2104 b (6). 37165 (7). 39443 (8).*

L. Caesonius C. fil. Quirina Lucillus Macer Rufinianus *t. 1.* Caesonius Lucillus *t. 2. 3.* Caesonius Luc. . . . . . *t. 4.* L. Caesonius Lucillus *t. 5 v. 10.* L. Caesonius Lu . . . *t. 7 v. 15 (pro* L. *errore impressum esse* T. *[sic quoque in indice VI 6 p. 43] apparet ex imagine phototypica Bull. com. 1911 tab. IX/X).* L. Cae . . . . . lus *t. 6 v. 29; ceterum in actis Arv. sine praenomine.*

C. Caesonii Macri Rufiniani et Maniliae Lucillae filius *t. 2. 3.* Vir clarissimus *t. 3. Cursum honorum exhibet t. 1 ordine inverso.* Frater Arvalis *t. 1* a. 213 *t. 5,* a. 218 *t. 6; v. infra.* X vir stlitibus iudicandis, electus in familiam patriciam, quaestor kandidatus, praetor kandidatus, curator rei publicae Suessanorum, curator rei publicae [P]uteolanorum *(sic Dessau unum ex apographis secutus,* Tuscolanorum *[sic] alii, cf. Dessau ad t.) t. 1.* Legatus provinciae Africae eodem tempore vice proconsulis *t. 1; tunc temporis ut videtur* deduxit coloniam Uchi maius *imperante Severo Alexandro t. 4, fortasse a. 230, ut coniecerunt Merlin et Poinssot cf. VIII 26262 adnot.* Consul (suffectus *a. inc.) t. 1 probabiliter post legationem Africanam,* consularis *t. 2 (qui positus est sub Severo Alexandro).* Curator albei Tyberis et cloacarum urbis *t. 1,* curator aquarum et Miniciae *t. 1.* XX vir ex senatus consulto rei publicae curandae *t. 1* (XX viros *vel* XX viro *apographa, cf. Dessau ad t.); fuit igitur unus ex vigintiviris, quos senatus creavit a. 238, ut Italiam contra Maximinum tuerentur.* Proconsul provinciae Africae *t. 1.* Praefectus urbi, electus ad cognoscendas vice Caesaris cognitiones *t. 1 (praefectura urbis functus est inter a. 239 et 253, probabiliter imperante Gordiano).* In collegio fratrum Arvalium adfuit a. 239 *t. 7,* a. 240 *t. 8. — Filius eius ni fallor* L. Caesonius L. f. Quirina Quintus Rufinus Manlius Bassus, *cui titulum X 1687 = D. 1206 (Puteolanum ut videtur) posuit* L. Caesonius Hedylus procurator patris. *Gr.*

210 C. CAESONIVS MACER RVFINIANVS. *T. sepulcralis a filio positus XIV 3900 = D. 1182 rep. in agro Tiburtino.* C. Caesonius C. f. Quirina Macer Rufinianus *t. Fortasse oriundus ex Campania cf. Dessau ad XIV 3902. Thes. l. l. Onom. 2, 55. Cursum honorum exhibet t. ordine inverso.* III vir capitalis, tribunus legionis I adiutricis, donatus donis militaribus a divo

Marco, quaestor provinciae Narbonensis, tribunus plebis, legatus (proconsulis) provinciae Baeticae, praetor, legatus (proconsulis) provinciae Asiae, curator rei publicae Asculanorum, legatus legionis VII Claudiae, proconsul provinciae Achaiae, curator rei publicae Tarracinensium, legatus Aug. pr. pr. provinciae Lusitaniae, curator rei publicae Teanensium, *consul suffectus a. inc. (consulatus in t. non memoratur, reliquis autem honoribus praemittitur* 'consulari'), curator alvei Tiberis, legatus Aug. pr. pr. Germaniae superioris, curator aquarum et Miniciae, proconsul provinciae Africae, curator rei publicae Lanivinorum II, comes imp. Severi Alexandri Aug. *(cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschland 37 sq.);* sodalis Augustalis. — Manilia Lucilla *uxor XIV 3901 = D. 1183.* (L.) Caesonius Lucillus (Macer Rufinianus) filius *t. Nummum Prienensem (Regling Münzen v. Priene n. 186), qui in adversa exhibet caput virile cum inscriptione* .... ος Μάκερ, *ad hunc rettulit Babelon Arethuse 1, 1 sqq., cf. Compt. rend. 1923, 178 haud recte; restituendum est* [Πομπήι]ος Μάκερ, *cf. Regling l. l. p. 102 sq.* *Gr.*

— CAESONIVS(?) MAXIMVS *v.* Caesennius(?) Maximus *supra n. 172.*

211 T. Caesonius Priscus, eques Romanus, quem Tiberius novo officio a se instituto a voluptatibus praeposuit *Suet. Tib. 42, 2.* *St.*

212 L. CAESONIVS QVINTVS RVFINVS MANLIVS BASSVS *honoratus a* L. Caesonio Hedylo procuratore patris *t. X 1687 = D. 1206 (inter Neapolitanos servatus, sed originis fortasse Puteolanae cf. Dessau ad XIV 3902).* L. Caesonius L. f. Quirina Quintus Rufinus Manlius Bassus *t.; filius videtur* L. Caesonii Lucilli Macri Rufiniani *(n. 209).* Clarissimus vir, salius Palatinus, pontifex maior *(quod statuerunt viri docti pontifices maiores ante Aurelianum non inveniri, mihi non probatur)*, quaestor, praetor *t.* *Gr.*

213 Caesonius Vectilianus imperatori Marco de luxuria legionum Syriacarum scripsit *vita Av. Cass. 5, 5 (commemoratus in epistula ficta).* *St.*

214 Caesonia, Rufi (uxor); natalem eius eundem ac imperatoris Domitiani (d. 24 Oct.) celebrat a. 93 *ut videtur vel* 94 Martialis *9, 39.* *St.*

— MILONIA CAESONIA.

215 Caesonia Victorina una cum Atilia Rufina Caeciliae Verissimae amicae *posuit t. VI 1363.* *Gr.*

— C. MATIVS *(vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS ANICIVS MAXIMVS CAESVLENVS MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS.

216 C. CAETRONIVS, legatus legionis primae a. 14 *Tac. a. 1, 44.* *Gr.*

— C. CAETRONIVS(?) ..... *(II 2423 cf. p. 900) v.* Fronto(?).

217 **[Q.] Caetronius Cus[p]ianus,** primipilus, procurator Augusti, maritus Aegnatiae Priscillae *t. Aximensis XII 112, cf. p. 805.* *St.*

218 Caetronius **Pisanus,** a. 70 praefectus castrorum legionis III Augustae, quem Valerius Festus legatus vinciri iussit *Tac. h. 4, 50.* *St.*

— Q. POSTVMIVS CA[L?] ..... *vel* CA[E?] .....

— CAL. VET(VS), consul suffectus a. 51 cum imp. Claudio V, *pleno nomine* L. Calventius Vetus Carminius, *v. infra sub Carminiis.*

219 CALAVIVS SABINVS, legatus legionis XII (fulminatae), cum qua *a. 61* sub Caesennio Paeto Armeniam ingressus est *Tac. a. 15, 7.* *Gr.*

— Coelius Caldus.

— VOLVMNIA CALEDA (= Calida?).

220 Calenus, maritus Sulpiciae poetriae, cum qua vixit annos quindecim *Martial. 10, 35. 38 (mortua igitur inter annos 95 et 98). Commemoratur praeterea Apoll. Sidon. carm. 9, 261 sq. Vallae schol. Iuv. 6, 537 (in versu Sulpiciae FPL 134). Sulpiciae quod fertur carm. v. 62.* *St.*

221 Calenus *(traditur* Callenus), ex ordine equestri, amicus et condiscipulus Marci qui postea imperavit *vita Marci 3, 8.* *St.*

— Iulius Calenus.

— CALESTRIVS MAXIMVS *v.* C. Servilius Septidianus(?) Firmus.

222 CALESTRIVS TIRO *(sic Plin. 7, 16, 1 et in inscriptione epistulae 1, 12, praeterea* Tiro), amicus et aequalis Plinii. Simul cum Plinio militavit *Plin. ep. 7, 16, 2, fuit ergo initio principatus Domitiani tribunus militum legionis alicuius in Syria tendentis (non legionis III Gallicae, in qua Plinius stipendia meruit, in singulis enim legionibus singuli tribuni laticlavii erant).* Quaestor Caesaris *(sc. Domitiani)* cum Plinio *ib. a. 92 ut videtur (cf. Otto S. Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 51).* In tribunatu (plebis) liberorum iure Plinium praecessit *ib.;* in praetura Plinius eum consecutus est *ib.; fuit ergo praetor a. 95, si recte Otto p. 50 praeturam Plinii huic anno attribuit.* Proconsul provinciam Baeticam sortitus *Plin. 6, 22, 7; 7, 16, 3; 32, 1* profectus est in provinciam per Ticinum et Mediolanum excurritque Comum *ib. 7, 16, 3. 23. 32, 1;* provinciam rexit *ib. 9, 5 (non omnino certum etiam hic agi de proconsulatu Baeticae).*

Quaestorius ius liberorum iam habuit *Plin. 7, 16, 2. Filius eius videtur* Calestrius Tiro legatus Lyciae *aetate Hadriani (qui sequitur).* Villae eius *ib. 7, 16, 2* in Piceno *cf. ib. 6, 1; fortasse ex hac regione oriundus.* Plinius ad eum scripsit *ep. 1, 12 (post mortem Domitiani); 6, 1. 22 (sub Traiano ut videtur); 9, 5.* *Gr.*

223 CALESTRIVS TIRO (Καλέστριος Τείρων *t.), filius ni fallor eius qui praecedit.* Ἡγεμών *i. e.* legatus Aug. pr. pr. (Lyciae et Pamphyliae) mense Iulio *a. inc. IGR 3, 704 I 6 sq. t. Cyanensis. Eum Lyciae praefuisse sub Hadriano intra annos 124 et 138 recte puto statuit Ritterling Rh. Mus. 73, 44 sq. Diversus* Tiro legatus (Daciae?) *III 8048, si iure litteras saec. III ineuntis iudicat Hirschfeld S. Ber. Ak. Wien 1874, 401.* *Gr.*

224 Calgacus, Britannorum dux, a. Cn. Iulio Agricola victus ad montem Graupium a. 83 *vel* 84 *Tac. Agr. 29—38. Idem nomen in vasculo vitreo XIII 10025, 161.* *St.*

— VOLVMNIA CALIDA(?).

225 Calidius Proculus, cum Egnatuleia Sabina matre *ut videtur* L. Egnatuleio Sabino avoncu[lo] *posuit t. Thysdritanum VIII 10500 (= D. 1409), cf. p. 2313.* *St.*

— IVLIVS SEVERVS CALIDVS.

226 Callicrates, Tyrius, 'Graecorum longe doctissimus scriptor', de imperatore Aureliano citatur *vita Aurel. 4. 5.* *St.*

227 Callidromus, servus Laberii Maximi *(legati Moesiae inferioris a. 100—102)*, captus in bello Dacico et a Decebalo muneri missus Pacoro, Parthiae regi, pluribus annis post Nicomediam fugit, ubi pistori operas suas locavit; postquam ad statuam Traiani confugit, Plinius eum ad imperatorem misit *ad Trai. 74.* *St.*

228 Callimorphus, ἰατρὸς τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης *quod emendatur a Cichorio RE 1, 1239 sq.* εἴλης, *ut fuerit* medicus alae (primae Ulpiae) contariorum (miliariae civium Romanorum), scriptor historiae Parthicae (et belli Parthici L. Veri) *Lucian. quom. hist. conscr. 16, 24. 25. Vide num fictus sit.* *St.*

229 Callinicus, Petraeus, sophista, rhetor, rerum scriptor. Gai filius *Suid.* Cognomen *(vel potius nomen)* ei fuit Suetorius (Sutorius?) *Suid.; Suctorius Hieronym. in Daniel. praef. p. 622 Vall.* Scripsit ad *(Virium)* Lupum *(cos. ord. 278)* περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς, προσφωνητικόν ad imperatorem Gallienum *(idem panegyricus adfertur ap. Menandr.* ἐπιδεικτ. *p. 370 Sp. = p. 97 Burs.* Καλλίνικος ἐν τῷ μεγάλῳ βασιλικῷ, *cf. p. 386 = 81)*, rerum gestarum Alexandrinarum ad Cleopatram *(= Septimiam Zenobiam?)* libros decem, πρὸς τὰς φιλοσόφους αἱρέσεις, περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως *(idem sine dubio liber* Καλλινίκου σοφιστοῦ ἐκ τῶν εἰς τὰ πάτρια Ῥώμης *FHG 3, 663 sq. = Hinck Polemonis declamationes p. 43 sq.), scriptus ni fallor sub Aureliano,* alios panegyricos et orationes *Suid.* Docuit Athenis, adversarius Genethlii Petraei *Suid. s.* Γενέθλιος.

Idem videtur Callinicus sophista interemptus in statione ad Euphraten sita, quae ab eo nomen traxit *(perperam) Liban. epist. 21, 5, nec diversus fortasse Liban. vita c. 11. Fusius egi de eo Herm. 58, 448—456.* *St.*

— (Iulius) Callinicus.

— M. VLPIVS CALLIPPIANVS.

— TI. CLAVDIVS CALLIPPIANVS ITALICVS.

— AEMILIA CALLISTA.

— AFINIA CALLISTE.

230 (CLAVDIA?) CALLISTO, filia (P. Claudi) Attali, uxor Rusoniani *(traditur* Ῥουσινιανός) Phocaeensis, viri consularis; Hermocrati sophistae filio, qui cum ea amore in servum quendam devincta discors fuerat, supervixit *Philostr. v. soph. 2, 25, 2.* *St.*

231 Callistratus, iuris consultus, scripsit de cognitionibus libros sex, edicti monitorii (ad edictum monitorium *dig. 2, 6, 2)* l. sex, de iure fisci (et

populi *dig. 48, 20, 1)* l. quattuor, institutionum l. tres, quaestionum l. duos *dig. ind. auct. n. 27.* Libros de cognitionibus Severo et Antonino imperantibus scripsit *dig. 1, 19, 3, 2 (cf. 50, 2, 11); 50, 4, 14, 4*, item sub Severo librum primum *certe* quaestionum *ib. 1, 3, 38 (cf. 12, 3, 10* divus Commodus) et librum primum de iure fisci *49, 14, 2, 6. Citatur passim in digestis, fragmenta collegit Lenel Palingenesia 1, 81—106. Cf. v. Kotz-Dobrž RE Suppl. 3, 225—229.* *St.*

— **Q. Veturius Callistratus.**

232 Callistus, Vespasiani Augusti libertus, procurator (aquarum) *fistulae plumbeae urbanae Not. d. sc. 1901, 144 (= D. 8678 a); 1902, 95. 269. 287 = D. 8678.* *St.*

233 Callistus, Augusti libertus, procurator (patrimoni) a. 205 *t. Ostiensis XIV 4570.* *St.*

— Callistus, *vide* Ballista *(supra B 41).*

— L. ACONIVS CALLISTVS.

— L. Aconius Callistus.

— C. Iulius Callistus.

234 Calpetanus, inter medicos celeberrimos *memoratur Plin. n. h. 29, 7.* *St.*

— C. CALPETANVS RANTIVS QVIRINALIS VALERIVS FESTVS *v. infra sub Valeriis.*

235 C. CALPETANVS RANTIVS SEDATVS METRONIVS(?) *memoratur in t. urbano VI 916 = 31201 (1), quem solus servavit anonymus Einsidlensis;* ipse posuit *t. Salonitanum Bull. Dalm. 29, 208 = 47/48, 21 (2), cuius non extat nisi fragmentum.*

C. Calpetanus Rantius Sedatus Metronius *t. 1 (cognomen* Metronium *ortum esse ex dittographia nominis* M. Petroni *quod subsequitur coniecit Mommsen).* . . . petanus . . . . us Sedatus *t. 2. — Filius fortasse* C. Calpetani Statii Rufi *(qui sequitur).* Curator tabulariorum publicorum (primus in collegio) a. 45 *t. 1.* [Legatus C]aesaris *t. 2; eum legatum vel Claudii vel Neronis pr. pr. provinciae Dalmatiae fuisse recte sine dubio statuit Ritterling Bull. Dalm. 47/48 p. 20 sq. Antea igitur (fortasse iam ante a. 45) consul suffectus a. inc. — Ab hoc videtur testamento adoptatus* C. Calpetanus Rantius Quirinalis Valerius P. f. Pomptina Festus consul a. 71. Γάϊος Καλπητανὸς Δημόστρατος *SEG 2, 362 (Apolloniae) ab hoc ut opinor civitatem accepit.* Calpetani, *qui in permultis tegulis urbanis saec. I et II nominantur (XV passim), videntur fuisse libertini ex hac domo.* *Gr.*

236 C. CALPETANVS STATIVS RVFVS *memoratur in cippis terminalibus VI 1266 = D. 5939 (1), VI 1237 = D. 5925 (2), VI 31544 b (3), 31544 c (4). Nomina plena extant in t. 1. 2, extabant in t. 3. 4.* C. Calpetanus C. f. Statius Rufus *t. 2 cf. 4.* C. Calpetanus Statius Rufus *t. 1.*

Inter quinque curatores locorum publicorum iudicandorum, qui praesi-

dente T. Quinctio Crispino Valeriano (cos. a. 2 p. C.) ex s. c. ex privato in publicum restituerunt *(imperante Tiberio ante a. 24) nominatur loco secundo fortasse praetorius t. 1 (postea, sed item ante a. 24, non fuit in hoc collegio, cui tum praefuit L. Nonius Asprenas D. 5940 sq.).* Inter quinque curatores riparum et alvei Tiberis, qui praesidente C. Vibio Rufo (cos. a. 16) ex s. c. terminaverunt *t. 2—4 intra a. 16 et a. 24 (sc. annum consulatus L. Visellii Varronis, unius ex his curatoribus), fortasse iam ante a. 19, quo anno alius e curatoribus M. Claudius Marcellus praetura functus est (L. Visellius Varro cum in t. 2 nominetur loco ultimo, in t. 3 loco quarto, in t. 4 loco secundo, apparet curatores in his cippis non ex dignitate ordinis enumerari). — Pater fortasse* C. Calpetani Rantii Sedati *(qui praecedit). Eius libertus potest fuisse* C. Calpetanus C. l. Glyptus(?) viator pullarius, maritus Liviae divae Augustae l. Culicinae, *quorum filius videtur* C. Calpetanus Livianus primipilaris *VI 1815 cf. 32266 (= D. 1926). X 8048, 3. 4. Dressel ad XV 517.* *Gr.*

237 .... CALPVRNIANVS, unus ex pueris patrimis et matrimis senatorum filiis, qui Arvalibus ministraverunt a. 145 *VI 32379 v. 27 acta Arv.* *Gr.*

238 **Calpurnianus,** vir egregius (ὁ κράτιστος), iuridicus Alexandreae et Aegypti anno decimo (imperatoris Pii *P. Lond. 2 p. 152—154, n. 196 = Mitteis Chrest. 87), i. e.* a. 147 *BGU 2, 378 = Mitteis l. c. 60. Nominatur praeterea P. Fay. 203 = P. Cair. Preis. 1.* *St.*

239 Calpurnianus, ad quem Apuleius epistolium de dentifricio versibus scripsit *apol. 6*, tamen cum adversariis Apulei societatem coiit *ib. 6. 60.* *St.*

— M. ANTIVS CRESCENS CALPVRNIANVS.

— **T. Aurelius Calpurnianus Apollonides.**

— Crepereius Calpurnianus.

— **Decrius Calpurnianus.**

— A. PLATORIVS NEPOS CALPVRNIANVS.

240 .. CALPV[RNIVS] ..... *memoratur in t. mutilo Antiochensi Pisidiae imperatoris alicuius, cuius nomen periit, Journ. Rom. St. 2, 104, 42 (ubi errore legitur* CALIV), *corr. Ramsay ib. 6, 134 (delendum igitur supra A 541). Restituerim fere:* [Imp. Caesar Vespasianus Aug. p]ontif[ex maximus t]ribunic[iae potest]atis cos. [II per .. Nonium] Calpu[rnium Asprenatem leg. Aug. pr. pr. ....]; *v. infra sub Noniis.* *Gr.*

241 Calpurnius, aquilifer legionis primae a. 14 L. Munatium Plancum consularem principem legationis a senatu ad Germanicum missae a vi militum seditiosorum prohibuit *Tac. a. 1, 39.* *St.*

242 (Calpurnius), filius Calpurni Fabati, pater Calpurniae, uxoris (secundae) *(cf. W. Otto S.Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 36 sq., 1)* Plinii *epist. 5, 11; 6, 12, 3,* ante patrem defunctus est *(circa a. 100) ib. 4, 19, 1; 8, 11.* *St.*

243 Calpurnius 'noster' *dicitur ab imperatore Vero ad Front. 1, 2 p. 115 N. = 1, 304 Haines.* *St.*

244 Calpurnius, *commemoratur in epistula ficta vita Avid. Cass. 10, 9.* *St.*

245 C. CALPVRNIVS, aedilis curulis, deinde a. 23 a. C. aedilis plebis in locum demortui suffectus *Dio 53, 33, 3.* *Gr.*

246 C. CALPV[RNIVS] ....., consul (suffectus Domitiano cos. XIII) cum L. Volusio Saturnino a. 87 *VI 2065 acta Arv. (inter dies* .. I *idus* Ian. *et* XI k. Febr. *v. 64,* XI k. Febr. *v. 70,* k. Febr. *col. 2, 13). Videtur idem atque* C. Calpurnius Crassus Frugi Licinianus *(n. 259).* *Gr.*

247 T. Calpurnius, Siculus *(vix cognomen, sed originem indicans),* poeta scripsit bucolica *Nerone ut videtur imperante (cf. Hubaux Mél. P. Thomas, 1930, 451—473; Mém. acad. belg. 29, 1930, 193—239. L. Herrmann Rev. belge philol. 10, 145—153), quae post alios edidit H. Schenkl 1885 et 1904 (Corp. poet lat. ed. Postgate), Giarratano 1910. Cf. de eo Skutsch RE 3, 1401—1406. Schanz 2, 2³, 91—95. Teuffel 2⁷ § 306. E. Cesareo, La poesia di Calpurnio Siculo, Palermo 1931.* *St.*

— Iulius Calpurnius.

248 M. [C]ALPVRNIVS .... CVS, consul (suffectus) d. 10 m. Oct. a. 96 cum Ti. Catio (Caesio) Frontone *III p. 861 = X 7890, melius III p. 1967 dipl. mil. In cognomine ante* CO *quae praecedit littera videtur fuisse* I, *vix* R. *Gr.*

249 SEX. CALPVRNIVS AGRICOLA *memoratur in dipl. mil. III p. 886 cf. p. 1990 (1), in titulis Britannicis VII 225 (2). 758 (3). 773 (4). 774 (?) (5). Eph. ep. 7, 1050 b = Journ. Rom. St. 21, 247 (6). Eph. ep. 9, 1381 (7). 1382 (8); in t. Troesmensi III 7505 = D. 2311 (9). Plena nomina exhibent t. 1. 7.* Sex...... m..... *t. 2.* Calpurnius Agricola *t. 3. vita Marci 8, 8.* [Cal]pur. Agricola *t. 9.* ..... us Agricola *t. 4; in tt. 5. 6. 8 nomina plus minus mutila.*

Clarissimus vir *t. 9.* Consul (suffectus) cum Ti. Claudio Iuliano imperante Antonino Pio d. 27 m. Sept. *a. inc. inter a. 145 et 160 t. 1, probabiliter a. 159, cf. v. Premerstein Wiener Eranos 1909, 258. Initio principatus Marci et Veri* adversus Britannos missus est *vita Marci 8, 8.* Legatus Aug. pro pr. Britanniae *t. 2—8,* co(n)s(ularis) *t. 4* Marco et Vero imperantibus *t. 2; successit M. Statio Prisco cos. a. 159, legato Britanniae a. 161/162 (cf. Miltner RE 3 A 2220). Postea legatus Aug. bello Marcomannico t. 9 positus a veterano aliquo, qui* funct(us) (est) ex[pedi]t(ione) Germ(anica) sub [Cal]pur. Agricola, Cl. Fronto[n]e, m(issus) h(onesta) missione in Dacia sub Cornel. Clemente *a. 170. Videtur igitur Agricola legatus fuisse trium Daciarum c. a. 167/168 (eum simul legatum Moesiae inferioris et Daciae Malvensis fuisse contendit v. Premerstein l. l. 258. 268, 4). — Necessitudine fortasse coniunctus cum* Sex. Calpurnio Iuliano *(n. 271).* *Gr.*

— CALPVRNIVS ASPRENAS *v. infra in Noniis.*

250 P. CALPVRNIVS ATILIANVS ATTICVS (?) RVFVS (?), consul a. 135, *memoratur in dipl. mil. III p. 2328*[70] *(imaginem habes Compt. rend. 1897, 334) (1) et in signaculo servi prope Massiliam rep. XII 5690, 43 (2). — In consulatu* P. Calpurnius Atilianus *VI 31125. Class. Rev. 42, 1928, 13 dipl. mil.* ..... rnius Atilianus *XIV 4235 = D. 318; male* Acil. *XIV 245*, Atilinus *ib. 5374 b*, Alitianus *Not. d. sc. 1912, 388 in tegula.* Atticus *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 58 vix recte;* Aquilinus *(sic)* Rufus *fasti Hydat. ib. 224;* Ἀκυλῖνος *(sic) chron. Pasch. ib.; in reliquis fastis et in titulis permultis* Atilianus. — Calpurn. Atilianus *t. 1.* P. Calpurnius Atilianus *t. 2.*

Filius fortasse P. Calpurnii Macri Caulii Rufi et [Ati?]liae ... mae, v. infra n. 273. Consul ordinarius a. 135 cum L. Tutilio Luperco Pontiano *v. supra;* hi consules d. 14 m. Apr. etiamtum fasces tenuerunt *dipl. mil. Class. Rev. l. l.* Legatus Aug. pro pr. Syriae Palaestinae a. 139 (d. 22 m. Nov.) *t. 1.* *Gr.*

251 C. CALPVRNIVS AVIOLA, consul (suffectus) cum P. Cornelio (Lentulo) Scipione per secundum semestrem a. 24 p. C. *I² p. 71 fasti Arv.:* C. Calpurn. Aviol[a]; *XV 4568 in collo amphorae:* C. C...... viola. Proconsul Asiae imperante Gaio Caesare *nummi Smyrnaei 1) in adversa inscripti* Γάιον Καίσαρα Γερμανικὸν ἐπὶ Ἀουιόλα, *in aversa* Γερμανικόν, Ἀγριππεῖναν Ζμυρναίων Μηνοφάνης *(errore* Μηνογένης *Num. Zeitschr. 60, 75) cum imaginibus Germanici et Agrippinae Br. Mus. Ionia 269 n. 269—271. Waddington Fast. As. n. 79 (mus. Paris.). Babelon Coll. Wadd. 1951. Leake Numism. Hell. Suppl. 92. Macdonald Hunter. Coll. 2, 377, 193. Grose McClean Coll. 3, 151, 8296. Museum Berolinense (cf. Klebs PIR*[1] *C 199). Coll. Imhoof (Klebs l. l.). Mionnet 3, 220, 1229. 2) eadem adversa, in aversa imaginem exhibentes Drusillae et inscriptionem* Δρουσίλλαν Ζμυρναίων Μηνοφάνης *Br. Mus. Ionia n. 272—276. Waddington l. l. (mus. Paris). Macdonald l. l. Grose n. 8297* (ἐπὶ Ἀουιόλλα). *Museum Berol. (Klebs l. l.). Coll. Imhoof (Klebs l. l.). Mionnet 3, 221, 1232. 3) in adversa* Γάιον Καίσαρα. ἐπὶ Ἀουιόλα, *in aversa* Ζμυρναίων Μηνοφάνης *Br. Mus. l. l. n. 277. 278. Waddington l. l. (mus. Paris.). Babelon 1952. Leake l. l. Macdonald n. 196. Mus. Berol. (Klebs l. l.). Coll. Imhoof (Klebs l. l.). Mionnet 3, 221, 1231. Iure posuit Klebs l. l. nummos 2 cusos esse viva etiamtum Drusilla (quae diem obiit d. 10 m. Iun. a. 38 cf. XIV 4535); itaque Aviola potius a. 37/38 quam anno insequenti pro consule Asiam rexit.* *Gr.*

252 Calpurnius Bassus, auctor Plinii *n. h. ind. l. 16—19. 21. 22.* *St.*

253 (CALPVRNIVS) BIBVLVS. Domitia (Cn. f.) Bibuli (uxor) *memoratur in titulis libertorum et servorum VI 5876 (de cuius t. sinceritate non constat, cf. 898*). 9523 = D. 7399. Ab hac diversa videtur, filia sc. eius et Bibuli,*

Domitia Calvin(a) Bibuli filia, *quae memoratur in t. libertae VI 16988, ubi tamen nomina libertinae mulieris non accurate exhibentur; eadem* Domitia Calvina *VI 16989. 16990. Pater* Domitiae Cn. f. *videtur fuisse* Cn. Domitius Calvinus *cos. a. 54 et 40 a. C.; maritum eundem esse atque* L. Calpurnium M. f. Bibulum, qui a M. Antonio Syriae praefectus in legatione *circa a. 722 = 32 a. C.* defunctus est *(Appian. b. c. 4, 38, 162. Syr. 51), coniecerunt nonnulli.* *Gr.*

254 C. (CALPVRNIVS) BIBVLVS, aedilis a. 22 p. C. in senatu verba fecit *Tac. a. 3, 52.* — Bibulus *nescio quis VI 4257. 38666.* *Gr.*

255 M. Ca[lpurnius] Bibulu[s] *Carthagine nova opus nescio quod* faciun[dum curavit] *II 3422 t. mutilus apographis tantummodo servatus* — Crysantus M. Bibulor. s(ervus) *memoratur in t. anni 38 p. C. Ann. ép. 1922, 126 rep. Interamnae Lirenati.* *Gr.*

256 **M. Calpurnius Caelianus.** *Nominatur in miliariis Sardiniae X 8011 (= D. 530) (1). 8012 (2). 8033 cf. p. 1020 (3). Eph. ep. 8, 751 (4). 774 (5). 781 a (6). 782 (7). Rendic. Acc. dei Lincei, cl. di sc. mor. stor. e filol. 3 (1894), 925 sq., n. 17 (8).*

Plena nomina exhibet t. 1, in ceteris plus minus mutila vel imperfecta. Egregius vir, procurator Augusti praefectus provinciae Sardiniae *miliarii,* imperante Aemilio Aemiliano *t. 1. 6. 7,* Valeriano et Gallieno *t. 3. 4. 5. 8,* a. 254 *t. 8. Idem videtur* M. Cal...., pro[c]. provinciae *in miliario Sardo X 8000, ubi sane vocabula* trib. pot. V cos. II *interpolata esse existimat Mommsen.* *St.*

257 Calpurnius Celerianus, cui Hadrianus de quaestione servi rescripsit *Ulp. dig. 48, 18, 1, 22. Cf. Add.* *Gr.*

258 **Calpurnius Concessus.** *Sic BGU 1022 = Wilcken Chrest. 29 (1);* Κ̣α̣ρ-[πουρνίο]υ Κονκέστου *P. Teb. 2, 338 (2).* Vir egregius (ὁ κράτιστος), epistrategus (Heptanomiae) *p. 1. 2,* a. 196 *p. 1; sub idem tempus p. 2.* *St.*

259 C. CALPVRNIVS CRASSVS FRVGI LICINIANVS, consul (suffectus) a. 87 (?). *T. sepulcralis rep. in sepulcro Liciniorum et Calpurniorum prope portam Salariam sito VI 31724 (1). Consulatus eius videtur memorari in actis Arvalium a. 87 VI 2065 v. 64 (2). Nomina plena exhibet t. 1 v. 1 sqq.* (Crassus *ib. v. 6).* C. Calpu ...... *t. 2.* Κράσσος Καλπούρνιος *Dio-Xiph. 68, 3, 2 = Zon. 11, 20.* Calpurnius Crassus *epit. de Caes. 12, 6.* Frugi Crassus *vita Hadr. 5, 5.* Crassus *Dio-Xiph. 68, 16, 2. vita Hadr. 5, 6.* Τῶν Κράσσων ἐκείνων ἔγγονος *Dio-Xiph. 68, 3, 2. Ex posteris sine dubio* M. Licinii Crassi Frugi consulis a. 27, *fortasse unus e* quattuor liberis M. Licinii Crassi Frugi consulis a. 64, *occisi a Nerone a. circiter 67,* et Sulpiciae Praetextatae, qui ineunte a. 70 ultores patris aderant *Tac. h. 4, 42.* Consul *t. 1* suffectus (in locum Domitiani cos. XIII) cum L. Volusio Saturnino a. 87 *t. 2 si ad hunc pertinet (inter Licinios et Volusios*

necessitudinem quandam intercessisse apparet ex tt. VI 7387. 31726. 9327); hos consules fasces tenuisse *inter* .. I idus Ian. *et* XI k. Febr., d. 22 m. Ian., d. 1 m. Febr. *testantur acta Arv. VI 2065 I v. 51. 64. 70. II 13.* Pontifex *t. 1.* Cum aliis contra Nervam coniuravit *Dio-Xiph. l. l. = Zon. l. l.;* promissis ingentibus animos militum pertemptavit *epit. 12, 6.* Detectum *(cf. Dio l. l.)* confessumque Nerva Tarentum cum uxore removit *epit. l. l.* Cum in Traianum iterum coniurasset, a principe ad senatum delatus *Dio 68, 16, 2* damnatus est *Dio l. l., sc.* in insulam relegatus *cf. v. Hadr. 5, 6.* Sub primis imperii diebus Hadrianus ab Attiano admonitus est, ut Crassus necaretur, neque autem eum laesit, quamquam Crassum postea procurator egressum insula, quasi res novas moliretur, iniussu eius occidit *v. Hadr. 5, 5. 6 (cf. Weber Hadr. 45 sq.). Nomina et honores eius in t. sepulcrali (1) erasa.* — Agedia Quintina uxor *t. 1 cf. epit. l. l.* — *Num idem sit* Crassus, qui 'nostra memoria lucem fugitabat' *(Fronto ad M. 3, 6 p. 151 N. = 2, 76 Haines), iure dubitaveris. Gr.*

260 Calpurnius Crito, cui Antoninus Severi f. rescripsit *Paulus dig. 40, 9, 15 pr. Gr.*

261 SER. CALPVRNIVS DOMITIVS DEXTER, consul a. 225, dedicavit *t. Tarracinensem vel potius Circaeum X 6422 = D. 4037 (1),* filiae posuit *t. urbanum VI 1369 (2);* filia ei posuit *post mortem* 'secundum voluntate(m) eius' *t. prope Romam rep. VI 1368 = XIV 3993 = D. 1175 (3).* — *In consulatu:* Ser. Calpurnius ..... *VI 1984 fasti sodal. Aug.;* ...nius Domitius Dexter *P. Lond. 3 p. LXXI n. 1286.* Ser. Domitius Dexter *dipl. mil., cuius mentionem facit Kuzsinszky Aquincum (1934), 119.* Domitius Dexter *Ann. ép. 1906, 124; ceterum* Dexter *fasti* (Σεκστος *male fasti Heracl. Chron. min. 3, 392).* — Servius Calpurnius Domitius Dexter *t. 1.* Se[r.] Cal[pu]r[nius] Dexter *t. 3.* Calpurn. Domitius Dexter *t. 2.*

Filius fortasse Calpurnii Maximi et Rufriae ....., *v. n. 277.* Domitii Dextri *nomina videtur sumpsisse a* C. Domitio Dextro cos. II a. 196. — Clarissimae memoriae vir *t. 3. Cursum honorum exhibuit t. 3.* Triumvir monetalis, quaestor candidatus, *(omisso tribunatu vel aedilitate utpote patricius)* praetor tutelarius, curator viae Aemiliae et alimentorum, curator rei publicae Minturnensium, ..., item Calenorum *(has omnes curas fieri potest ut gesserit non ante sed post consulatum),* [legatus (proconsulis?)] provinciae Asiae *(nescio an potius restituendum sit* proconsul). Consul *t.* 2 ordinarius *t. 3* a. 225 cum Ti. Manilio Fusco cos. II *v. supra.* XV vir sacris faciundis *t. 1—3;* promagister collegii aram Circes restituit, dedicavit d. 15 m. Iun. a. 213 *t. 1.* — Pater Calpurniae Rufriae Aemiliae Domitiae Severae *t. 2. 3.* — *Fundos videtur habuisse in agro Romano inter vias Nomentanam et Tiburtinam, ubi t. 3 repertus est. Gr.*

262 Calpurnius Eunus, egregius vir, *sacerdos domus Augustae (temporibus Commodi) VI 2010 II 32. St.*

263 L. Calpurnius Fabatus. *Ipse titulum Comensem V 5267 = D. 2721 testamento fieri iussit.*

Tria nomina t. Calpurnius Fabatus *Tac. a. 16, 8. Plin. epist. 5, 11 (inscr.), ceterum* Fabatus. L. f., Oufentina *t.* Origine Comensis *Plin. epist. 5, 11, 2; 7, 32, 1.* Praefectus fabrum, tribunus iterum legionis XXI rapacis, praefectus cohortis septimae Lusitanorum et nationum Gaetulicarum sex quae sunt in Numidia; VI vir, IIII vir iure dicundo, flamen divi Augusti, patronus municipii Comensium *t.* Eques Romanus, a. 65 crimine accusatus quasi conscius incesti Iuniae Lepidae damnationem evasit *Tac. a. 16, 8.*

Prosocer Plinii, qui ad eum scribit *epist. 4, 1; 5, 11; 6, 12. 30; 7, 11. 16. 23. 32; 8. 10,* pater Calpurniae Hispullae, avus paternus Calpurniae, uxoris *secundae (cf. W. Otto S.Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 36 sq., 1)* Plinii *4, 1, 1; 5, 14, 8; 8, 10. 11.* Comi porticum suo filiique (patris Calpurniae, *cf. 4, 19, 1; 6, 12, 3; 8, 11, 1. 3)* nomine dedicavit *Plin. epist. 5, 11.* Villam Camillianam in Campania possidebat *ib. 6, 30, 2,* praedia eius Amerina *ib. 8, 20, 3.* Iam senex *ib. 7, 23, 1; 8, 10, 2.* Mortuus est, dum Plinius Bithyniam administrat *circa a. 112 Plin. ad Trai. 120, 2.* *St.*

264 L. CALPVRNIVS FIDVS AEMILIANVS *signo* Crementius, clarissimus vir, quaestor Cretae Cyrenarum, tribunus plebis, praetor *t. Uticensis VIII 25382* ei positus a P. Sicinio Pescennio Hilariano candidato et amico eius; *in quo munere Hilarianum candidatum promoverit, non liquet. T. item Uticensis VIII 25383* 'Crementi' *fortasse ad eandem basim pertinuit. — Parentela coniunctus videtur cum* C. Memmio Fido Iulio Albio *cos. a. circiter 191* eiusque filia [Iul]ia Me[m]mia ... ca (?) Ru(?)... *(an fuerit* Ca[lp]u[rnia]?) Aemi[liana] Fidia[na] *(Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 454 t. Bullae Regiae rep.), fortasse etiam cum* Frontone (?) Aemiliano Calpurnio Rufiliano *(infra n. 310).* *Gr.*

265 CALPVRNIVS FLACCVS, amicus Plinii, qui ad eum scripsit *epist. 5, 2. Nepos fortasse Calpurnii Flacci, cui respondit (Masurius) Sabinus Pompon. dig. 40, 5, 34, 2, pater* C. Calpurnii Flacci *n. 268, nisi idem est.* *Gr.*

266 Calpurnius Flaccus, cui Severus et Antoninus rescripserunt *Ulp. dig. 4, 4, 22.* *Gr.*

267 Calpurnius Flaccus, rhetor, e cuius declamationibus excerpta servata sunt, *quae edidit Lehnert, 1903. Cf. Brzoska RE 3, 1371—1373, 40. Schanz* 3^3, *153 sq. Teuffel[6] § 351, 4.* *St.*

268 C. CALPVRNIVS FLACCVS, consul (suffectus) d. 15 m. Dec. *a. inc.* cum L. Trebio Germano *VI 10241 = D. 7912 (non ante tempora Flaviorum, ut apparet ex nomine* T. Flavi Artemidori). *Trebius Germanus cum memoretur a Volusio Maeciano dig. 29, 5, 14, consulatus Flacci et Germani aetati Hadriani vel Antonini attribuendus videtur esse (cf. Borghesi 3, 386). Itaque ab hoc vix distinguendus* Calpurnius Flaccus, ad quem,

praetorem scil. vel praesidem provinciae alicuius, rescripsit Hadrianus *Paulus dig. 37, 9, 8. Idem videtur* C. Calpurnius Flaccus, qui liberto posuit *t. sepulcralem VI 14180 (cf. Bang ib. p. 3912). — Filius fortasse amici Plinii (supra n. 265), nisi idem est.*

Titulum Cyprium mutilum exhibentem cursum honorum ...... Flacci *alicuius IGR 3, 991 (v. infra sub Flacco) ad hunc rettulit Borghesi l. l. coniectura satis incerta, quamquam notandum* .... Flacci *tribui* Quirinae *etiam adscriptum esse* C. Calpurnium P. f. Quir. Flaccum flaminem Hispaniae citerioris, *qui honoratur t. Tarraconensi II 4202 = D. 6946.* *Gr.*

269 CALPVRNIVS FRONT[I]N[VS] *(potius quam* Front[o]). Inter matronas ordinis senatorii, quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt, *recensetur* .... a Calpurni Front.n..(uxor) *VI 32329 v. 21. Aliqua parentela sine dubio coniunctus cum* C. Arrio Calpurnio Frontino Honorato *(supra A 1095).* *Gr.*

— C. ARRIVS CALPVRNIVS FRONTINVS HONORATVS.

— CALPVRNIVS GALERIANVS *v.* Calpurnius (Piso) Galerianus *infra n. 301.*

270 CALPVRNIVS IVLIANVS, vir clarissimus, legatus legionis V Macedonicae, *(consul suffectus a. inc. saec. II labentis vel saec. III)*, legatus Aug. pr. pr. provinciae Moesiae *sive* [sup]erioris *sive* [inf]erioris, Herculi, Genio loci, Fontibus calidis dedicavit *t. Mehadiensem III 1566 cf. p. 1419 = D. 3891.* *Gr.*

271 Sex. Calpurnius Iulianus, eques Romanus, contubernalis Frontonis, cuius rogatu ab imperatore Pio duabus procurationibus datis excusatus est *epist. ad Ant. Pium 9 p. 170 N. = 1, 262 Haines.* *St.*

272 **Calpurnius Longinus,** advocatus fisci a. 166 *(Ulpius) Marcellus dig. 28, 4, 3.* *St.*

— C. ARRIVS CALPVRNIVS LONGINVS.

— TI. CLAVDIVS FLAVIANVS TITIANVS Q. VILIVS PROCVLVS L. MARCIVS CELER M. CALPVRNIVS LONGVS *v. infra sub Viliis.*

— **C. Vaternius Calpurnius Lucretianus.**

273 P. CALPVRNIVS MACER CAVLIVS *(an* C. AVLIVS?) RVFVS *memoratur in t. Troesmensi hodie deperdito III 777 (1), in diplomate mil. admodum mutilo III p. 1974 (2); utrum ad hunc an ad filium eius pertineat frustulum Tomitanum III 12496 (3), parum constat.* — P. Calpurnio Macro Caulio Rufo *traditur t. 1.* P. Ca...... o *(casu abl.) t. 2.* Calpurn. Macri Rufi *(an* Rufiani?) *t. 3 (v. infra n. 274).* Calpurnius Macer *apud Plinium.*

Clarissimus vir *Plin. ad Trai. 61, 5; 77, 1. Consul suffectus a. inc. paullo ante a. 109 (consules annorum 109—113 ex fastis Ostiensibus innotuerunt).* Legatus Aug. pro pr. Moesiae inferioris *t. 1. 2* a. 112 *t. 1* eodem tempore quo Plinius Bithyniae praefuit *Plin. l. l. 42. 61, 5; 62. 77, 1 cf. 43, 3; 44.* — Uxor et filius *nominibus non positis memorantur Plin. ep. 5, 18, 1; uxor fortasse* ... lia ... ma *t. 3 (v. infra n. 274; filius si fuit*

P. Calpurnius Atilianus Atticus(?) Rufus(?) cos. a. 135 *(supra n. 250), uxori nomen* [Ati]liae *fuisse coniciam). Num filius nominatus fuerit in t. 3, dubium videtur (cf. n. 274).* — Villa eius in litore maris sita *Plin. l. l.* — Plinius ad eum scripsit *ep. 5, 18, fortasse etiam 6, 24* Macro *inscriptam, conterraneo ut videtur Plinii.* *Gr.*

274 CALPVRNIVS MACER RVFIANVS(?). *In fragmento t. Tomitani III 12496 agnoscitur* . . . liae . . . . mae Calpurn. Macri RUFIANIΛ . . . . . ta . . . *Non satis constat utrum legendum sit* Rufiani *et intellegendus P. Calpurnii Macri Caulii(?) Rufi (n. 273) filius an t. referendus sit ad Calpurnium Macrum ipsum et legendum* Rufi; *hoc praetulerim.* *Gr.*

275 Ca[l]purnius Marcellus, vir egregius (ὁ κράτιστος), maritus Valentillae propinquae senatorum *t. Pisidicus rep. loco dicto Kirili Kassaba (= Limenia, cf. Ramsay Klio 23, 253) Journ. Hell. St. 22, 107, 18 = SEG 6, 452.* *St.*

276 **Calpurnius Maximus,** (procurator aquarum) a. 177, *fistula plumbea urbana XV 7360. Pater videtur eius qui sequitur.* *St.*

277 CALPVRNIVS MAXIMVS, *fortasse filius eius qui praecedit,* primam sententiam dixit in senatu a. 203 *(ante diem 14 m. Aug.) VI 32326 v. 25 acta lud. saec.; nescio num hoc anno fuerit consul designatus, id quod coniecit Mommsen Ges. Schr. 8, 625. Non diversus videtur* maritus Rufriae . . . . ., quae nominatur inter matronas eisdem ludis saecularibus Iunoni reginae sacrificantes *VI 32329, 13 sq.:* Rufria . . . . . [Cal]purn[i Maxi?]mi. *Quod si recte ponitur, Maximi et Rufriae filium putaverim* Ser. Calpurnium Domitium Dextrum cos. a. 225, *cuius filia nominabatur* Calpurnia Rufria Aemilia Domitia Severa *(vide n. 261).* — *Idem fortasse* . . . . . Maximus proconsul II Africae a. 217 *(ante d. 8 m. Apr.) VIII 10026.* *Gr.*

278 **Q. Calpurnius Modestus,** C. f. Quirina, procurator Lucaniae, procurator Ostiae ad annonam, procurator Alpium *t. Ostiensis XIV 161 = D. 1427.* *St.*

279 C. Calpurnius Philokyrius, vir egregius *VI 1600 (cf. 31829) = D. 8092.* Uxor Septimia Ammias; filius C. Calpurnius Ammianus eques Romanus *ib.* *St.*

— (CALPVRNIVS) PISO, *Oros. 6,21,22. Plut. reg. et imp. apophth. p. 208 A, v.* L. Calpurnius Piso pontifex *(n. 289).*

280 (CALPVRNIVS) PISO. Pisoni alicui eiusque filiis dedicavit Horatius carmen *quod inscribitur de arte poetica (cf. v. 6* Pisones, *v. 24* pater et iuvenes patre digni, *v. 235* Pisones, *v. 291 sq.* vos o Pompilius sanguis, *v. 366* o maior iuvenum). Hunc librum ad Lucium Pisonem, qui postea urbis custos fuit, eiusque liberos misit *Porphyrio ed. Meyer p. 344; de qua re v. infra n. 289. Filius maior videtur versatus esse in carminibus scribendis cf. v. 366 sqq.;* Piso tragoedias scripsit *Ps. Acro schol. 2 p. 369 Keller, cui testimonio nescio num fides habenda sit.* *Gr.*

Stemma

L. Calpurnius L. f. L. n. Piso Caesoninus
cos. a. 696 = 58 a. C.
~ Rutilia P. f.

Calpurnia
~ C. Iulius Caesar
dict.

L. Calpurnius Piso pontifex *n. 289*
cos. a. 739 = 15 a. C.

?
filii duo

Calpurnia *n. 323*
~ L. Nonius Asprenas
cos. a. 6

L. Calpurnius Piso *n. 292*
cos. *a. inc.*

M. Licinius Crassus Frug
cos. a. 27
~ Scribonia

L. Nonius Asprenas
cos. a. 29

(Nonius) Asprenas
Calpurnius
Serranus

(Nonius)
Asprenas
Calpurnius
Torquatus
| ?
(Nonius) Calpurnius Asprenas
legatus Galatiae a. 68/69

Cn. Pompeius
Magnus

M. Licinius
Crassus
Frugi
cos. a. 64
~ Sulpicia Praetextata

(Licinius)
Crassus
Scribonianus.

Scribonianus
Camerinus.

?
C. Calpurnius Crassus
Frugi Licinianus
cos. a. 87(?) *n. 259*
~ Agedia Quintina
| ?
C. Calpurnius Piso Crassus Frugi Licinianus *n. 297*

?
(L. Scribonius?) Libo Frugi

(Lici
virg
I

mma Pisonum.

Cn. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piso *n. 286*
cos. a. 731 = 23 a. C.
~ Paulla Popillia M. f.

Cn. Calpurnius Piso *n. 287*
cos. a. 747 = 7 a. C.
~ Munatia Plancina

L. Calpurnius Piso augur *n. 290*
cos. a. 753 = 1 a. C.

Frugi

Cn. *postea* L. Calpurnius Piso *n. 293*
cos. a. 27

M. (Calpurnius) Piso *n. 296*

ius)
sus
ianus.

L. Calpurnius
Piso Frugi
Licinianus
(Galba Caesar) *n. 300*
~ Verania Gemina

Licinia ?
Magna ~

(Calpurnia)

L. Calpurnius
Piso *n. 294*
cos. a. 57

C. Calpurnius Piso
cos. *a. inc. n. 284*
~ 1. Livia Orestilla
2. Atria Galla

Calpurnius (Piso) Galerianus *n. 301*

(Licinia) Praetextata
virgo Vestalis
maxima

. . . .

?

C. Calpurnius Piso *n. 285*
cos. a. 111

frater

. . . .

(Calpurnius Piso?) ~ (Cornelia Ser. Scipionis Orfiti filia?)

Ser. Calpurnius Scipio Orfitus *n. 317*
cos. a. 172?
~ Calpurnia L. f. Lepida?

L. Calpurnius Piso *n. 295*
cos. a. 175

Calpurnius Sci[pio Orfi]tus *n. 316*
salius Palatinus
defunctus a. 191

Calpurnius Piso *n. 283*

filii

281 CALPVRNIVS PISO, adulescens nobilis, recitavit καταστερισμῶν libros elegis scriptos *Plin. ep. 5, 17* (scripta ad Vestricium Spurinnam); mater et frater *memorantur ib. § 5. Vel hic vel frater videtur idem atque* C. Calpurnius Piso consul a. 111 *(n. 285)*. *Gr.*

282 (CALPVRNIVS PISO?), frater eius qui praecedit; *sub quo vide.* *Gr.*

— (CALPVRNIVS?) PISO, *Ps. Plut. de fato praef. p. 568 C. (Ps.) Galen. 14, 210 sqq., v.* L. Calpurnius Piso cos. a. 175 *infra n. 295.*

283 CALPVRNIVS PISO, (Ser. Calpurnii) Scipionis Orfiti filius, μύστης, *honoratur t. Eleusinio IG 3, 620 = 2/3², 4213* [Κ]αλπούρνιον [Πεί]σωνα. *Huius nomen num recte restituerit Kirchner ib. 4214 ....* [Καλ]πόρνι⟨ο⟩ν [Πείσωνα Ὀρφί]του, *omnino incertum. V. infra* Ser. Calpurnius Scipio Orfitus *n. 317.* *Gr.*

284 C. CALPVRNIVS PISO *memoratur in actis Arvalium* a. 38 *VI 2028 (1)*, a. 40 *VI 2030. 32347 (2), a. inc. Claudii VI 2032 (3)*, a. 57—60 *VI 2039—2042. 32353 (4—7)*, a. 63 *VI 2043 (8), a. inc. Neronis VI 2048 (9); huius ut videtur liberti memorantur VI 9831 (10). 14203 (11); de t. Delmatico III 12794 (12) v. infra.*

C. Calpurnius Piso *t. 1. 2. 9.* C. Piso *t. 3—8.* C. (Calpurnius) Piso *t. 10. 11 . . .* [P]iso *t. 12.* Γάϊος Καλπούρνιος Πίσων *Dio 59, 8, 7 = Zon. 11, 5.* C. Piso *Tac. a. 14, 65; 15, 48. h. 4, 11. Suet. Cal. 25, 1. Schol. Vallae ad Iuvenal. 5, 109 digna vix sunt quae adhibeantur, nam maximam partem ex Tacito prompta neque 'Probi' sed ipsius Vallae esse viri docti suspicati sunt, cf. Wessner in ed. (1931) p. 253 et XX—XXIII.* Καλπούρνιος *Ioann. Antioch. exc. de virt. 179, 23; ceterum* Piso.

Calpurnio genere ortus ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus *Tac. 15, 48 cf. panegyr. in Pisonem 2—4. 12—22. 104 sq. De patre non constat;* Galerianus, Pisonis huius filius, 'consobrinus' dicitur L. Pisonis consulis a. 57 *Tac. h. 4, 49 sensu latiore ut putaverim; unde fortasse colligendum C. Pisonem filium fuisse M. Pisonis (n. 296) vel ex posteris L. Pisonis auguris consulis a. 1 a. C. (n. 290).*

C. Caesar Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem cum ad officium et ipse venisset, ad se deduci imperavit intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit, quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur *Suet. Cal. 25, 1*; (Γάιος) ἔγημε Κορνηλίαν Ὀρεστίναν, ἣν ἥρπασεν ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις, οὓς τῷ ἠγγυημένῳ αὐτὴν Γαίῳ Καλπουρνίῳ Πίσωνι συνεώρταζε. πρὶν δὲ δύο μῆνας ἐξελθεῖν, ἀμφοτέρους σφᾶς ὡς καὶ συγγιγνομένους ἀλλήλοις ἐξώρισε κτλ. *Dio 59, 8, 7. 8 (ad a. 37) = Zon. 11, 5 = Ioann. Antioch. l. l. cf. Dio 59, 3, 3.* Die 24 m. Mai a. 38 in collegium fratrum Arvalium cooptatus est *t. 1;* m. Sept. eiusdem anni et m. Iunio a. 40 in collegio adfuit *t. 1. 2; erravit igitur Dio de tempore relegationis. Recte puto statuit Klebs PIR¹ C 227 Pisonem et Orestillam a. 38 nuptias fecisse, a. 40 in exilium actos esse.*

(Mox sub Claudio restitutus *schol. Iuvenal. l. l.).* Consul *paneg. 68—71, suffectus a. inc. Claudii;* Caesari in senatu gratias egit *paneg. 68—80.* In senatu sententiam dicere solebat *ib. 66 sq. 97 sq. Num hic fuerit..* [P]iso, legatus Claudii Caes. pro praetore (provinciae Dalmatiae), *qui memoratur in cippo terminali III 12794 (t. 12), dubium videtur, nam mirum est ab auctore panegyrici officium hoc consulare non memorari, immo Pisonem ut* 'togatae militiae munera' *exercentem praedicari (cf. v. 26 sqq.); fortasse potius cogitandum est de L. Pisone cos. a. 27 (n. 293).* Post consulatum materna haereditate ditatus *schol. Iuvenal. l. l.* Solitus de plebe ... certos quotquot annis (quotannis *Pith.)* ad equestrem censum dignitatemque provehere *ib.* Sacris Arvalium adfuit *a. inc. Claudii (a. 44 ut probare studui Jahresh. 10 B. 33 sq.) t. 3,* annis 57—60. 63 *t. 4—8, a. inc. Neronis t. 9.* A. 62 Romanus *(libertus Caesaris ut videtur)* secretis criminationibus (apud Neronem) incusavit Senecam ut C. Pisonis socium, unde Pisoni timor *Tac. a. 14, 65 cf. 15, 56. 60. 61. 65.* A. 65 coepta simul et aucta coniuratio, in quam certatim nomina dederant senatores eques miles, feminae etiam, cum odio Neronis tum favore in C. Pisonem *ib. 15, 48—58 cf. Dio 62, 24.* Coniuratione prodita *(d. 19 m. Apr. a. 65)* Piso obiit abruptis brachiorum venis; testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit *Tac. 15, 59.* Coniuratio Pisoniana *commemoratur Suet. Nero 36, 1. vita Lucani p. 51 Reiff. cf. ib. p. 76. vita Clod. Alb. 12, 10 (v. Pesc. Nigri 9, 2 ('quod Piso nescitur') non hic intellegendus est sed Galbae filius adoptivus).*

Mores et indoles eius paneg. 30—66. 93 sq. 97 sq. 100—105. 109—132. 162. Tac. 15, 48. Tragico ornatu canebat *Tac. 15, 65;* et latine et graece declamabat *paneg. 84—96;* carmina fecit *ib. 163—165; exercitationes eius musicae et gymnicae celebrantur ib. 163—189.* In latrunculorum lusu perfectus *paneg. 190—208.* Facundia eius *praedicatur Tac. 15, 48. paneg. 30—66. 97 sq. 109. 162.*

Poeta nescio quis Pisoni iuveni *(cf. v. 32. 109. 211) inscripsit* panegyricum *qui dicitur in Pisonem.* 'Piso bonus' *praedicatur inter patronos liberales aetatis Claudiorum Iuvenal. 5, 109 cf. Martial. 4, 40, 1* ('atria Pisonum stabant cum stemmate toto'). *12. 36, 8. paneg. 109—132. — Pisonem hunc auctorem esse carminum bucolicorum duorum, quae vulgo Einsidlensia vocantur (Poetae lat. min. ed. Baehrens 3, 60—64), conieci RE 3, 1379.*

Uxor (prior) Livia Orestilla (*sive* Cornelia Orestina) *v. supra,* altera Atria Galla, quam Domitii Sili matrimonio abstulerat *Tac. 15, 59 cf. 53.* Filius Calpurnius Galerianus *Tac. h. 4, 11 (v. infra n. 301).* Amici Antonius Natalis *Tac. a. 15, 50. 55,* Flavius Scaevinus *ib. 55,* Domitius Silus *ib. 59.* — Liberti *t. 10* (procurator C. Pisonis). *11.* Servi eius *memorantur Dio 59, 8, 8.* — Villam possedit apud Baias *Tac. 15, 52.* *Gr.*

285 C. CALPVRNIVS PISO, consul a. 111 cum M. Vettio Bolano, fasces tenuit

usque in kal. Maias *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 191, imago tab. 2. In consulatu:* C. Calpurnius Piso *VI 222 = D. 2161.* ... purnius Piso *fasti Ostienses.* L. *vel* C. Calpurn. Piso *XII 1840* (L. *auctores meliores).* C. Cal. ..... one *XIV 3437 si ad hunc pertinet; ceterum* Piso *fasti (perperam* Pisone et Rustico *fasti ms. nonnulli Chron. min. 1, 285. 420; 2, 140 vel* Pisone et Iuliano *ib. 1, 223). Hic potest esse* Calpurnius Piso poeta, *quem laudat Plinius ep. 5, 17, vel* frater eius *(v. supra n. 281). — Nescimus qua necessitudine coniunctus fuerit cum Calpurniis Pisonibus temporum priorum; non potest fuisse filius Calpurnii (Pisonis) Galeriani interfecti a. 69 (n. 301), virum enim nobilissimum vel suo anno vel etiam antea ad consulatum pervenisse pro certo habendum est.* *Gr.*

286 CN. CALPVRNIVS PISO, consul a. 731 = 23 a. C. *In consulatu:* [Cn. Calpurn]ius Cn. f. Cn. n. Pis[o] *fasti Capitolini* I^2 *p. 28.* Γν. Καλπούρνιος Γν. υἱ. Γν. ἔγγ. Πείσων *Dio ind. l. 53.* Καλπούρνιος Πίσων *Dio 53, 30, 1.* Cn. Piso I^2 *p. 58e = VI 2014 = XIV 2241 fasti fer. Lat. Not. d. sc. 1921, 221. Cassiodor. Chron. min. 2, 135; ceterum* Piso *(v. infra).* — Cn. Piso *nummi (v. infra).* Cn. Piso *vel* Piso *apud scriptores.* Frugi *quoque cognomen ei fuisse coniecerunt viri docti ex nummo filii eius (Babelon Monn. rép. Rom. 1, 306, 37. Grueber Coins 2, 90. Willers Kupferpräg. 134 n. 132 tab. 12, 3), at in parte nummi aversa errore ut videtur lectum est* Cn. Piso Fru. f. *pro* Cn. Piso Cn. f. *(v. Bahrfeldt Num. Zeitschr. 1918, 105 sq.; hunc nummum falsum esse mihi adfirmat Georgius Elmer). Assem musei Pisaurensis, qui in parte adversa exhibet caput Iani bifrontis, in aversa duas naves, in imo inscriptionem* [C]n. (?) Piso Frugi, *ad hunc Pisonem pertinere opinatur v. Bahrfeldt (Num. Zeitschr. 1900, 31 sq. 1909, 77 sq. [imago tab. 1, 9]. 1918, 105. Grueber Coins 2, 592; de sinceritate nummi dubitat Willers l. l. 59,1; 98, 2 vix recte), at hic nummus videtur esse aetatis antiquioris (cf. Grueber l. l.).*

Cn. f. Cn. n. *fasti Capitol., Dio ind. l. 53; filius probabiliter* Cn. Calpurnii Cn. f. Pisonis, qui quaestor pro pr. Hispaniae citerioris *(VI 1276 =* I^2 *749)* a. 64 a. C. in provincia occisus est *(cf. Münzer RE 3, 1379 sq.). Cn. Pompeio principem in civitate locum obtinente (i. e. intra annos fere 61 et 50 a. C.)* Manilium Crispum accusavit et in Pompeium ipsum iuvenili impetu invectus est *Val. Max. 6, 2, 4 (hunc* Cn. Pisonem *a nostro non diversum esse probabile est). Ad eum, de quo agimus, iure referuntur denarii, qui in parte adversa ad caput Numae regis (a quo Pisones originem duxerunt) inscriptum habent* Cn. Piso pro q., *in aversa proram exhibent et inscriptionem* Magn. pro cos. *(Babelon 1, 303, 30. Grueber 2, 361, 62 sq.); videtur igitur fuisse pro quaestore Cn. Pompei proconsulis in Hispania citeriore a. circiter 705 = 49 a. C. (cf. Mommsen Münzw. 654 sq.).* A. 46 a. C. contra Caesarem in Africa pugnavit *bell. Afr. 3, 1; 18, 1;* civili bello resurgentes in Africa partes acerrimo mini-

sterio adversus Caesarem iuvit *Tac. a. 2, 43.* Mox Brutum et Cassium secutus est *Tac. l. l. Hoc tempore fortasse ipse* (Γναῖος Καλπόρνιος Γναίου υἱὸς Πίσων) *et uxor eius* Paulla Popillia Marci filia *ab Oropiis statuis honorati IG 7, 268. 305. Quos titulos huius potius esse crediderim quam patris eius, quae est sententia Dittenbergeri, neque enim traditum accepimus Cn. Pisonem eum, qui a. 64 a. C. periit, moratum esse in Graecia. Praeterea si Popillia M. f., quam ex Laenatibus originem duxisse apparet, mater fuit Cn. Pisonis consulis a. 7 a. C., facile explicatur, cur hic filio suo natu minori praenomen* Marcum *dederit a gente Calpurnia alienum.* Concesso reditu petitione honorum abstinuit, donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere *Tac. l. l.* Consul a. 23 a. C. (cum Augusto cos. XI) factus in locum A. T[erentii Var]ronis Murenae [in magistratu mortui] *fasti Capitolini v. supra; apud Dionem 53, 30, 1, in indice consulum huic libro adnexo, in fastorum laterculis manuscriptis consulatus Terentii suppressus est et annus indicatur nominibus Augusti et Pisonis (cf. etiam XIV 5289, 1).* Augustus gravi morbo correptus Pisoni collegae rationarium imperii tradidit *Dio 53, 30, 2 cf. Suet. Aug. 28, 1;* cum consulatu se abdicasset et L. Sestium sibi suffecisset *(non ante d. 14 m. Iun., ut apparet ex Dione 53, 32, 3. 4 collato fragmento fastorum fer. Lat. I² p. 58 e, fortasse d. 30 m. Iun., cf. Mommsen St. R. 2³ 797, 3; 871, 3),* Sestius et Piso fasces usque ad finem anni gesserunt *fasti Capitol., cf. I² p. 64 fasti Colotiani, p. 58 e fasti fer. Lat.:* [iter(um) L(atinae) f(uerunt) . . .] k. Nov. . . . . . [Cn. Pis]one collega; *Not. d. sc. 1921, 221:* XIIXI (?) Octo. Cn. Pison. et Sestio cos. — 'Insita ferocia a patre Pisone' *Tac. a. 2, 43 de filio loquens. — Uxor fortasse* Paulla Popillia M. f. *v. supra.* Filius Cn. Piso cos. a. 7 a. C. *(qui sequitur) Tac. l. l.; alter filius (natu minor)* L. Calpurnius Cn. f. Piso augur, cos. a. 1 a. C. *(n. 290). Ad hunc filiosque eius Horatium carmen dedisse quod inscribitur de arte poetica censuit Michaelis Comment. Mommsen. 431 sq., de qua re v. in L. Pisone pontifice n. 289.* *Gr.*

287 CN. CALPVRNIVS PISO, consul a. 747 = 7 a. C., *nomen eius in t. VI 385 (= D. 95) cf. 30751 (t. 1) v. ultimo erasum esse observavit Bormann; memoratur in t. liberti VI 35035 (t. 2). Nummi: I asses a) in adversa inscripti* Caesar divi f. August., *in aversa caput Numae exhibentes et inscriptionem* Cn. Piso L. Surdin. C. Plot. Ruf. *vel* Cn. Piso C. Plot. L. Surdin. *Babelon Monn. rép. Rom. 1, 306, 36; 2, 91, 294 cf. v. Bahrfeldt Num. Zeitschr. 1896, 77; 1900, 35. Willers Röm. Kupferprägung 134 n. 130. 131 (tab. 12, 1. 2). b) in adversa* Caesar Augustus tribunic. potest., *in aversa* Cn. Piso Cn. f. III vir a. a. a. f. f., *in campo* s. c. *Babelon 308, 40. Grueber Coins n. 4624 sq. = Mattingly Br. Mus. 1, 29 n. 137. 138. Willers 135 n. 135 (tab. 12, 6). (de asse quem afferunt Babelon n. 37, Grueber 2, 90, Willers 134 n. 132 v. supra n. 286). II sestertii in adversa coronam quer-*

nam vel lauream exhibentes et inscriptionem ob civis servatos, *in aversa* Cn. Piso Cn. f. III vir a. a. a. f. f., *in campo* s. c. *Babelon n. 38. Grueber 2, 89, 4621 = Mattingly 1, 29, 134. Willers 135 n. 133 (tab. 12, 4); III dupondii ab una parte* Augustus tribunic. potest. *intra coronam lauream vel quernam, ab altera* Cn. Piso Cn. f. III vir a. a. a. f. f., *in medio* s. c. *Babelon n. 39. Grueber n. 4622 = Mattingly 29 n. 135. 136. Willers 135 n. 134 (tab. 12, 5); IV nummus oppidi nescio cuius Africani in adversa caput Augusti et inscriptionem* Caesar Augustus *exhibens, in aversa imagines Gai et Lucii Caesarum cum inscriptione, quam sic legit Borghesi* C[n.] P[is]one [procos.] *Müller Numism. de l'anc. Afr. 2, 62, 39. Suppl. 44.*

In consulatu: Γ. *(sic)* Καλπούρνιος Γν. υἱ. Πίσων *Dio ind. l. 55.* Cn. Calpurnius Piso *X 924 = D. 6381.* Cn. Piso *RgdA c. 16* (Ναίωι Πείσωνι *gr.). VI 7461. IX 5308. I 747 = Herzog Tess. numm. n. 75. V 8112, 83 (in amphora). Dio 55, 8, 1. Cassiodor. Chron. min. 2, 135.* Πείσων Καλπούρνιος *Dionys. Halic. ant. 1, 3, 4; ceterum* Piso. — (Cn. Calpurnius) Piso *t. 2.* Γναῖος Καλπούρνιος Πείσων *Dio 57, 15, 9; ceterum* Cn. Piso *vel* Piso. *Nomina in nummis v. supra.*

Cn. f. *Dio ind. l. 55. nummi I b. II. III;* filius (Cn. Calpurnii) Pisonis (consulis a. 23 a. C.) *Tac. a. 2, 43.* 'Quinque et quadraginta annorum obsequium' ipse commemoravit in codicillis ante mortem (a. 20) ad Tiberium datis *ib. 3, 16; itaque a. fere 25 a. C. ad honores rei publicae accessit.* Triumvir aere argento auro flando feriundo *nummi I—III non ante a. 731 = 23 a. C., cum in nummis I b. III Augustus dictus sit* tribunic. potest.; *hoc ipso anno Pisonem, L. (Naevium) Surdinum, C. Plotium Rufum triumvirum monetalium officio functos esse inde concludit Willers 159, quod in assibus I a* S· C· *formula carentibus Augustus tribunicia potestate non est ornatus (cf. etiam Mattingly p. XCV). — Vide num idem sit* Piso *is,* qui ab Augusto in Gallia morante *(inter a. 16 et 13 a. C.)* adversum Vindelicos missus est, 'quibus subactis victor ad Caesarem Lugdunum venit' *Oros. 6, 21, 22; possis conicere eum a. 16/15 a. C. legatum legionis sub Tiberio fuisse, qui tum Galliam comatam rexit; sed eodem vel meliore iure de L. Pisone pontifice (n. 289) cogitarunt priores.* Consul a. 7 a. C. cum Ti. Claudio Nerone II *v. supra* (Pisone II *perperam Dio ind. l. 55 et fasti ms. nonnulli); cf. Tac. a. 3, 16. Dio 57, 20, 2.* Ludos votivos, quos pro Augusti reditu editurus erat Tiberius, fecit nomine eius ad bellum avocati C. Caesar cum Pisone *Dio 55, 8, 3; ad hos ludos pertinet t. 1:* Ti. Claudius Ti. f. Nero — — — ludos votivos — — — Iovi optimo maximo fecit ex s. c. [cum Cn. Calpurnio Pisone conlega] *(ultimus versus erasus est).* Legatus Augusti (pro praetore) Hispaniae (citerioris) *Tac. a. 3, 13 cf. 12* ('patris sui legatum — — Pisonem fuisse' *in oratione Tiberii);* eum ambitiose avareque provinciam rexisse postea ei crimini dedit Fulcinius Trio *Tac. 3, 13.* Proconsul *Sen. de ira 1, 19, 3*

Africae *nummus IV cf. Strabo 2, 130* (ἡγεμών) *florentibus C. et L. Caesaribus (i. e. intra a. 5 a. C. et 2 p. C.) nummus IV; exemplum crudelitatis eius adversus milites affert Seneca l. l. 1, 18, 3—6 (qui 18, 6* 'imperatorem' *eum appellat minus accurate).* Amicus Augusti *Tac. 3, 12 cf. 16. Secundum auctores quosdam* Augustus supremis sermonibus, cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent aut inpares vellent vel idem possent cuperentque, dixisse fertur eum non indignum et, si casus daretur, ausurum; alii pro Pisone L. Arruntium tradiderunt *Tac. 1, 13.* Amicus Tiberii *ib. 3, 16. Num hic sit* frater Arvalis d. 15 m. Dec. a. 14 loco Augusti cooptatus, *cuius nomen consulto erasum videtur (VI 2023 a = D. 5026 v. 21), minime constat.* In senatu libere sententiam dixit a. 15 *Tac. 1, 74,* a. 16 *ib. 2, 35,* a. 17 *Dio 57, 15, 9 (cf. Asbach Analecta hist. et epigr. 5 sq.); incertum num etiam Tac. 1, 79* Piso *hic significetur (in cod. praenomen excidit).*

A. 17 Tiberius eum in locum (Q. Caecilii Metelli) Cretici Silani Syriae praefecit *Tac. 2, 43. Suet. Cal. 2;* legatus Syriae *Suet. Ti. 52, 3* (Tiberius Pisonis dignitatem auxit *Vell. 2, 130, 3).* Princeps postea in senatu professus est Pisonem adiutorem Germanico Caesari datum a se auctore senatu rebus apud Orientem administrandis *Tac. 3, 12.* Piso in provinciam proficiscens (a. 18) Athenienses oratione saeva increpuit *ib. 2, 55.* Eo usque corruptionis provectus est, ut sermone vulgi parens legionum haberetur *ib. 2, 55. 80; 3, 13.* Simultates inter eum et Germanicum *ib. 2, 55. 57. 58. 69—71. 76. Suet. Cal. 2. 3, 3, Vitell. 2, 3.* Germanicus cum sibi persuasisset se a Pisone veneficiis et devotionibus impugnari, amicitiam ei per epistulas renuntiavit *Tac. 2, 69. 70. 71. Suet. Cal. 3, 3;* addunt plerique iussum provincia decedere *Tac. 2, 70 (dissentit Suet. l. l.).* A Pisone et Plancina uxore eius Germanicum veneno et devotionibus interemptum esse *pro certo affirmant aut saltem probabile reddunt Plin. n. h. 11, 187. Ios. ant. 18, 54. Tac. 2, 73. 74. 79; 3, 7. 8. 12—14. Suet. Ti. 52, 3; Cal. 1, 2; 2; 3, 3; Vitell. 2, 3. Dio exc. 57, 18, 9. 10 = Zon. 11, 2. anonymi hist. domus Augustae quam ed. Lambros* Νέος Ἑλληνομνήμων *1, 150 (nomine Pisonis non posito).* Pisonem cum de provincia decessisset, aput Coum insulam nuntius adsecutus est Germanicum mortem obisse (d. 10 m. Oct. a. 19) *Tac. 2, 69. 70. 75;* dissuadente M. Pisone filio consilium cepit provinciae armis repetendae *ib. 2, 76—79; 3, 12—14. 16.* Castello Ciliciae, cui nomen Celenderis, occupato ad deditionem coactus est a Cn. Sentio Saturnino *ib. 2, 80. 81;* tutum in urbem iter concessum *ib. 81.* Per Illyricum, ubi Drusum frustra adiit, Romam venit a. 20 *ib. 3, 7. 8. 9.* Reversum statim Fulcinius Trio apud consules postulavit, sed contra tendentibus amicis Germanici obtinuit, ut priorem vitam accusaret, petitumque est a principe, cognitionem exciperet, at Tiberius integram causam ad senatum remisit *ib. 3, 10 cf. Dio exc. 57, 18, 10 = Zon.*

11, 2. M'. Lepidus et L. Piso *(Pisonis huius frater)* et Livineius Regulus Pisoni adfuerunt *Tac. 3, 11.* Causa eius in senatu acta *ib. 11—15. Suet. Ti. 52, 3 (locus mutilus); Vitell. 2, 3. Plin. n. h. 11, 187. Antequam ad finem perducta est causa (cf. Tac. 3, 15* 'redintegratamque accusationem — — tamquam defensionem in posterum meditaretur' *[3, 14 in codice complura interciderunt]; ἀναβολήν τέ τινα ἐποιήσατο Dio exc. 57, 18, 10 = Zon. 11, 2; minus accurate Suet. Cal. 2; Vitell. 2, 3),* propria manu se occidit *Tac. 3, 15 cf. 16. 24; 6, 26. Dio exc. 57, 18, 10 (= Zon. l. l.); 20, 2. Suet. ll. ll. (leviter rem attingit Vell. 2, 130, 3).* Cum Aurelius Cotta censuisset nomen Pisonis fastis radendum esse, Tiberius mitigavit, ne nomen eius fastis eximeretur *Tac. 3, 17. 18; in indicando consulatu illaesum mansit, erasum est in t. 1 (v. supra).*

Vir a multis vitiis integer, sed pravus et cui placebat pro constantia rigor *Sen. de ira 1, 18, 3;* ingenio violentus et obsequii ignarus, insita ferocia a patre *Tac. 2, 43.* — Uxor (Munatia) Plancina *Tac. 2, 43; 6, 26, alibi. Dio 57, 18, 9; 59, 20, 7.* Filii Cn. Piso, qui senatus consulto praenomen mutare coactus *Tac. 3, 16. 17* Lucii *assumpsit (v. infra n. 293),* M. Piso *ib. 2, 76. 78; 3, 8. 16—18.* — Domitius Celer amicus *ib. 2, 77.* Strabone familiariter usus *Strabo 2, 130.* Pro Theophilo quodam *(num eo qui Athenis archon fuerat a. 11/10 a. C., IG 2/3², 1713?)* apud Areum pagum frustra precatus est *Tac. 2, 55.* Clientes et servitia *commemorantur ib. 2, 55. 80; 3, 9. 14.* Domus foro imminens *ib. 3, 9.* *Gr.*

— CN. CALPVRNIVS PISO, *qui post patris damnationem dictus est* L. Calpurnius Piso, v. *infra n. 293.*

— CN. CALPVRNIVS PISO, *IG 3, 602, v.* C. Calpurnius Piso Frugi *n. 299*

288 L. CALPVRNIVS PISO L. f. et L. Cassius C. f. Longinus II viri (Polae) *posuerunt t. V 54 Polensem.* Piso *nescio an idem sit atque* L. Piso Caesoninus cos. a. 696 = 58 a. C., *qui posuit t. item Polensem Jahresh. 13 B. 196 (cf. Gnirs l. l.).* — L. (Calpurnius) Piso *nescio quis memoratur in titulis* libertorum *VI 5458. 6001* (L. Calpurnius duom Pisonum libert. Apollonius, Calpurnia L. l. Asia) *cf. 6000,* servi *VI 9246.* — *At t. Laodicenus* [Φρο]ύγει *alicuius IGR 3, 249 ad Pisones non pertinet (ut voluit Ramsay Journ. Hell. St. 38, 174; Journ. Rom. St. 6, 134; cogitaverim de Ti. Iulio Frugi).* — Καλπύρνι(ο)ς Πίσων *homo de plebe IG 14, 1731.* *Gr.*

289 L. CALPVRNIVS PISO pontifex, consul a. 739 = 15 a. C., *memoratur in actis fratrum Arvalium* a. 14 p. C. *VI 2023 a (1),* a. 20 *VI 32340 (2),* a. 27 *VI 2024 a. e (3), honoratur t. Veleiate (mutilo) XI 1182 = D. 900 (4), Hieropolitano (Ciliciae) Jahresh. 18, 1915 B. 51 (5); ad eundem probabiliter referendi sunt tituli urbani* Calpurniae filiae *VI 1371 (6),* Iullae *ancillae VI 20743 (7), fragmentum acephalum t. Parmensis XI 1052 (8), t. Beroeaeus Demitsa* Μακεδονία *(1896) 70 n. 58 (9). Ambiguum est, utrum ad hunc an ad L. Pisonem augurem (n. 290) spectent*

tituli Delius Bull. hell. 1907, 337 = Durrbach Inscr. de Délos 1, 262, 175 (10), Pergameni IGR 4, 410. 411 (11. 12), Stratonicensis Cariae Bull. hell. 1881, 183, 5 (13), neque satis constat, num Piso hic commemoretur in t. Attico IG 3, 607 = 2/3^{2}, 4163 = D. 8813 (14), in fistula aquaria urbana XV 7513 (15), in t. mutilo Tiburtino XIV 3591/2 (16), ubi nihil extat nisi L. Calpurnius L. f. P. . . . *De t.* Liciniae Magnae *VI 1445 = 31655 = D. 956 (17) v. infra.*

In consulatu: Λ. Καλπούρνιος Λ. υἱ. Πίσων Φούρτιος *Dio ind. l. 54:* Φούρτιος *corruptum esse ex* Φροῦγι *statuerunt Robertus Stephanus aliique Dionis editores, sed assentior Klebsio (PIR^{1} C 249), qui suo iure dubitat, num cognomen quod est* Frugi *recte huic tribuatur, neque enim cognomen hoc invenitur apud Pisones Caesoninos, a quibus is originem repetebat (minus accurate Asconius in Pison. p. 12 St.), neque unquam consul a. 739 in titulis aut in fastis praeter Dionis indicem aut apud scriptores hoc cognomine appellatur. Praeterea opus non fuisset sacerdotium nomini eius adiungi ad distinguendum eum ab aliis Luciis Pisonibus eiusdem aetatis, si Frugi cognomen insolitum gessisset.* L. . . . . . *I^{2} p. 64 fasti Colotiani.* L. Piso *Cassiodor. Chron. min. 2, 135.* Καλπούρνιος Πίσων *Dio 54, 21, 1, ceterum* Piso *fasti.* — L. Calpurnius Piso pontifex *vel* L. Piso pontifex *in actis Arvalium (t. 1—3).* L. Piso pontifex *t. 7. [17].* L. Calpurnius L. f. Piso pontifex *t. 4 cf. 8 (in his tt. praeter consuetudinem dicitur* pontif. cos.; *apparet igitur sacerdotium nominis instar additum esse).* Λεύκιος Καλπόρνιος Πείσων *t. 5. 10 (si ad hunc spectat).* Λεύκιος Καλπόρνιος Λευκίου υἱὸς Πείσων *t. 14 (si recte ad hunc refertur).* Λεύκιος Καλπούρνιος Πίσων *t. 9. 11—13 (de his tt. v. supra).* L. Piso *t. 6. 15.* L. Piso pontifex *Tac. a. 6, 10 (de aliis Taciti locis inter hunc et L. Pisonem augurem distribuendis v. infra).* L. Piso *Vell. 2, 98, 1. Sen. ep. 12, 83, 14. Plin. n. h. 14, 145. Suet. Ti. 42, 1; de rhet. 6. Dio 54, 34, 6 = Zon. 10, 34. Porphyrio p. 344 Meyer; alibi* Piso. *Pontificis vocabulo adiecto significatus est, ut distingueretur a L. Pisone augure, cos. a. 1 a. C. (n. 290).*

L. f. *t. 4 cf. 16. Dio ind. l. 54;* pater ei censorius fuit *Tac. a. 6, 10 scil.* L. Calpurnius L. f. L. n. Piso Caesoninus, consul a. 696 = 58 a. C., censor a. 704 = 50 a. C., socer Caesaris dictatoris *(Tacitum erroris arguit Cichorius Röm. Stud. 341 sine idonea causa).* Natus a. 48 a. C. *cf. Tac. l. l.* Proconsul (Transpadanae) *Suet. de rhet. 6 = 30, 4 Robinson.* C. Albucius Silus Mediolani apud eum defendens reum paene poenas luit *Suet. l. l. Proconsulatu videtur functus esse temporibus bellorum, quae Augustus adversus gentes Alpinas gessit (i. e. intra a. 25—14 a. C.); veri simile igitur est eum hoc officium ante consulatum gessisse. Hic fortasse intellegendus est* Piso *is, qui Augusto in Gallia degente (annis sc. 16—13 a. C.)* adversum Vindelicos missus est; quibus subactis victor ad Caesarem Lugdunum venit *Oros. 6, 21, 22. Fieri potest, ut hanc expeditionem susce-*

perit ut proconsul Transpadanae, at ne id quidem certum est, num vere significetur L. Piso pontifex, nam et de Cn. Pisone cos. a. 7 a. C. cogitari potest (cf. n. 287).

Consul *t. 4 cf. 8* a. 15 a. C. cum M. Livio Druso Libone *v. supra.* (Consularis) Pamphyliam rexit (ἐκ Παμφυλίας, ἧς ἦρχε) *Dio 54, 34, 6 (de tempore huius officii v. infra). Pamphyliam apud Dionem errore scriptam esse pro Moesia (Zumpt Comm. epigr. 2, 255) vel pro Syria (Marquardt St. V.* 1^2*, 417, 4) vel pro Illyrico (Mommsen RgdA*^{2} *p. 165, 1) posuerunt priores sine iusta causa. Pamphyliam his temporibus ad Galatiam provinciam pertinuisse statuit Syme Klio 27, 127—131 fortasse recte, sed magis mihi probatur sententia quam protulerunt Anderson (ap. Ramsay Journ. Rom. St. 7, 235 cf. Syme 128, 1) et Viale (Annuar. di Atene 8/9, 364, 1 cf. Broughton Amer. Journ. Phil. 54, 137 sqq.) sumentes Pisoni ab Augusto legationem extra ordinem datam esse, ut Homonadensium motus coerceret (Pisonem legatum Agrippae fuisse a. 16—13 a. C. provincias transmarinas cum proconsulari imperio obtinentis coniecimus Keil-Wilhelm Jahresh. 18 B. 51, ego RE 4 A 832, at cf. Syme 128 sq.). Utrum ad eandem legationem pertineat t. 5 longe videlicet a Pamphylia repertus, ubi Piso appellatur* πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, *an hic t. ei positus sit ut legato Syriae, decernere vix ausim (notandum praeterea in Pamphyliae, Galatiae finitimarumque regionum oppidis multos postea Calpurnios inveniri, quos vel ab hoc vel a pronepote eius (Nonio) Calpurnio Asprenate legato a. 69 appellatos esse non sine probabilitate colligi potest; cf. Ramsay Journ. Hell. St. 38, 173 sq. Paribeni-Romanelli Monum. ant. 23, 30; de t. Laodiceno IGR 3, 249 v. supra n. 288).*

Ex Pamphylia ab Augusto in Thraciam translatus ad bellum contra Thraces gerendum *Dio l. l. ad a. 11 a. C. Dionem bellum Bessicum per triennium gestum ad eum annum narrare, quo confectum esset (cf. etiam Liv. per. 140), posuerunt priores, sed oblocutus est Ritterling RE 12, 1230 hoc bellum referens ad annos 11—9 a. C.; de annis 12—10 a. C. cogitat Syme 130. Neque minus ambiguum est, quo officio ornatus Piso rem gesserit.* Legatus Caesaris *appellatur a Velleio 2, 98, 2 (cf. Sen. ep. 12, 83, 14* cum (Augustus) illum praeponeret Thraciae); *verum enimvero eum* proconsulem (Macedoniae) *fuisse testatur ni fallor t. Beroeaeus 7, qui propter formam nominis, quae est* Καλπούρνιος, *temporibus liberae rei publicae non usitatam ad Pisonis huius patrem referri vix potest. Nescio an huc pertineat t. Delius 10, quo* Athenienses et Delii honorant [Λε]ύκιον Καλπόρνιον Πείσ[ω]ν[α, στρα]τηγὸν ἀνθύπατον. *De L. Pisone augure, proconsule Asiae a. fere 6 p. C. (v. n. 290), cogitant Roussel Bull. hell. 31, 337 et Durrbach l. l., sed primis aerae nostrae annis appellationem* στρατηγοῦ ἀνθυπάτου *de proconsule Asiae usurpari probabile non est. Quaestio eo non dirimitur, quod t. 10 positus est* ἐπὶ ἱερέως διὰ βίου

Παμ[μ]ένους Ζήνωνος Μαραθωνίου, *nam idem sacerdos comparet in t. Ditt. Syll.*[3] *777 inter a. 21 et 12 a. C. dedicato (cf. Durrbach l. l. 172—174. Kirchner PA 2, 11520). — Cum dubium non sit bellum Bessicum auspiciis Augusti gestum esse, possis conicere Pisonem ex senatus consulto auctore Caesare proconsulem Macedoniae factum simul exercitui ut Caesaris legatum praefuisse (cf. v. Premerstein Jahresh. 1 B. 160 sq., aliter iudicat Ritterling ap. E. Stein Kais. Beamt. im röm. Deutschl. 3, 6; Pisonem 'legatum Augusti in Thracia' fuisse contendit Syme l. l. 130). Notandum L. Tarium Rufum, qui paulo ante in eisdem regionibus bellum gesserat, 'pro pr(aetore)' appellari in t. nuper rep. Amphipolitano* 'Εφ. ἀρχ. *1932* 'Αρχ. Χρον. *3.*

Bulogaese (Vologaese) duce cum Bessi aliaeque Thraciae nationes Thraciam, Chersonesum, Macedoniam vastarent, adversus eos Piso ab Augusto missus est *Dio 54, 34, 6. Sen. ep. 83, 14.* Hostes triennio subegit *Liv. per. 140* (a Caepione *libri). Vell. 2, 98, 1. 2. Dio 54, 34, 6. 7 = Zon. 10, 34. Flor. 2, 27. Sen. ep. 83, 14. Antipater anth. Pal. 6, 335; 9, 428 (ubi nomen Pisonis tacetur). 552.* Ob res in Thracia gestas dis supplicationes et Pisoni ornamenta triumphalia (a senatu auctore Caesare) decreta *Dio 54, 34, 7. Tac. a. 6, 10.*

Ad proconsulatum Asiae Pisonem pervenisse recte puto collegit Cichorius Röm. Stud. 326 sq. ex epigrammate Antipatri anth. Pal. 10,25 (eum iter fecisse non ut privatum hominem efficitur ex v. 4 Πείσωνος δολιχῇ νηῒ συνεσπόμενον *[ubi fortasse etiam de legatione Syriae cogitari potest] cf. Hillscher Jahrb. f. Philol. S. 18, 411). Itaque hic potest esse* L. Calpurnius Piso, qui honoratus est publice a Pergamenis *t. 11. 12* et a Stratonicensibus *t. 13, nisi de L. Pisone augure (n. 290) cogitare mavis. Proconsulatus Asiae fortasse a. 751/2 = 3/2 a. C. attribuendus, cum a. insequente provinciam rexerit Cn. Lentulus augur, qui Pisoni in consulatu successerat.* — Legatus pro praetore *t. 5 rep. in Cilicia Campestri, quam hac aetate sub legato Syriae fuisse vulgo statuitur; quare nescio an fuerit legatus Aug. pr. pr. Syriae, v. supra (a. circiter 4—1 a. C. eum Syriae praefuisse conicit Syme l. l. 128).*

Praefectus urbi *Vell. 2, 98, 1. Sen. ep. 83, 14. Plin. n. h. 14, 145. Tac. 6, 10. 11. Suet. Ti. 42, 1. Dio 58, 19, 5. Porphyrio p. 162 Holder. Pisonem a. 13 p. C. urbi praepositum esse ex Taciti verbis effici videtur, qui ad a. 32 refert* 'Piso viginti per annos pariter probatus' *a. 6, 11. Dissentiunt sane Plinius Suetoniusque ll. ll., qui tradunt* Pisoni praefecturam urbis a Tiberio principe delatam esse, *quare Nipperdey-Andresen aliique apud Tacitum* 'viginti' *in* 'quindecim' *mutare voluerunt infirmis usi argumentis; mihi quidem Mommseni sententia (St. R.* 2^3 *1060, 3) magis arridet Plinium et Suetonium rem morum Tiberii depingendorum causa leviter attingentes minus accurate prodidisse quam Tacitum errasse vel errorem librarii subesse (Suetonium rem parum diligenter rettulisse vel inde*

agnoscitur, quod tradit Tiberium Pomponio Flacco Syriam provinciam, Pisoni praefecturam urbis 'confestim' detulisse; *at constat Flaccum a. demum 32 Syriae praepositum esse, Pisonem autem eodem anno vita cessisse). Tiberius cum ultimis Augusti annis iam particeps esset omnium principis consiliorum, facile etsi minus accurate dici potuit eum, non Augustum detulisse Pisoni praefecturam. Ne id quidem obstat, quod Tacitus 1, 7 inter eos, qui apud consules in verba Tiberii iuraverunt, praefectos praetorio et annonae commemorat, non commemorat praefectum urbi (cf. Mommsen St. R.* 2[3] *1060, 3): idem rerum scriptor cum de Nerone imperium ineunte agit, praefecti urbi non facit mentionem, quamquam his temporibus iam inveteratum erat praefecturae urbicae officium. Quid, quod Seneca ep. 83, 14, ubi de Pisone verba facit (v. infra), haud plane et diserte asseverat eum a Tiberio eo ipso tempore, quo hic in Campaniam proficisceretur, urbi praepositum esse.*

Ab a. fere 13 igitur praefecturam urbicam gessit usque ad finem vitae (a. 32) *Tac. 6, 11. Dio 58, 19, 5 cf. Vell. 2, 98, 1* (a. 30). Praecipua ex eo gloria, quod recens continuam potestatem et insolentia parendi graviorem mire temperavit *Tac. 6, 10 cf. 11;* diligentissimus atque idem lenissimus securitatis urbanae custos *Vell. l. l.;* officium suum diligentissime administravit *Sen. ep. 83, 14. 15.* Tiberius proficiscens in Campaniam *(a. 26)* dedit ei secreta mandata, cum multa in urbe et suspecta relinqueret et invisa *Sen. l. l.;* idem Pisonem et Pomponium Flaccum codicillis iucundissimos et omnium horarum amicos professus est *Suet. Ti. 42, 1.* — Nullius servilis sententiae sponte auctor et quotiens necessitas ingrueret, sapienter moderans *Tac. 6, 10. Hic igitur videtur* L. Piso, qui in senatu sententiam dixit a. 16 *Tac. a. 2, 32* (L. P. *cod.),* a. 22 *ib. 3, 68. His locis non Pisonem augurem (n. 290) significari, id quod viri docti paene omnes statuerunt, sed Pisonem pontificem vel inde apparet, quod Tacitus ubicumque fere Pisonem augurem commemorat, ferociam eius testatur, quocum minime congruunt sententiae illae. Praeterea tradit idem a. 3, 68* Tiberium a. 22 primum L. Pisonem sententiam rogasse, *id quod aptius convenit consulari aetate multo maiori (cf. praeterea infra n. 290).* — Pontifex *v. supra.* Frater Arvalis sacris votisque adfuit a. 14 *t. 1,* a. 20 *t. 2,* a. 27 *t. 3, hoc anno* magister collegii *ut videtur cf. t. 3 a v. 2. 32 (fragmentum VI 2024 f, ubi* magisterium quartum *fortasse Pisonis huius memoratur, vix ad a. 27 pertinere adnotat Huelsen ad VI 32341).* — Patronus Beroeae *t. 9,* Hieropolis Castabalae *t. 5, fortasse etiam* Stratoniceae *t. 13* (τὸν πάτρωνα καὶ εὐεργέτην διὰ προγόνων) et Pergami *t. 11* (ὁ διὰ προγόνων εὐεργέτης τῆς πόλεως) *cf. Vell. 2, 98, 2:* Asiae securitatem, Macedoniae pacem reddidit. — A. 32 fato obiit *Tac. 6, 10. Dio 58, 19, 5,* octogenarius *Tac. l. l.;* publico funere ex decreto senatus celebratus est *Tac. 6, 11. Dio l. l.*

De quo viro hoc omnibus sentiendum ac praedicandum est esse mores eius vigore ac lenitate mixtissimos et vix quemquam reperiri posse, qui aut otium validius diligat aut facilius sufficiat negotio et magis quae agenda sunt curet sine ulla ostentatione agendi *Vell. 2, 98, 3.* — Tiberius princeps in ipsa publicorum morum correctione *(a. 16 et 17? cf. Tac. 2, 33. 48)* cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit *Suet. Ti. 42, 1, paullum diverse Plin. n. h. 14, 145;* ebrius ex quo semel factus est fuit, maiorem partem noctis in convivio exigebat *Sen. ep. 83, 14. 15; cf. etiam Antipater anth. Pal. 9, 541; Plan. 4 (16) 184.*

Ipse poeta fuit et studiorum liberalium antistes *Porphyrio l. l. Huius esse epigramma anth. Pal. 11, 424 quod fertur* Πίσωνος *dubitans coniecit Cichorius Röm. Stud. 325, 1.* Antipater Thessalonicensis misit ad eum epigrammata *anth. Pal. 6, 241. 249. 335; 9, 93. 428 (nomine Pisonis non posito). 541. 552; 10, 25; Plan. 4 (16), 184, probabiliter etiam 9, 92 (ut coniecit Hillscher Jahrb. f. Phil. S. 18, 407),* bellum Thracium carmine epico celebravit *cf. ib. 9, 428;* diem natalem Pisonis cecinit *ib. 9, 93. Quod opinatus est Cichorius l. l. 337 sq. epigramma Apollonidis anth. Pal. 10, 19 Lucio alicui eiusque filio Gaio dedicatum ad hunc Pisonem pertinere, id iusto fundamento caret.* — Horatius librum, qui inscribitur de arte poetica, ad Lucium Pisonem, qui postea urbis custos fuit, eiusque liberos misit *Porphyrio p. 344 Meyer (cf. supra n. 280). Dubitavit de hoc testimonio Michaelis Comment. Mommsen. 420 sqq., qui posuit scholiastam erravisse, immo carmen dedicatum esse Cn. Pisoni consuli a. 23 a. C. eiusque filiis; ad eosdem scripsisse Horatium epistulam a. 28/7 evincere studuit Elmore Class. Philol. 30 (1935), 1—9 sine iusta causa. Satis certis argumentis quaestio dirimi non potest. Si Horatium sumimus L. Pisonem pontificem et filios eius adloqui, hi filii videntur aliunde ignoti. Nam quos agnoscere sibi visus est Mommsen Ges. Schr. 8, 246—255, L. Piso, qui a. 25 p. C. legatus Hispaniae citerioris periit (n. 292), et M. Licinius Crassus Frugi consul a. 27 p. C., quem L. Pisonem pontificem M. Crasso consuli a. 740 = 14 a. C. in adoptionem dedisse idem opinatur, ii mea quidem sententia propter aetatis rationem in censum non veniunt, cum credibile non sit aut Lucium Pisonem Horatio superstite adulta fuisse aetate aut qui postea M. Crassus dictus est, eum natum esse ante Horatii mortem (cf. Cichorius l. l. 339. Smilda ad Suet. Claud. 17; id quod Cichorius suspicatur alterum iuvenum carminis Horatiani esse* C. Calpurnium L. f. Pisonem Frugi *t. Attici IG 3, 601, mihi non probatur, cf. n. 299).*

Liberi Pisonis *memorantur Porph. l. l. Secundum Mommseni sententiam* L. Piso *n. 292* et M. Licinius Crassus Frugi, *de quibus modo dixi, filii eius naturales fuerunt; t. Atticum, quo una honorantur* Λεύκιος Καλπόρνιος Λευκίου υἱὸς Πείσων *et* Μᾶρκος Λικίννιος Μάρκου υἱὸς Φροῦγι

IG 3, 607 (t. 14). 608 = $2/3^2$, 4163, ad Pisonem pontificem eiusque filium natu minorem rettulit Mommsen. Contra dixerunt praeter alios Dittenberger ad t., cui magis probatur t. hunc pertinere ad L. Pisonem cos. a. 57 (n. 294) et M. Crassum Frugi cos. a. 64, et Cichorius l. l. 339 sq., qui coniecit M. Licinium Crassum consulem a. 14 a. C. a Pisonibus transisse ad Crassos; hunc esse Crassum Frugi pontificem, cuius filia Licinia Magna L. Pisonis pontificis uxor *commemoratur in t. 17; Pisonem pontificem bis uxorem duxisse, ex priore tulisse Lucium et Gaium Calpurnios Pisones, ex Licinia Magna filium, qui post adoptionem dictus esset M. Licinius Crassus Frugi. Quae contra Cichorium monenda sint, exposui RE 13, 338 sq; cf. etiam infra n. 294 (in t. 17* pontificis *vocabulum non distinguendi causa additum esse inde elucet, quod* Crassus *quoque ibi non consul sed* pontifex *appellatur). M. Crassum consulem a. 27 Pisonis pontificis filium fuisse naturalem fortasse inde colligere licet, quod cum ex t. Attico IG $2/3^2$, 4163 apparet arctiorem necessitudinem intercessisse inter stirpes Pisonum (Caesoninorum), quorum Lucii praenomen proprium fuisse constat, et Liciniorum (Crassorum) Frugi, tum Crassus Frugi cos. a. 27 filio suo natu minimo nomina indidit* L. Calpurnio Pisoni Frugi Liciniano. *Sed has quaestiones ad certum finem ducere mihi non contigit; stemma igitur ad p. 54 propositum titulis novis facile corrigetur. — Filia Pisonis pontificis probabiliter putanda est* Calpurnia L. Pisonis [filia], (L. Nonii) Asprenatis (consulis a. 6 p. C. *ut videtur)* uxor *t. 6 (v. infra n. 323).* — Amici Pylaemenes, *Amyntae Galatiae regis filius (ut magna cum probabilitate statuit Cichorius l. l. 329) anth. Pal. 6, 241,* Theogenes *(sine dubio mathematicus is, qui commemoratur Suet. Aug. 94, 12) ib. 9, 541.* Familiaris eius Antipater Thessalonicensis poeta *v. supra.*

Hic videtur Piso, qui propter domum suam urbanam summa cum sollicitudine egestam ab Augusto laudatus est *Plut. apophthegm. reg. et imp. p. 208 A. Fistula aquaria in monte Caelio reperta (t. 15)* L. Piso[nis] *num ad huius Pisonis domum pertinuerit, dubium videtur, cum litteratura fistulae temporibus Neronianis conveniat censente Dresselio; sed notandum patri Pisonis pontificis domum fuisse in Caelio (Cic. Pis. 61), alteram vero Pisonum stirpem aetate imperatoria florentem ad forum habitasse (cf. Tac. a. 3, 9).* *Gr.*

290 L. CALPVRNIVS PISO augur, consul a. 753 = 1 a. C., *honoratus publice a Mytilenaeis IG 12, 2, 219 = IGR 4, 94 = Ditt. Or. 467 = D. 8814 (1). Tituli Delius Bull. hell. 31, 337 = Durrbach Inscr. de Délos 1 n. 175 (2), Stratonicensis Bull. hell. 5, 183 (3), Pergameni IGR 4, 410. 411 (4. 5) utrum ad hunc an ad L. Pisonem pontificem pertineant, parum constat (vide n. 289).*

In consulatu: Λ. Καλπούρνιος Γν. υἱ. Πίσων *Dio ind. l. 55.* L. Piso augur *V 3257 = D. 3610.* L. Piso *I^2 p. 69 (= VI 10395). p. 70 fasti Arv.*

VI 8738 = D. 7866. CIG 2943 = Ditt. Syll. 2^3 *781* (d. 12 m. Aug.). *Babelon Arethuse 1928, 16 n. 27 tessera nummularia musei Parisiensis* (.. k. Apr.). *Cassiodor. Chron. min. 2, 136.* Augur *consularia Ravenn. Chron. min. 1, 401 Frick; ceterum* Piso *fasti.* — Λεύκιος Καλπούρνιος Πείσων αὔγουρ *t. 1.* [Λε]ύκιος Καλπόρνιος Πείσ[ω]ν *t. 2.* Λεύκιος Καλπούρνιος Πίσων *t. 3. 4. 5.* L. Piso *Tac. a. 2, 34; 3, 11 (v. infra);* Calpurnius Piso *ib. 4, 21.*

Cn. f. *Dio ind. l. 55; filius igitur* Cn. Pisonis consulis a. 23 a. C. *(n. 286) sine dubio natu minor. Auguris sacerdotium ei nonnunquam additum nominis instar, ut distingueretur a L. Pisone pontifice (n. 289).* Consul a. 1 a. C. cum Cosso Cornelio Lentulo *v. supra (errore* Πίσωνος τὸ δεύτερον *Epiphan. c. haeres. 2, 51, 22 = Chron. min. 1, 218; consulatus* 'Augusti et Pisonis' *Chron. min. 1, 737 contaminatus est ex consulatibus a. 752 et a. 753).* Augur *v. supra.* Proconsul (Asiae) *t. 1 cf. t. 2* ([στρα]τηγὸν ἀνθύπατον, *at v. supra n. 289). 3—5 (in his titulis magistratus non definite commemoratur), fortasse a. 6 p. C., nam Cossus Lentulus, qui collega eius fuerat in consulatu, hoc anno provinciam Africam rexit (v. infra n. 1380).* A. 16 in senatu ambitum fori, corrupta iudicia, saevitiam oratorum accusationes minitantium increpans abire se et cedere urbe, victurum in aliquo abdito et longinquo rure testabatur, simul curiam relinquebat. Commotus est Tiberius et quamquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquos quoque eius impulit, ut abeuntem auctoritate vel precibus tenerent *Tac. a. 2, 34 cf. 4, 21 (apparet hunc Pisonem, cuius liberum ingenium Tacitus tam expressis verbis praedicat, non posse eundem esse atque* L. P[isonem], *cuius* 'adulationem' *paullo ante [c. 32] commemoraverat; itaque ne 3, 68 quidem Pisonem hunc de quo agimus significari crediderim; v. ad L. Pisonem pontificem supra n. 289).* Haud minus liberi doloris documentum mox dedit vocata in ius Urgulania, quam supra leges amicitia Augustae extulerat. Propinquis Pisonem frustra coercentibus deferri Augusta pecuniam, quae petebatur, iussit (a. 16) *Tac. 2, 34 cf. 4, 21.* A. 20 Cn. Pisoni (fratri) reo adfuit *ib. 3, 11 (cf. 12:* 'si quos propinquus sanguis aut fides sua patronos dedit'). A. 24 maiestatis accusatus receptus est reus neque peractus ob mortem opportunam *ib. 4, 21.* — Διὰ προγόνων εὐεργέτης Mytilenaeorum *t. 1 (de tt. 3—5 vide n. 289).* — Nobilis ac ferox vir *Tac. 4, 21.*

— L. (CALPVRNIVS) PISO, pater Calpurniae Asprenatis (uxoris) *VI 1371, v.* L. Calpurnius Piso pontifex *n. 289.*

291 L. CALPVRNIVS PISO, praetor aerarii *(intra a. 23 a. C. et 44 p. C.)* cum M. Salluio collega posuit cippum terminalem *VI 1265 = D. 5937. Quis ex Luciis Pisonibus huius aetatis intellegendus sit, non liquet.* *Gr.*

292 L. (CALPVRNIVS) PISO, praetor *(immo* legatus Aug. pro praetore) provinciae Hispaniae citerioris, a. 25 p. C. a quodam agresti nationis Termestinae occisus *Tac. a. 4, 45. Filius putatur* L. Pisonis pontificis, *in*

quo vide (n. 289). Ante legationem fasces gesserit necesse est; consul suffectus fuisse non potest nisi annis vel 7 p. C. vel 13 vel 21 vel 22, nam fasti horum temporum praeterea pleni videntur neque veri est simile eum ante a. 1 p. C. fasces duodecim obtinuisse. *Gr.*

293 L. CALPVRNIVS PISO, qui ante damnationem patris CN. CALPVRNIVS PISO, consul a. 27 p. C. *In consulatu:* L. Calpurnius Piso *II 2633 = D. 6101. V 4919 = D. 6100. VI 251 = D. 6080.* L. Calpur..... *I² p. 71 fasti Arv.* L. Calpurnius *Tac. a. 4, 62*... Calpurn[i]o *IV 3340 tab. cer. Pomp. 2 ('praenominis nunc quidem forma ambigua est, ut* C *potius quam* L *esse videatur').* L. Piso *V 4920. Cassiodor. Chron. min. 2, 136; ceterum* Piso *fasti.* — Cn. Piso *Tac. a. 3, 16. 17.* Λούκιος Πίσων *Dio 59, 20, 7.* L. Piso *Plin. ep. 3, 7, 12.* Πίσων *Ios. ant. 18, 169. 235.*... [P]iso *III 12794 (si ad hunc spectat).*

Cn. Pisonis consulis a. 7 a. C. et Munatiae Plancinae filius *Tac. Dio ll. ll. ex praenomine natu maior. Hunc esse* Γναῖον Καλπόρνιον Πίσωνα, *qui una cum* C. Calpurnio L. f. Pisone Frugi *honoratus est t. Attico IG 3, 601. 602 = 2/3², 4162, coniecit Dittenberger vix recte cf. infra n. 299.* Omne tempus, quo pater Syriam regebat, in urbe egit *Tac. 3, 16.* Post interitum patris (a. 20) Aurelius Cotta censuit, ut pars bonorum paternorum Cn. Pisoni filio concederetur isque praenomen mutaret *ib. 3, 17. Ex eo tempore* Lucius *dictus v. supra.* Consul *Plin. ep. 3, 7, 12* a. 27 cum M. Licinio Crasso Frugi *(v. supra) per primum semestrem ut videtur cf. I² p. 71 fasti Arv.* Praefectus urbi *Ios. ant. 18, 169 (quin Piso hic apud Ios. designetur, vix dubitandum). Quod idem rerum scriptor tradit* Pisonem, ὃς ἦν φύλαξ τῆς πόλεως, Eutychum Agrippae libertum ad Tiberium misisse, *id accidisse videtur aestate vel autumno anni 36; nam aliquanto post in vincula coniectus Agrippa, qui anno ante Tiberii mortem Romam venerat (Ios. l. l. 126), post sex menses a Gaio regnum adepto custodiis liberatus est (cf. Ios. 204). Pisonem successorem fuisse Cossi Cornelii Lentuli (v. infra n. 1380) veri simile videtur.* Praefectus urbi quo tempore Gaius Caesar rerum potitus est (d. 16 m. Mart. a. 37) *etiamtum fuit;* ei Gaius mortem Tiberii nuntiavit *Ios. l. l. 235. Pisoni successit ni fallor Q. Sanquinius Maximus, qui a. 39 hoc officium administravit (Dio 59, 13, 2).* Proconsul Africae *Dio 59, 20, 7, qui narrat ad a. 39* ἐπειδή τε Λούκιος Πίσων — — — ἄρξας τῆς 'Αφρικῆς ἔτυχεν, ἐφοβήθη (Gaius) μὴ νεωτερίσῃ τι ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἄλλως τε καὶ ὅτι δύναμιν πολλὴν — — ἕξειν ἔμελλε, καὶ δίχα τὸ ἔθνος νείμας ἑτέρῳ τό τε στρατιωτικὸν καὶ τοὺς Νομάδας τοὺς περὶ αὐτὸ προσέταξε. *Recte puto censuit Boissevain apud Dionem pro* ἄρξας . . ἔτυχεν *scribendum* ἄρξαι . . . ἔτυχεν *vel* ἄρξαι ἔλαχεν, *refert enim Tacitus h. 4, 48* Gaius Caesar — — — Marcum Silanum obtinentem Africam metuens ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit. *Videtur igitur M. Silanus (proconsul per sexennium) a. 38/39 etiam-*

tum Africam rexisse eique successisse exercitu detracto L. Piso; hic ergo proconsul fuit a. 39/40 ut opinor (notandum Pisonis patrem inimicitias habuisse cum Germanico patre C. Caesaris). — Ad hunc magis quam ad C. Pisonem (n. 284) rettulerim cippum terminalem Dalmaticum III 12794 = D. 5952 positum *a* . . [P]isone legato (Aug.) pro praetore Claudi Caesaris (provinciae Dalmatiae). *Nescio an successerit in locum L. Salvii Othonis.* — Nuper L. Piso, pater Pisonis illius qui a Valerio Festo in Africa occisus est (*n. 294*), dicere solebat neminem se videre in senatu, quem consul ipse sententiam rogavisset *Plin. ep. 3, 7, 12 (consulem a. 27 hoc loco intellegendum esse demonstravit Klebs PIR[1] C 238). Videtur igitur vitam protraxisse ad principatum Vespasiani (cf. quae exposui RE 3, 1384). Gr.*

294 L. CALPVRNIVS PISO, consul a. 57, *memoratur in actis Arv.* a. 57—60. 63 *VI 2039. 2040 (cf. 32353). 2041—2043 (t. 1—5). Ad hunc rettulit Mommsen t. sepulcralem Liciniae Magnae VI 1445 = 31655 = D. 956 (6). — In consulatu:* L. Calpurnius Piso *VI 845. X 5204 = D. 5365.* L. Calp[ur]nius . . . . . *VI 853.* L. Calpurnius Piso *vel* L. Calpurnius *IV 3340 tabulae ceratae Pomp. 28—33. 35. 41. 42;* Πί[σωνος Καλπουρνίο]υ *tab. 32 pag. V.* L. Piso *Tac. a. 13, 31; ceterum* Piso *fasti.* — L. Calpurnius L. f. Piso *t. 3 (a. 59).* L. Piso L. f. *t. 3. 4 cf. 5.* L. Piso *t. 1. 2. 6. Tac. a. 13, 28; 15, 18; h. 4, 38. 48. Frontin. de aq. 102.* Piso *Plin. ep. 3, 7, 12.*

L. Pisonis *(consulis a. 27)* filius *Plin. l. l. (vide n. 293);* L. f. *dicitur in actis Arv., sine dubio ut distinguatur a patre cognomine etiamtum superstite.* Consul designatus a. 56 sententiam dixit in senatu *Tac. a. 13, 28.* Consul a. 57 cum Nerone II *(v. supra) in kal. Iulias ut videtur (cf. tab. cer. 33:* V . . k. Iulias); *successit ei L. Caesius Martialis (v. supra n. 200).* Nerone et Pisone consulibus factum senatus consultum *Tac. a. 13, 32, quod dicitur* Pisonianum *Paulus dig. 29, 5, 8 vel* Neronianum *Paulus sent. 3, 5, 5 Iur. anteiust. rel. 2[6], 76 Seckel-Kuebler.* Pisonis consulatus *memoratur prolog. pasch. ad Vitalem Chron. min. 1, 738.* Curator aquarum a. 60—63 *Frontin. de aq. 102.* A. 62 cum aliis duobus consularibus Ducenio Gemino et Pompeio Paulino a Nerone vectigalibus publicis praepositus *Tac. 15, 18.* Proconsul Africae *a. 69/70; circa kal. Ian. a. 70* vulgus Romae credebat descivisse Africam res novas moliente L. Pisone commeatusque retineri, sed naves saevitia hiemis prohibebantur *Tac. h. 4, 38.* A. 70 interfectus est iussu Valerii Festi legati legionis (III Augustae) *ib. 4, 48—50. Plin. ep. 3, 7, 12.* — Pontifex *t. 6 (si ad hunc pertinet).* Frater Arvalis adfuit in collegio a. 57—60. 63 *t. 1—5,* magister collegii a. 59 *t. 3. 4.* — Nequaquam turbidus ingenio *Tac. h. 4, 38;* insita modestia *ib. 4, 49.*

Licinia Crassi Frugi pontificis filia Magna L. Pisonis pontificis uxor *t. 6; maritus non potest esse L. Piso cos. a. 15 a. C. (n. 289), apparet enim ex nominibus Liciniam Magnam filiam fuisse M. Crassi Frugi cos.*

a. 27 et Scriboniae, abneptis Pompei Magni; itaque maritus Magnae intellegendus videtur L. Piso is, de quo agitur (cf. Mommsen Ges. Schr. 8, 252). Calpurnius Galerianus *(n. 301)* consobrinus generque *Tac. h. 4, 49. — Num huius sit fistula aquaria* L. Piso[nis] *XV 7513, parum constat (cf. supra n. 289). Gr.*

295 L. CALPVRNIVS PISO, consul a. 175 cum P. Salvio Iuliano. *In consulatu:* L. Calpurnius Piso *VI 30865 = D. 9042. X 7457 = D. 8377.* Καλπουρνιανὸς *(sic)* Πείσων *IGR 4, 521; ceterum* Piso *vita Comm. 12, 1; fasti (errore* Ὀρφήτου τὸ γ' καὶ Ῥούφου *chron. Pasch. Chron. min. 1, 225). Ad hunc fortasse* Pisonem *magistratu scil. aliquo fungentem rescripserunt Marcus et Commodus Callistr. dig. 29, 5, 2* ('Piso carissime'). *Frater videtur natu minor* Ser. Calpurnii Scipionis Orfiti; *memoratur enim una cum hoc in titulis* liberti *VI 9830,* servi *ib. 11501, in fistula aquaria Not. d. sc. 1907, 465 (fortasse etiam XV 7760); v. infra n. 317.*

Eundem putat probabiliter v. Premerstein Festschr. f. Benndorf (1898) 261 Pisonem eum, quem adloquitur auctor libri περὶ θηριακῆς πρὸς Πίσωνα, *qui liber Severo et Antonino imperantibus compositus vix recte Galeno tribuitur (14, 210 sqq. K.; in principio praefationis* ἄριστε Πίσων, *cf. Ilberg Rh. Mus. 51, 193).* Vir nobilis in rebus publicis versatus (μετὰ τὰς δημοτικὰς τῶν πράξεων ἀσχολίας p. 210, ἐνδόξως ἔτι δημοσιεύων p. 294); filiorum eius ὁ φίλτατος, admodum adulescens δημοτελὴς μυστηρίων ἱερουργός, in lusu puerorum nobilium equestri, *scil. in lusu Troiae,* adversa valetudine correptus est *ib. p. 212 (adulescentem hunc fuisse tribunum celerum suspicatur v. Premerstein l. l. 261 sqq.).* Piso cum litteris deditus tum vel maxime in philosophiae studio versatus est *ib. p. 210 sq. 294; ab eo igitur fortasse non diversus est* Piso is, cui librum dedicavit *Ps. Plutarchus* περὶ εἱμαρμένης (φίλτατε Πείσων *praefat. p. 568 C). Gr.*

296 M. (CALPVRNIVS) PISO, Cn. Pisonis consulis a. 7 a. C. et Munatiae Plancinae filius *(natu minor ut apparet ex praenomine) Tac. a. 2, 76; 3, 16—18.* Iuvenis patrem in provinciam Syriam comitatus *(fortasse legatus legionis)* a. 19 repetere provinciam dehortatus est *ib. 2, 57. 76. 78; 3, 16,* nihilominus haud ignavus ad ministeria belli *ib. 2, 78.* A. 20 pater eum in urbem praemisit *ib. 3, 8.* Filii patrem ut senatum rursum ingrederetur hortati sunt *ib. 3, 15;* pater moribundus in codicillis salutem Marci rogavit *ib. 3, 16.* Aurelius Cotta censuit, ut exuta dignitate (*sc. senatoria*) et accepto quinquagies sestertio in decem annos relegaretur *ib. 3, 17;* Tiberius eum ignominiae exemit concessitque ei paterna bona *ib. 3, 18. Gr.*

297 C. CALPVRNIVS PISO CRASSVS FRVGI LICINIANVS. *T. eius VI 31725 in sepulcro Liciniorum ad viam Salariam sito repertus. Ex posteris* M. Licinii Crassi Frugi consulis a. 27 *(cf. stemma supra p. 54), fortasse filius* C. Calpurnii Crassi Frugi Liciniani *(n. 259) tenera aetate defunctus. Gr.*

298 (CALPVRNIVS) PISO FRVGI, ex illa Pisonum familia, cui se Cicero nobilitandi causa sociaverat, originem ducere dicebatur (nobilissimae tunc et consularis familiae vir *vita tyr. trig. 19, 2)*, unus ex nobilibus ac principibus senatus, a (M. Fulvio) Macriano *(a. 260 vel 261)* in Achaiam contra Valentem missus, sed in Thessaliam se recepit, ubi imperator appellatus est cognomento Thessalicus *(re vera* Thessalonici cognomentum inditum est Valenti *Amm. Marc. 21, 16, 10)*. Brevi post missis a Valente militibus interfectus est *vita Gall. 2, 2—4; tyr. trig. 21. 19, 2. Narratio valde suspecta. St.*

299 C. CALPVRNIVS PISO FRVGI. *T. Attico IG 3, 601. 602 = 2/3², 4162 in eadem basi una publice honorantur* Γάιος Καλπόρνιος Λευκίου υὸς Πίσων Φρoῦγι (Φρούγια *cas. acc. t.)* et Γναῖος Καλπόρνιος Πίσων. *Titulum anteriorem esse a. 20 p. C. inde efficitur, quod eo anno Cn. Piso, Cn. Pisonis cos. a. 7 a. C. filius, praenomen mutare coactus est (v. supra n. 293). Ad hunc ipsum rettulit t. Dittenberger; idem censuit* C. Pisonem Frugi *huius t. significari filium L. Pisonis pontificis cos. a. 15 a. C. natu minorem, quem postea adoptione in gentem Liciniam transisse et M. Licinium Crassum Frugi vocatum esse coniecit Mommsen (v. supra n. 289); itaque statuas cum ante adoptionem Gai tum ante mutatum Gnaei praenomen iisdem duobus adulescentibus erectas esse, qui postea a. 27 simul consules fuerunt. Neque tamen ullo testimonio confirmatur inter duas Pisonum stirpes, quae ineunte aetate imperatoria floruerunt, artiorem intercessisse necessitudinem. Eodem vel etiam meliore iure cogitaveris de C. Calpurnio L. f. Pisone Frugi, Ciceronis genero, qui mortem obiit a. 57 a. C., et de Cn. Calpurnio Pisone, qui in Hispania periit a. 64 a. C. Neque accedendum esse puto ei opinioni, quam protulit Cichorius Röm. Stud. 327. 337 sq., qui probare conatus est* C. Calpurnium Pisonem Frugi *t. Attici alterum fuisse filiorum L. Pisonis pontificis, ad quos et patrem Horatium de poesi epistulam dedisse vulgo statuitur (at v. n. 289); quod si sumimus, quis est* Cn. Piso is, *qui una cum C. Pisone Frugi t. Attico honoratur? Gr.*

— CN. CALPVRNIVS PISO (FRVGI?), consul a. 23 a. C., *v. supra n. 286.*

— L. CALPVRNIVS PISO FRVGI (?), consul a. 15 a. C., *v.* L. Calpurnius Piso pontifex *n. 289.*

300 L. CALPVRNIVS PISO FRVGI LICINIANVS una cum Scriboniano fratre posuit cippum terminalem *VI 1268 (1); adoptio eius memoratur in actis Arvalium VI 2051 I 24. 27 (2). T. sepulcralis eius et uxoris VI 31723 = D. 240 (3).* — [L.] Calpurnius [P]iso Frugi Licinianus *t. 3* (Veraniae Geminae Pisonis Frugi *ib.*). Piso Frugi *t. 1.* L. Li[cinianus?] *t. 2 v. 24*, post adoptionem [Ser. Sulpicius? Gal]ba C[aesar] *ib. v. 27, nominis mutatio in t. sepulcrali (3) neglegitur.* Piso Frugi Licinianus *Suet. Galba 17.* Piso Licinianus *Tac. h. 1, 14.* Λούκιος Πείσων *Dio exc. 64, 5, 1 = Zon. 11, 14.* Piso *alibi.*

M. (Licinio) Crasso (Frugi) (cos. a. 27) et Scribonia genitus, nobilis utrimque *Tac. h. 1, 14. Plut. Galba 23;* Gnaei Pompei *(sc. per matrem)* et M. Crassi suboles *Tac. 1, 15;* nobilis *Suet. Dio ll. ll. Oros. 7, 8, 1.* Fratres (Cn. Pompeius) Magnus, (M. Licinius) Crassus (Frugi) (cos. a. 64) *Tac. 1, 48,* Crassus Scribonianus *t. 1. Tac. 1, 15* (natu maior). *47. 48; 4, 39; cf. stemma Pisonum supra p. 54.* Natus a. 38 *Tac. 1, 48.* Ser. Sulpicio Galbae probatissimus testamentoque semper in bona et nomen adscitus *Suet. l. l.* Hic et Scribonianus frater T. Flavium Vespasianum *(eum qui postea imperavit)* arbitrum elegerunt *ad nescio quos fines constituendos t. 1.* Diu exul *Tac. 1, 21. 38. 48 cf. 15. 29; itaque magistratus nullos gessit.* Revocatus a Galba *ib. 1, 38; tunc fortasse sacerdotio ornatus:* quindecimvir sacris faciundis *t. 3.* Die 10 m. Ian. a. 69 Galba eum adoptavit et Caesarem appellavit *t. 2 v. 24. 26 sq. Tac. 1, 14—19. 29. 30. 48. Plut. Galba 23. Suet. Galba 17; Otho 5, 1. Dio exc. 64, 5, 1; 6, 5² = Zon. 11, 14. Plin. ep. 2, 20, 2. Vict. Caes. 6, 2. Oros. 7, 8, 1; cf. Philostr. v. Apollon. Tyan. 5, 32. vita Pesc. Nigri 9, 2. Polem. Silv. Chron. min. 1, 520. Sidon. Apollin. carm. 7, 106.* Agitatum secreto num Piso ad Germanicum exercitum proficisceretur, sed Cornelius Laco consilio intercessit *Tac. 1, 19.* D. 15 m. Ian. occisus *ib. 29—31. 34. 39. 43 cf. 3, 68; 4, 42. Suet. Otho 6, 3. Plut. Galba 25. 27. Dio 64, 6, 5¹·² (= Zon. 11, 14); 10, 2. Oros. l. l. Polem. Silv. l. l.* Verania uxor et Scribonianus frater corpus eius composuerunt *Tac. 1, 47. Plut. Galba 28 cf. t. 3.* Initio a. 70 referente Domitiano in senatu de restituendis Galbae honoribus Curtius Montanus censuit, ut Pisonis quoque memoria celebraretur; patres utrumque iussere, de Pisone irritum fuit *Tac. 4, 40.*

Vultu habituque moris antiqui et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur *Tac. 1, 14. 21. 38 cf. Sidon. Apollin. l. l.;* laudes eius *Tac. 1, 15. Suet. Galba 17. Plut. Galba 23. Dio 64, 5, 1.* — Paupertas eius *Tac. 1, 48.* — Verania Gemina uxor *t. 3. Tac. 1, 47. Plut. Galba 28. Plin. ep. 2, 20, 2.* Amici Rubellius Plautus *Tac. 1, 14,* Cornelius Laco *ib.;* inimici M. Salvius Otho *ib. 1, 21. 43. 44. Plut. Galba 23,* T. Vinius *Tac. 1, 34,* M. Aquilius Regulus *ib. 4, 42. Plin. ep. l. l.* *Gr.*

301 CALPVRNIVS (PISO) GALERIANVS *(quin Pisonis quoque cognomen ei fuerit, mihi quidem dubium non est),* Gai Pisonis *(sc. eius, qui in Neronem coniuraverat)* filius *Tac. h. 4, 11,* L. Pisonis (consulis a. 57) consobrinus generque *ib. 4, 49.* Nihil ausus, sed nomen insigne et decora ipsi iuventa rumore vulgi celebrabantur *(post necem Vitellii)* erantque in civitate qui principatus inanem ei famam circumdarent; iussu Muciani ad urbem occiditur *(exeunte a. 69) Tac. h. 4, 11. 49.* *Gr.*

302 CALPVRNIVS PROCVLVS (Καλπούρνιος Πρόκλος *t.*), proconsul (Asiae) *t. Daldide in Lydia rep. IGR 4, 1365. Aut* L. Calpurnius Proclus *qui sequitur aut* P. Calpurnius Proculus *n. 304; sane litterarum formam saeculo*

tertio convenire censuerunt Keil et v. Premerstein Denkschr. Ak. Wien 1908, 2, 67. *Gr.*

303 L. CALPVRNIVS PROCVLVS, Herculi dedicavit legatus legionis *t. Bonnensem XIII 8009 = D. 2458 (1)*, Aufaniabus *eodem tempore t. item Bonnensem Bonn. Jahrb. 135, 6, 3 (2); ei positi sunt Ancyrae IGR 3, 180 (cf. 1462) = Ditt. Or. Gr. 548 (3), Antiochiae Pisidiae t. (mutilus acephalus) latine scriptus Journ. Rom. St. 14, 177, 3 (4), quem suo iure ad hunc rettulit Ritterling Fasti d. röm. Deutschland 94 sq.; memoratur in titulis Bonnensibus* Aufaniabus dedicatis ab uxore *Bonn. Jahrb. l. l. 6 sq., 4. 5 (5. 6), in tegulis in agro Volsiniensi rep. XI 8108 (7).*

L. Calpurnius Proclus *t. 1. 2.* L. Calp. Proculus *t. 7.* Calpurnius Proclus *t. 3. 5. 6; itaque ipse* Proclus *appellari voluit. Genus videtur rettulisse ad nobiles Galatas, nam cum tt. 3. 4 ei positi sunt in Galatia, etsi nullum in hac provincia officium gessit, tum t. item Ancyrano (IGR 3, 192) honoratur Servenia Cornuta e stirpe regia oriunda, uxor P. Calpurnii Procli (?) Corneliani, qui cum L. Proclo hoc consanguinitate coniunctus videtur. De aetate non constat; Proclum uxoremque eius titulos Bonnenses (1. 2. 5. 6) per id tempus dedicavisse, quo sub divis fratribus pestis grassabatur, coniecit Siebourg Bonn. Jahrb. 138, 118 fortasse recte.*

Ἐκ συνκλητικῶν καὶ ὑπατικῶν *t. 3.* Clarissimus vir *t. 7. Cursum honorum usque ad legationem Galliae Belgicae exhibet t. 3, exhibuit t. 4.* [Sevir equitum R]omanorum turmae ducendae *t. 4, ubi seviratus ante curam viarum ponitur, errore ut putaverim.* Tribunus militum legionis XIII geminae in Dacia *t. 3. Quaesturae mentio in t. 3 deest, culpa quadratarii sine dubio.* Tribunus plebis, praetor (στρατηγὸς Ῥώμης, *nolim cogitare de praetore urbano) t. 3.* C[urator] viarum Anniae Clodiae Cassiae Cim[iniae] et trium Traianarum *t. 4*, ἐπιμεληθεὶς ὁδῶν *t. 3.* Legatus Aug. legionis primae Minerviae piae fidelis *t. 1. 2. 4*, ἡγεμὼν λεγιῶνος α' Ἀθηνᾶς ἐν Γε[ρμ]ανίᾳ *t. 3*, leg. Aug. *t. 5. 6.* Proconsul provinciae Achaiae *t. 3. 4.* Legatus Aug. pr. pr. provinciae Belgicae *t. 3. 4. Ad consulatum num pervenerit non traditur. Nescio an idem sit* Calpurnius Proclus proconsul Asiae *(qui praecedit).* — Domitia Regina uxor *t. 5. 6. Ex posteris Procli et Reginae fortasse* Calpurnius Reginianus *(n. 307).* — Σωτὴρ καὶ εὐεργέτης Ancyranorum *t. 3. Fundos videtur habuisse in agro Volsiniensi cf. t. 7.* — [. Ca]lpurnius Proculus, *qui posuit t. Parentinum Inscr. Ital. 10, 2, 5, num unus fuerit ex Calpurniis Proculis ordinis senatorii, ambiguum est.* *Gr.*

304 P. CALPVRNIVS PROCVLVS, legatus Augg. pr. pr. (Daciae) Fortunae Aug. dedicavit *Apuli t. III 1007. Augustos putat Ritterling Fasti d. röm. Deutschland 95 Marcum et Verum, sed excluduntur anni 167—169, his enim annis Calpurnius Agricola et post Agricolam Claudius Fronto Dacias rexisse videntur. Idem potest fuisse* P. Calpurnius Proclus (?) Cornelianus *is qui se-*

quitur. Calpurnius Proclus proconsul Asiae *(n. 302) utrum hic fuerit an L. Calpurnius Proclus (n. 303), non liquet.* *Gr.*

305 P. CALPVRNIVS PROC(V)LVS (?) CORNELIANVS, [συνκλητι]κός *vel* [ὑπατι]κός, maritus Serveniae Cornutae Corneliae Calpurniae Valeriae Secundae Cotiae (?) Procillae .... Lucullae *IGR 3, 192 t. Ancyranus uxori positus (in t. agnoscitur* Π ... λπουρ . ιου .... λ .. Κορ . ηλιανοῦ). *Fortasse idem atque* P. Calpurnius Proculus *(qui praecedit).* *Gr.*

306 **Calpurnius Quadratus,** procurator Augusti *t. Asturicensis II 2642;* uxor Iustina *ib.* *St.*

— C. SEIVS CALPVRNIVS QVADRATVS SITTIANVS.

307 CALPVRNIVS REGINIANVS ('Ρηγινιανός *t.*), ὁ λανπρότατος ὑπατικός, pater L. Calpurnii Reginiani *t. Antiochiae Pisidiae filio positus IGR 3, 299. Ex posteris ni fallor* L. Calpurnii Procli *et* Domitiae Reginae *(vide n. 303).* Consul *suffectus a. inc. saec. II exeuntis vel saec. III (t. positus est ab* Ulpio *quodam).* *Gr.*

308 L. CALPVRNIVS REGINIANVS ('Ρηγεινιανός *t.*), ὁ λαμπρότατος συνκλητικός, Calpurnii Reginiani consularis filius, honoratus *t. IGR 3, 299 Antiochensi Pisidiae.* *Gr.*

309 Calpurnius Repentinus, centurio legionis XXII primigeniae, kal. Ianuariis a. 69 Mogontiaci, cum protegeret Galbae imagines, a militibus vinctus *Tac. h. 1, 56,* iussu Vitellii occisus est *ib. 1, 59.* *St.*

310 FRON[T]O (?) AEMILIANVS CALPVRNIVS RVFILIANVS *vel* RVPILIANVS, [l]e[gatus] Augustorum *legionis II Augustae ut videtur* Iovi o. m. Dolich[eno] dedicavit *t. (duobus exemplis servatum) VII 98 melius Eph. ep. 9 p. 526 Iscae Silurum. Gentilicium dedicantis primarium videtur omissum. — III saec. ut opinor. Cf. supra A 427. C 264.* *Gr.*

311 CALPVRNIVS RVFVS, proconsul Achaiae sub Hadriano *dig. 1, 16, 10, v.* M. Calpurnius Rufus *n. 313.* *Gr.*

312 **L. Calpurniu[s] Rufus,** procurator Augusti (provinciae Galatiae) *inter a. 92 et 94 tit. rep. Antiochiae Pisidiae Journ. Rom. St. 14, 180 sq. tab. I (= Ann. ép. 1925, 126), col. III, quocum composuit fragmentum (quod sine iusta causa eodem pertinere negavit W. M. Ramsay ib. 16, 115) praenomen et nomen continens eodem loco rep. Robinson l. c. 15, 256 sq., cf. Amer. Journ. Arch. 30, 79.* *St.*

313 M. CALPVRNIVS RVFVS *honoratus t. Ephesio III 6072 (1); idem ni fallor memoratur in t. Attaliae Pamphyliae rep. Annuario di Atene 3, 11 = Ann. ép. 1922, 2 = SEG 2, 696 (2); ad hunc fortasse referendus est t. mutilus Ephesius III 7128 (3).* M. Calpurnius M. f. Col(lina) Rufus *t. 1.* Μᾶρκος Καλπούρνιος 'Ροῦφος *t. 2.* M. Ca ..... *t. 3. — Origine Attaliensis videtur cf. t. 2.* Filius Caeciliae Tertullae *t. 2 (v. supra C 93).* 'Ανὴρ στρατηγικός (= vir praetorius) *t. 2.* Praefectus frumenti ex senatus consulto, legatus provinciae Cypro pr. pr. et Ponto et Bithyniae et pro-

vinciae Asiae *t. 1. Legatio Asiana fortasse memoratur in t. 3: ......* [c]omiti M. Ca...... leg(ati) pro[co(n)s(ulis) prov. Asiae]. *Non est quod diversum putemus* Calpurnium Rufum, proconsulem Achaiae, cui rescripsit Hadrianus *Ulpian. dig. 1, 16, 10.* *Gr.*

314 **Calpurnius Sabinus,** epistrategus (Thebaidis) sub Pompeio Planta praefecto Aegypti *(inter a. 98—100) t. Ptolemaide positus IGR 1, 1154. Diversus* M. Calpurnius Sabinus praefectus cohortis primae Antiochensium in Moesia superiore a. 100 *dipl. mil. Vjesnik hrvatskoga archeološkoga društva 1911, 23 sqq. = D. 9054.* *St.*

315 Calpurnius Salvianus, Drusum Germanici filium, praefectum urbi feriarum Latinarum causa a. 25, adiit in Sextum Marium (Cordubensem); quod a Tiberio palam increpitum causa exilii Salviano fuit *Tac. a. 4, 36. Eum a Calpurnio Salviano qui Cordubae a. ante C. 48 cum aliis contra Q. Cassium Longinum coniuravit (bell. Alex. 53. 55. Val. Max. 9, 4, 2), originem trahere veri est simile, cf. Borghesi 5, 311. Eiusdem sine dubio* L. Calpurni Salviani *libertus t. Cordubensis II 2265.* *St.*

316 CALPVRNIVS SCI[PIO ORFI]TVS, salius Palatinus defunctus a. 191 *VI 1980. Vide n. 317.* *Gr.*

317 SER. CALPVRNIVS SCIPIO ORFITVS. *Ad huius domum pertinent* Ser. Calpurnius Helius Scipionis Orfiti (libertus) *VI 14239 (1)*, Ser. Calpurnius Gemellus Orfiti et Pisonis lib. et procurator *VI 9830 = D. 7388 (2)*, servus Orfiti et Pisonis *VI 11501 (3). Ad eosdem homines referenda est fistula aquaria prope Romam rep. Not. d. sc. 1907, 465 (4)* Orfiti et Pisonis *(fortasse etiam fistula Ostiensis XV 7760 ....* i et Pisonis). *Orfiti huius filius videtur* [Κ]αλπούρνιος [Πεί]σων Σκειπίω[νος] 'Ορφίτου υός, *qui honoratus est t. Eleusinio IGR 3, 620 cf. p. 499 = 2/3², 4213 (5); cf. supra C 283. Apparet ergo Calpurnios Orfitum et Pisonem fratres fuisse; mater eorum fortasse oriunda fuit e domo Corneliorum Scipionum Orfitorum, quam his temporibus floruisse constat (v. infra n. 1443 sqq.).* Calpurnius Piso, *Orfiti frater sine dubio minor, idem videtur, ut summa cum probabilitate coniecit Klebs PIR 1¹ C 262, atque* L. Calpurnius Piso consul a. 175 *(supra C 295) (nota in t. 1 memorari* Calpurniam L. f. Nicen Ser. Calpurnii Helii uxorem, *filiam puto liberti Pisonis); itaque Orfitus non potest esse Ser. Scipio Orfitus consul a. 178 (III p. 1993 dipl. mil.), ut suspicatus est Klebs l. l., sed idem intellegendus videtur atque* Orfitus consul a. 172, *cuius nomen gentile adhuc ignoratur.* Calpurnius Sci[pio Orfi]tus salius Palatinus defunctus a. 191 *VI 1980 propter aetatis rationem ab eo de quo agitur diversus sit necesse est; crediderim eum filium huius esse, fratrem Pisonis, qui memoratur in t. 5. Quod si recte perspeximus, Orfitus pater a. 191 etiamtum in vivis fuit.* — Calpurnia Luci filia Lepida Orfiti (uxor), *fortasse huius VI 14235 t. sepulcralis, qui videtur stetisse in monumento Calpurniorum ad viam Salariam sito, cf. Mommsen ad VI 14189.* *Gr.*

318 **M. Calpurnius Seneca Fabius Turpio Sentinatianus.** *Tituli: honoratus publice ab Hispalensibus II 1178 = D. 2736 (1). Ipse posuit* Iunoni reginae *t. Villalvae del Alcor rep. II 1267 fortasse Ossetanum (2), quem non omni suspicione carere Huebner nimis severe puto iudicat. Dipl. mil. III p. 878 = X 7855 (3). Fragmentum Ilipense II 1083 (4).*

Plena nomina exhibent t. 1. 2, exhibebat t. 4. M. Calpurnius Seneca *t. 1 v. 9.* Calpurnius Seneca *t. 3.* M. f. Galeria *t. 1. 2. Origine fortasse Hispalensis, certe Baeticus.* Primus pilus *(iterum)* legionis primae adiutricis, procurator provinciae Lusitaniae et Vettoniae, praefectus classis praetoriae Ravennatis *t. 1. 2,* praefectus classis praetoriae Misenensis *t. 1. 3,* a. 134 *t. 3.* Succonia Rustica uxor *t. 2.* *St.*

— (NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS SER[R]ANVS.

319 L. CALPVRNIVS SQVILLIVS *(cognomen firmant Gavii Squillae Gallicani, consules a. 127 et 150, origine Veronenses ut videtur),* L. f., Publilia, quaestor imperatorum *(sic traditur haud recte),* tribunus plebis, praetor, patronus (Veronensium) *V 3335 t. Veronensis semel saec. XV descriptus.* *Gr.*

320 Calpurnius Statura, Persii poetae a prima adulescentia amicus, qui vivo eo iuvenis decessit *(ante a. 63) vita Persii p. 64 Jahn-Buecheler-Leo*[4]. *St.*

321 Sex. Calpurnius Tatianus, egregiae memoriae vir; Syria Paterniana uxor, Calpurnia Basilla filia *VI 1601.* *St.*

— C. BELLICVS CALPVRNIVS TORQVATVS.

— (NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS TORQVATVS.

— L. NONIVS CALPVRNIVS TORQVATVS ASPRENAS.

322 CALPVRNIA M. f. Messallae (uxor). *Praedia eius memorantur in cippo terminali urbano VI 29782 = D. 5989. Eadem videtur* Calpurnia Corvini (uxor), *quae nominatur in tegulis urbanis Bull. com. 1889, 208. Maritus eius utrum* M. Valerius Messalla Corvinus consul a. 31 a. C. *fuerit (ut opinatur Dessau PIR 3*[1] *367) an* cognominis consul a. 58 p. C., *pro certo diiudicari nequit.* *Gr.*

323 CALPVRNIA, (L. Nonii) Asprenatis *(consulis a. 6 p. C. ni fallor)* (uxor), L. (Calpurnii) Pisonis *(probabiliter consulis a. 15 a. C., supra n. 289)* [filia], mater L. Noni Asprenatis *(consulis a. 29)* et Asprenatis Calpurni Ser[r]ani et Asprenatis Calpurni Torquati *VI 1371 = D. 927 t. sepulcralis ut videtur.* *Gr.*

324 Calpurnia, paelex imperatoris Claudii, instigante Narcisso nuptias Messalinae et C. Silii ei prodidit a. 48 *Tac. a. 11, 30. Dio exc. 60, 31, 4 (nomine non posito).* *St.*

325 CALPVRNIA, inlustris femina, ab Agrippina a. 49 pervertitur, quia formam eius Claudius laudaverat *Tac. a. 12, 22;* Ἀγριππῖνα δὲ καὶ Καλπουρνίαν γυναῖκα τῶν πρώτων ἐφυγάδευσεν, ἢ ὥς λέγεται καὶ ἀπέκτεινεν *(haud recte)*

κτλ. *Zon. 11, 10 vol. 3 p. 32 Dind. (Dio 60, 33, 2[b] vol. 3 p. 10 Boiss.)*. Post necem Agrippinae a Nerone ab exilio revocata a. 59 *Tac. 14, 12.* *Gr.*

326 CALPVRNIA, per patrem neptis (L.) Calpurnii Fabati *(supra n. 263)*, uxor Plinii *(altera ut videtur, cf. Otto S.Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 36 sq.) Plin. ep. 4, 1. 19; 5, 11; 8, 10. 11. Sidon. Apoll. ep. 2, 10, 5.* Plinius ad eam scripsit *ep. 6, 4. 7; 7, 5.* Maritum in Bithyniam comitata inde reversa est propter avi mortem *Plin. ad Tr. 120. 121.* *Gr.*

327 Calpurnia, uxor Titi (Quartini *Herodian. 7, 1, 9)*, qui contra Maximinum imperator factus est, de genere Cesoninorum, id est Pisonum *(qui finxit hoc cogitabat de L. Calpurnio Pisone Caesonino, in quem Cicero orationem habuit) vit. tyr. trig. 32, 5. 6.* *St.*

— [IVL]IA ME[M]MIA . . . CA[LP]V[RNIA]? AEMI[LIANA] FIDIA[NA] *v. infra sub Memmiis.*

328 Calpurnia Frontina, soror Cn. Corneli Pulchri *t. Corinthius IG 4, 1600.* *St.*

329 Calpurnia Hispulla *(sic Plin. epist. 4, 19 inscr.*, Hispulla *8, 11 inscr.)*, filia L. Calpurni Fabati, amita Calpurniae, uxoris *(secundae, cf. W. Otto S.Ber.Ak.Münch. 1919, 10, 36 sq., 1)* Plinii, qui ad eam dedit *4, 19; 8, 11; commemorat eam, non nominat 4, 1, 7; 5, 14, 8.* Patri superstes *Plin. ad Trai. 120, 2; 121.* *St.*

330 CALPVRNIA LEPIDA, Luci filia, Orfiti (uxor) *VI 14235 t. sepulcralis. Maritus probabiliter* Ser. Calpurnius Scipio Orfitus *n. 317, sub quo vide.* *Gr.*

331 CALPVRNIA PRAETEXTATA, virgo Vestalis maxima *VI 2146 = XIV 4120, 1, melius XV 7127 tabella immunitatis; fortasse etiam VI 32410* . . . .xtata[v.] V. [maxi]ma. *Diversa videtur, quippe aliquanto antiquior*, Praetextata (M. Licinii) Crassi (Frugi) filia, virgo Vestalis maxima *VI 32409.* *Gr.*

332 CALPVRNIA QVADRATILLA, coniunx C. Arri Antonini *(supra A 1088) VIII 2390 t. Thamugadensis publice positus.* *Gr.*

333 CALPVRNIA RVFRIA AEMILIA DOMITIA SEVERA, clarissima femina, filia Ser. Calpurnii Domitii Dextri consulis (a. 225). Pater ei posuit *t. VI 1369*, ipsa patri *VI 1368 = XIV 3993 = D. 1175.* *Gr.*

334 CALPVRNIA SABINA Q. Iulio Maximo, clarissimo viro, marito, Q. Iulio Claro et Q. Iulio Nepotiano filiis posuit *t. sepulcralem II 112 Eborensem. Eadem fortasse* Calpurnia Sabina *in t. ancillae VI 14778.* *Gr.*

— FABIA PO . . . . MARCELLA M . . . . . CALPVRNIA TO . . . . (To[rquata?]).

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA(?) PROCILLA . . . LVCVLLA.

335 Sex. Calvarius (Σέκστος τις Καλουάριος *codd. optimi Iosephi et interpres antiquus Latinus*, Κερεάλιος *vulgo)*, tribunus militum interfuit Iotapatis expugnandis a. 67 *Ios. bell. 3, 325. Noli eundem putare Sex. Vettulenum Cerialem.* *St.*

— IVLIVS CALVASTER.

336 L. CALVENTIVS...... L. Calventius Eunomus *memoratur in laterculis kalatorum pontificum et flaminum a. 101 et 102 VI 31034. 32445; patronus igitur aut pontifex aut flamen fuit; fortasse pertinuit ad domum consularem Carminiorum Veterum, quippe qui Calventio quoque nomine uterentur (v. infra sub Carminiis).* *Gr.*

337 **Calventius Adiutor,** ὁ κράτιστος διοικητής (vir egregius, procurator ad dioecesin Alexandreae et Aegypti) a. 210 *P. Flor. 6.* *St.*

338 L. Cal[?ve]ntius L... sius Nepos, L. f. Cornelia, vir egregius, civis et patronus et curator coloniae Aeclanensium *IX 1151. Nomen in lapide suppletum.* *St.*

— L. CALVENTIVS VETVS CARMINIVS, consul (suffectus) a. 51, *v. infra sub Carminiis.*

339 L. Calvenus (*vel* Calvinus) Taurus (Λ. Καλβήνῳ Ταύρῳ *t. Delphicus,* Calvisius Taurus *Gell. 18, 10, 3, praeterea* Taurus), *honoratus titulo Delphico Bourguet De rebus Delphicis p. 36 (inde Pomtow ap. Ditt. Syll.*[3] *868a).* Berytius *titulus. Suid. s.* Ταῦρος. *Euseb.-Hieronym. chron. 231. Ol. p. 202 H.; Syncell. 662;* Tyrius *Philostr. v. soph. 2, 1, 14.* Philosophus Platonicus sub Antonino Pio *Suid. Philostr. Euseb. Stob. 1, 49, 39 p. 378 sq. W. Gell. 7, 10, 1; 7, 13; 17, 20, 1.* Magister Gellii (*v. infra*) et Herodis Attici (*Philostr., cf. Gell. 18, 10*), amicus Plutarchi *Gell. 1, 26, 4.* Scholam habebat Athenis *Gell. 2, 2, 1; 7, 13; 17, 8; 18, 10, 3; 19, 6, 2.* Delphis honoratus cum liberis *anno ut videtur 163, cf. Bourguet l. l. 37 (Gell. 12, 5, 1* cum Delphos ad Pythia.... Taurus iret).

Scripsit praeter alia περὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων *Suid.,* commentarios in Platonis Timaeum *Ioann. Philopon. de aetern. mundi 6, 8 p. 145 Rabe; 6, 27, 223; 13, 15, 520* (ἐκ τοῦ πρώτου τῶν εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνημάτων), in Gorgian Platonis *Gell. 7, 14, 5,* commentarios (de morbo affectuve irae) *id. 1, 26, 3,* librum (de modo atque ratione tolerandi doloris secundum stoicorum decreta) *id. 12, 5, 5. Sententiae eius afferuntur praeterea ib. 1, 9, 8—11; 9, 5, 8; 10, 19; 20, 4, cf. 8, 6. Philop. l. l. et 6, 21, 186 sq.; 6, 22, 191; 13, 5, 521. Luciani (Hermot. 24) verba ad eum spectare non sine quadam probabilitate coniecit Fritzschius in ed. 2, 2 p. 154. Cf. Ueberweg-Praechter*[12] *546 (et Herm. 57, 482 sq.). Immisch N. Jahrb. 17 (1906), 151.* *St.*

— DOMITIA CALVILLA (*vita Marci 1, 3*) *v.* Domitia Lucilla.

340 Calvina, adfinitate coniuncta cum Plinio, qui ei nubenti in dotem centum milia contulit *Plin. epist. 2, 4,* ad eam data. *St.*

— DOMITIA CALVINA.

— IVLIA CALVINA.

— IVNIA CALVINA.

— Q. VENIDIVS RVF(VS) MARIVS MAXIM(VS) L.(?) CALVINIANVS.

341 Calvinus, amicus Iuvenalis, qui ad eum dedit *sat. 13*, qua consolatur eum, quod periurio hominis nefarii depositum decem sestertiorum perdiderit *(v. 70)*. Natus Fonteio consule *(a. 67)* sexagesimum agebat annum *(v. 16 sq.)*, cum Iuvenalis scripsit satiram. *St.*

— CAELIVS CALVINVS.

— IMP. CAES. D. CAELIVS CALVINVS BALBINVS AVG.

— Domitius Calvinus.

— CN. DOMITIVS CALVINVS.

— **Egnatius Calvinus.**

— C. IAVOLENVS CALVINVS *cet.*

— L. Iunius Calvinus.

— L. Calvinus Taurus *v.* L. Calvenus Taurus.

342 (CALVISIVS) *nescio quis ex consulibus, auctor* senatus consulti Calvisiani *Ulp. reg. 16, 3, cf. etiam* actio Calvisiana *Ulp. dig. 37, 14, 16 pr.; 38, 5, 11. [Cum et s. c.*[tum] *Calvisianum et actionem Calvisianam post legem Papiam Poppaeam anni p. C. 9 facta esse constet, illud quidem etiam ut videtur post s. c.*[tum] *Pernicianum (Persici consulis a. 34?), Ulp. reg. l. l., et post s. c.*[tum] *Claudianum auctore imperatore Claudio factum, Suet. Claud. 23, 1, neque de C. Calvisio Sabino cos. a. 4 a. C. aut de cos. a. 26 p. C. cognomine cogitare licet. St.]* *Gr.*

343 Calvisius, cliens Iuniae Silanae, ut accusator Agrippinae relegatus a. 55 *Tac. a. 13, 19. 21. 22*, post necem Agrippinae a. 59 poena exsolutus est *ib. 14, 12.* *St.*

— Flavius Calvisius, *v.* C. Calvisius Statianus.

344 P. CALVISIVS, consul (suffectus) cum Q. Futio *a. inc. X 827 = D. 6384 t. Pompeianus.* C. Vibius *qui hoc anno Pompeiis aedilis fuit cum Q. Poppaeo, cum vix diversus sit a* C. Vibio Secundo *duoviro a. 56/57 (X 826), consulatus Futii et Calvisii probabiliter attribuendus est uni ex annis praecedentibus, sed excluduntur anni 52/53 et 55/56, quibus alii viri duoviratum Pompeiis obtinuerunt ac memorantur in t. X 827. — Pater ni fallor* P. Calvisii Rusonis *n. 350, in quo vide.* *Gr.*

345 P. CALVISIVS(?). *In tabula cerata Pompeiana IV 3340 n. 47 nomina consulum (suffectorum), qui fasces gesserunt* idibus Feb.(?) *a. inc., legere sibi visus est Zangemeister* P. Calvis[io] ...... bonio *(v. 12)*, P. Calvis ...... *(v. 22); at de lectione minime constat.* *Gr.*

— P. CALVISIVS ......, Rusonis (filius) *VI 2065 acta Arv., v. infra* P. Calvisius Tullus Ruso *n. 357.*

— Q. CLODIVS CALVISIVS HONORATVS.

346 **Calvisius Faustinianus,** vir egregius, idiologus (ὁ κράτιστος πρὸς τῷ ἰδίῳ λόγῳ) Aegypti a. 173 (d. 6 m. Aug.) *PSI 10, 1105. Idem puto* Faustinianus *BGU 2, 481 (cf. Plaumann Abh. Ak. Berl. 1918, 17, 69).*

[Ab hoc non diversus videtur Faustinianus Statiani *(infra C 356)* amici Frontonis filius, quem Fronto (Ti.) Claudio Iuliano (legato Aug. pr. pr. Germaniae inferioris a. 160) commendat stipendia sub Iuliano meriturum *Fronto ad am. 1, 5 p. 177 N. = 1, 290 Haines. Gr.]* *St.*

347 **Calvisius Patrophilus,** vir egregius (ὁ κράτιστος), iuridicus Aegypti a. 147 *papyrus graeca Rev. arch. 24 (1894), 65—70, melius P. Arch. 3, 370—373 col. II 15, cf. I 1. III 1 sq.* *St.*

348 Calvisius Ru[fus], *VII 324, melius Journ. Rom. St. 18, 212, videtur fuisse praefectus cohortis (II Gallorum equitatae), non legatus Britanniae. Gr.*

349 C. Calvisius Rufus (Calvisius Rufus *Plin. epist. inscr. 3, 1. 19; 5, 7 ubi tamen ind. cod. Ashburnh. praebet* ad Calpurnium Rufum *errore;* C. Calvisius *id. 4, 4, 1, ceterum* Calvisius), amicus Plinii, qui ad eum scripsit *epist. 2, 20; 3, 1. 19; 5, 7; 8, 2; 9, 6,* contubernalis eius *id. 1, 12, 12; 4, 4, 1.* Decurio Comensis *id. 5, 7, 3. 4.* Avunculus Varisidii Nepotis, amicus (Q.) Sosii Senecionis *id. 4, 4.* *St.*

350 P. CALVISIVS RVSO IVLIVS FRONTINVS, consul suffectus *a. 79 ut videtur. Publice honoratus ut proconsul Asiae t. Coo in templo Aesculapii posito Bull. Mus. Imp. Rom. 3, 1932, 24, 20 = Ann. ép. 1934, 94 (1), ut legatus Galatiae una cum uxore (et filio et nuru ni fallor, v. infra) Antiochiae Pisidiae t. (iam mutilo) Iourn. Rom. St. 3, 302, imago ib. 15, tab. 35, 3 (2); commemoratur in actis fratrum Arvalium a. 87 VI 2065 col. 2, 51 (3), in titulis Ephesiis tribus, ex quibus unus editus est Jahresh. 1 B. 76 (4), ceteri nondum publici iuris facti sunt (5. 6), in t. Lycaonio, quem posuit* [Κ]ανέων βουλὴ δῆμος *Stud. in the hist. and art of the Eastern Rom. prov. 1906, 162 (7); consulatus eius indicatur in t. VI 597 cf. 30801 a = D. 3534 (8), in tabulis ceratis Pompeianis IV 3340 n. 154. 155 (9. 10); v. infra. Nummi: I Ephesii, in parte adversa exhibentes caput Domitiani et inscriptionem* Δομιτιανὸς Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός, *in aversa* ἐπὶ ἀνθυπάτου 'Ρούσωνος ὁμόνοια 'Εφε(σίων) Ζμυρ(ναίων) *cum typis diversis Mionnet S. 6, 132 sq. n. 357. 358. 360 (male descr. 3, 94 n. 261; S. 6 n. 359). Waddington Fast. As. n. 106 = Babelon Coll. Wadd. 1626. Br. Mus. Ionia 110 n. 405 sq. Macdonald Hunter. Coll. 2, 340 sq. n. 94 sq. Mus. Berol. (cf. PIR I[1] C 285). II Cybistrenses, in adversa cum inscriptione* ἐπὶ 'Ρούσωνος, *in aversa* Κυβιστρέων *Mionnet 4, 437, 216. Br. Mus. Galatia 95, 1. III Sebastopolitanus (scil. Sebastopoli sive Heracleopoli Ponti cusus) in adversa cum capite Traiani et inscriptione* Αὐτ. Νέρ[ουας Τραιανὸ]ς Καῖσαρ Σεβ. Γερ. Δακ[ικός], *in aversa* ἐπὶ Π. Κ. 'Ρούσω(νος) Σεβαστοπόλεως ἔ(τους) θρ *Pick Num. Z. 23, 71, 26 (tab. 3, 7) = Rec. d. monn. gr. As. 1, 1, 102 n. 1 (tab. 14, 21) cf. Imhoof-Blumer Kleinas. Münzen 1, 5. IV originis incertae, ab una parte caput Traiani exhibens adscripto nomine* Αὐ. Καῖ. Νέρουας Τραιανὸς Σεβασ., *in aversa inscriptus* ..... ισσου 'Ρούσω[νος]

Imhoof-Blumer l. l. 2, 530 n. 12 (tab. 19, 32), qui observat supra alterum C *in* ICCOV *postea lineolam rectam ductam videri (in imagine eam non perspicio).*

In t. 2 ex nomine Rusonis nihil exstat nisi ...... Frontinus; *ib. in inscriptione coniugis* uxori P. C. ..... Rusonis *(quae sequitur littera* L, *ex nominibus mariti superesse opinatur Dessau Journ. Rom. St. 3, 302 restituens* L. [Iulii Frontini], *malim cogitare de supplemento* l[egati Aug. pr. pr.]). Πόπλιος Καλουίσιος 'Ρούσων 'Ιούλιος Φροντεῖνος *t. 7.* P. Calvisius Ruso *t. 8. 9. 10.* Πο. Καλουείσιος 'Ρούσων *t. 4.* Πόπλιος Καλούσιος 'Ρούσων *t. 1.* Ruso *t. 3* (Rusonis P. Calvisius ......). ...... ου 'Ρούσωνος *t. 5.* 'Ρούσων *t. 6. Cf. praeterea n. 788. — Nomina in nummis v. supra.*

Genus rettulit ni fallor ad reges Messapios; nam imp. Marci, Rusonis pronepotis per matrem, originem maternam pependisse a rege Sallentino Malemnio Dasummi filio *traditur vita Marci 1, 6. Eutr. 8, 9, 1. Filius videtur* P. Calvisii *consulis suffecti temporum Neronianorum (n. 344). — Cursum honorum exhibuit temporis ordine servato ut opinor t. 2, de quo egit Dessau Journ. Rom. St. 3, 301—309.* III vir [aere argento auro flando feriundo], [sevir e]quitum Romanorum, tribunus militum [legionis .....], [ad]lectus inter patricios [a divo (?) Im]p. Caes. Vespasiano Aug. *(a. 73 vel 74),* [quaestor Aug., pra]etor. Consul *t. 2* (suffectus) cum L. Iunio Caesennio Paeto *t. 8—10* kalendis Martis *a. inc. t. 8; idem consulatus fortasse indicatur in titulis IGR 1, 420 = Ditt. Or. Gr. 594. XIV 4276. Paetum et Rusonem fasces gessisse mensibus Martio, Aprili, Maio a. 79 probare studui supra sub L. Iunio Caesennio Paeto n. 174.* Curator viae ..... *t. 2.* [XV vir] sacris faciundis, sodalis Augustalis *t. 2. Ex vocabulo officii, quod in t. 2 sacerdotia sequebatur, agnoscuntur tantummodo litterae* ..... RA *(sic Ramsay; in imagine vestigium litterae R non apparet); supplementum* '[regi ad sac]ra' *proposuit Dessau, idem de* fr(atri) A(rvali) *etsi dubitanter cogitavit; neutrum mihi videtur probabile neque magis placet* [praefecto ae]ra(rii), *id quod supplevit Ramsay; quid fuerit nescio.* Proconsul Asiae *t. 1. 2. 4. 5 (ubi proconsulatus mentio excidit). 6. nummi I* imperante Domitiano *(cf. Heberdey Jahresh. 8, 235, 7) t. 5. nummi I non ante a. 85, cum in t. 5* Domitianus *dictus sit* [τει]μητὴς διὰ βί[ου]. *Proconsulatu functus est aut ante aut post Caesennium Paetum, qui collega eius fuerat in consulatu (v. supra n. 174).* Cura[tor aedium sac]rarum et operum loco[rumque publicorum] *t. 2 sub Nerva vel Traiano ut opinor.* Legatus pro pr. Imp. Nervae Traiani Aug. Germanici Dacici (Cappadociae et Galatiae aliarumque regionum tunc temporis legato Cappadociae subiectarum) *intra annos 102 et 114 t. 2. 7. nummi II. III. IV* anno 109 aerae Sebastopolitanae = a. 106/107 p. C. *(cf. Dessau Z. f. Num. 25, 339) nummus III. —* Patronus coloniae Caesareae (Pisidiae) *t. 2. — Idem probabiliter* Ruso, qui *inter viros primarios aetatis Domitianae*

propter comitatem praedicatur a Martiale *5, 28, 4 (a. fere 89). — Non huc pertinet* Calvisius Ru . . . *t. Britannici VII 324, v. supra n. 348.*

Uxoris *nomina in t. 2 perierunt praeter* . . . . . C. f. Am . . . . . *(fueritne* Ambibula?). Filius eius P. Calvisius . . . . . . *nominatus* inter pueros a. 87 Arvalibus ministrantes *t. 3; non est dubitandum quin hic fuerit* P. Calvisius Tullus Ruso consul a. 109 *(infra n. 357). Quae in t. 2 praeter Rusonis eiusque uxoris elogia agnoscuntur* DOMIT . . . . AVGPI . . . ., *haud scio an supersint ex inscriptione honoraria* Domitiae Cn. f. Lucillae P. Calvisii Tulli Rusonis coniugis *(v. n. 357); hunc quoque in t. 2 parte deperdita honoratum fuisse ex more provincialium paene certum videtur. Quod si recte positum est, Domitiae titulus honorarius sic fere restitui potest:* Domit[iae Cn. f. Lucillae uxori P. Calvisi Tulli leg(ati)] Aug. p[rov. Cappadociae et Galatiae]; *Tullum officio legati praetorii functum esse sub patre provinciam consulari iure regente putaverim (de legatis Aug. Cappadociae dignitatis praetoriae cf. Ritterling Jahresh. 10, 300 sq.). — Ex nominibus videtur parentela quadam vel hereditate coniunctus fuisse cum* Sex. Iulio Frontino cos. II a. 98 III a. 100. — *Per eum videntur civitatem nacti esse* Publii Calvisii, *qui nominantur in tt. Asiae et Galatiae cf. Ramsay Class. Rev. 1934, 11. Ath. Mitt. 12, 253, 17; 13, 237, 8.* *Gr.*

351 Calvisius Sabinus aetate Senecae philosophi fuit dives et patrimonium habebat libertini et ingenium; ignorantiam eius deridet *Seneca epist. 27, 5—8. Nescio an pertinuerit ad domum consularem; eundem esse* C. Calvisium Aiionis f. Sabinum *Hispanum (cf. infra n. 352) neque diversum* Calvisium Iuniae Silanae *clientem (n. 343) suspicatus est Hirschfeld sine idonea causa.* *Gr.*

352 C. CALVISIVS SABINVS, consul a. 715 = 39 a. C., *memoratur in tabula triumphorum Barberiniana I² p. 77 (1), posuit miliarios viae Latinae X 6895. 6897. 6899. 6900. 6901 = D. 889 (2—6). De titulo Attico IG 2/3², 4111 v. infra.*

In consulatu: C. Calvisius *XI 7602. Cassiodor. Chron. min. 2, 134.* Γάϊος Καλουήσιος *s. c.*[tum] *Panamarense Bull. hell. 1877, 226 = Viereck Sermo Graecus 41, 20* . . . Calvisius *I² p. 65 fasti Biond.* Calvis. *I² p. 244 = IX 4201 fasti Amitern.* Γάιος Σαβῖνος *Dio 48, 34, 1* . . . . . Γ. υἱ. Σαβῖνος *Dio ind. l. 48.* Calvinus *vel alio modo corruptum in fastis ms.* — C. Calvisius C. f. Sabinus *t. 2. 3. 6 cf. 4. 5.* . . alv . . ius . abinus *t. 1.* — C. Calvisius Sabinus *Caes. b. c. 3, 34.* C. Calvisius *Cic. Phil. 3, 10, 26. App. b. c. 2, 60, 251 (v. infra), ceterum* Calvisius Sabinus *vel* Calvisius *apud scriptores.*

C. f. *v. supra. Pater eius ni fallor* Καλουείσιος Σαβεῖνος, cuius filia Calvisia Flaccilla una cum marito Claudio Marcello *(consule a. 703 = 51 a. C., ut recte puto observat Broneer Amer. Journ. Arch. 36, 393 sq.)*

publice honorata est *t. Attico IG 2/3², 4111 (minus accurate IG 3, 868)*. — A. 706 = 48 a. C. *ante pugnam Pharsalicam* a Caesare in Aetoliam missus *Caes. b. c. 3, 34* omni Aetolia potitus est *ib. 35. 55;* deinde cohortes ad Fufium Calenum in Achaiam duxit *ib. 55 (confundit eum cum Cn. Domitio Calvino App. b. c. 2, 60, 251, cf. Münzer RE 3, 1411, 13). Praetor fortasse a. 46 a. C. (cf. Sternkopf Herm. 47, 388).* (Proconsul) Africae veteris *a. 45/44 a. C. ut videtur cf. Sternkopf l. l. 328 sq. 337 sq. 388.* Ex Africa decessit et quasi divinans se rediturum duos legatos Uticae reliquit *Cic. Phil. 3, 10, 26 (cf. ad fam. 12, 30, 7).* Idibus Martiis a. 44 a. C. hic et Censorinus *(sine dubio is qui postea fasces cum Sabino gessit)* interfectoribus Caesaris paulisper resistere ausi sunt *Nicol. Dam. vita Caes. 26, 96 FGrHist 90 F 130 p. 410. Post Caesaris necem* senatus Africam veterem Q. Cornificio detulit *(App. b. c. 4, 53, 227);* d. 28 m. Nov. a. 44 auctore M. Antonio provincia Calvisio reddita d. 20 m. Dec. denuo Cornificio delata est *Cic. Phil. 3, 10, 26; ad fam. 12, 22, 3; 25, 1. 2:* (Calvisius) provinciam absens obtinebat *(cf. Münzer RE 4, 1626. Sternkopf l. l. 337 sq. 388. 395);* tandem senatus consulto d. 19 m. Mart. a. 43 facto Calvisius Cornificio cessit seque in urbem recepit invitus *Cic. ad fam. 12, 25, 1. 2 (cf. Sternkopf 400).* A. 43 Romae fuit *ib. 10, 25, 3; 26, 3 (scripta fere verno tempore).* Consul a. 39 a. C. cum L. Marcio Censorino *v. supra* (d. 15 m. Aug. *s. c.tum Panamar.;* d. 11 m. Sept. *fasti Amit.);* successerunt eis L. Cocceius Nerva et P. Alfenus Varus *fasti Biond.* A. 38 et 37 a. C. praefectus classis (ναύαρχος) Caesaris filii bellum navale gessit contra Sex. Pompeium *App. b. c. 5, 80, 338; 81, 342—88, 368; 96, 400; 102, 423. Dio 48, 46, 5 — 48, 2; 54, 7.* A. 32 in senatu in M. Antonium invehitur *Plut. Anton. 58. 59 (Calvisium Sabinum hic intellegendum esse non plane certum; libri praebent* Καλούϊος.) *Proconsul Hispaniae (citerioris?) a. 29/28 a. C. ut videtur (cf. Ganter Provinzialverw. d. Triumvirn 17); in Hispania sine dubio* imperator *appellatus;* cos. imp. *t. 2—4. 6.* Die 26 m. Mai a. 28 a. C. ex Hispania triumphavit, palmam dedit *tab. Barberin.* Post triumphum viam Latinam ex manubiis refecit *t. 2—6 cf. Suet. Aug. 30, 1.* — Homo magni iudicii *Cic. fam. 10, 26, 3.*

Pater sine dubio eius qui sequitur. Soror fortasse Calvisia Flaccilla *v. supra. — A consule a. 715 civitatem accepisse putandus est* C. Calvisius Aiionis f. Galeria Sabinus, flamen Romae et divi Augusti Cluniae *II 2782. 2822 = Eph. ep. 8, 416 n. 145 cf. 9, 117.* *Gr.*

353 C. CALVISIVS SABINVS, consul a. 750 = 4 a. C. cum L. Passieno Rufo. *In consulatu:* C. Calvisius Sabinus *VI 456 = D. 99.* Γάϊος Καλουίσιος Σαβεῖνος *edictum Augusti in t. Cyrenaeo 5, 84 Notiz. archeol. 1927, 22 = Ann. ép. 1927, 166.* Γάϊος Καλουίσιος *ib. 5, 74 Notiz. arch. 21.* C. Calvisius *RgdA c. 16. X 5779 = D. 3071. Cassiodor. Chron. min. 2, 135.*

C. Calv..... *I*[2] *p. 69* = *VI 10395* ..... C. f. Sabinus *I*[2] *p. 69 fasti Lucerini.* Sabinus *Sulp. Sev. chron. 2, 27, 2; fasti.*

C. f. *v. supra; filius sine dubio eius qui praecedit, pater eius qui sequitur. — Tituli XI 4772 cf. p. 1374 = D. 925 Spoletinus* Pietati [C.] Calvisi C. f. Sabini, patroni, cos., VII vir(i) epul(onum), cur(ionis) max(imi), ... *et IX 414 Canusinus ut videtur* C. Calvisio Sab. cos. patron. *aut ad hunc aut ad filium eius, consulem a. 26, pertinent (in censum non venit consul a. 39 a. C., quem imperatorem appellatum esse constat). Gr.*

354 C. CALVISIVS SABINVS, consul a. 26 p. C., *memoratur ni fallor in titulis X 1468 (1) Herculanensi, VI 1963 = 5180 = D. 1948 (2) urbano, X 6223 (3) Fundano, qui t. vix potest pertinere ad consulem anni a. C. 4. De titulis IX 414. XI 4772 v. supra n. 353.*

In consulatu: C. Calvisius Sabinus *II 2093.* C. Calvisius *X 896. Tac. a. 4, 46. Cassiodor. Chron. min. 2, 136.* C. Ca..... *I*[2] *p. 71 fasti Arv.* Calvisius Sabinus *XI 3805 = D. 6579.* Calvisius *XV 4531 in amphora.* ..alvisius Sabinus *III 7153 (si ad hunc pertinet).* ....visius Sabinus *VI 343; ceterum* Sabinus *fasti.* — C. Calvisius C. f. Sabinus *t. 3.* C. Calvisius Sabinus *t. 1.* Calvisius Sabinus *t. 2 et apud scriptores.*

Generis claritudo *commemoratur Tac. a. 6, 9.* C. f. *t. 3; filius sine dubio eius qui praecedit.* Consul a. 26 cum Cn. Cornelio Lentulo Gaetulico *v. supra.* C. Iulius divi Aug. l. Niceros acce(n)s(us) Germanico Caisar(i) cos. *(a. 18 ut videtur)* et Calvisio Sabino cos. *t. 2.* 'Εν τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς ὤν *Dio 59, 18, 4. Utrum hic an pater fuerit* VII vir epulonum, curio maximus *XI 4772, ambiguum est (v. in patre).* A. 32 maiestatis postulatus, sed testimonio Celsi tribuni cohortis urbanae discrimini exemptus *Tac. a. 6, 9.* Legatus Aug. pr. pr. Pannoniae *(incertum an iam Tiberio imperante)* usque ad a. 39 *Dio 59, 18, 4 cf. Tac. h. 1, 48.* Cornelia uxor eius mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temptasset, in ipsis principiis stuprum ausa est: criminis huius reus T. Vinius arguebatur *Tac. l. l. Plut. Galba 12, brevius Dio l. l., qui unus nomen mulieris ponit.* E legatione recens Romam reversus a. 39 una cum uxore accusatus *(maiestatis ut videtur)*; coniuges damnationem voluntaria morte praevenerunt *Dio 59, 18, 4. Possis conicere Corneliam sororem fuisse Cn. Lentuli Gaetulici, qui mariti eius collega fuerat in consulatu et paulo post Sabinum a Gaio Caesare interfectus est (cf. Ritterling Arch. ep. Mitt. 20, 8).* — L. Ausidius Montanus comes C. Calvisi Sabini *(fortasse in legatione Pannonica) t. 1.* Sabini Calvisi dispensator curatus a Tryphone *Scrib. Larg. 231 (consulem a. 26 hic significari elucet ex mentione Tryphonis, quem praeceptorem suum appellat Scribonius Largus).—Nescio an ab hoc nomina traxerit* P. [Calv?]isius Sabinus Pomponius Secundus cos. a. 44 *(XIII 5201 + 5237. 11515 cf. Drexel Germ. 13, 175). Gr.*

355 Q. CALVISIVS SABINVS, clarissimus vir *in signaculo servi XI 6712, 99. Non fuit ante saec. p. C. alterum, ut apparet ex appellatione* c. v. *Gr.*

— P. [CALV?]ISIVS SABINVS POMPONIVS SECVNDVS *v. in Pomponiis.*

356 **C. Calvisius Statianus.** *Tituli: ei positus Veronensis V 3336 = D. 1453 (1). Alexandrinus III 12048 (cf. 13573) = Breccia Iscr. Gr. e Lat. n. 73 (2). Papyri BGU 847 = Wilcken Chrest. 460 (1). PSI 3, 235 (2). Oxy. 12, 1451 (3). Hombert in Mél. P. Thomas (1930), 443 sq. = Preisigke—Bilabel SB 4, 7460 (4). Viereck Aegyptus 13, 47 (5).*

C. Calvisius Statianus *t. 1. 2. p. 3;* Calvisius Statianus *p. 2. 4. 5;* Calv . . . *p. 1;* Φλάβιος *(errore pro* Γάιος?) Καλουίσιος *exc. de virt. et vit. n. 306 p. 371 Roos = Dio exc. 71, 28, 3. 4 (p. 268 Boiss.),* C. f., Poblilia *t. 1 (origine fortasse Veronensis).* Ab epistulis latinis Augustorum *(sc. Marci et Veri) t. 1,* praefectus Aegypti *t. 2. p. 1—5,* ὁ λαμπρότατος *p. 4. 5,* a. 170 d. 24 Febr. *p. 5,* a. 174 d. 19 Iul. *p. 4;* a. 174 d. 26 Oct. *t. 2,* a. 175 m. Martio ad Iunium *p. 3,* a. 175 *Dio l. c.* Imperator Marcus eum participem rebellionis Avidii Cassii a. 175 non interfecit neque bonis privavit, sed in insulam relegavit *Dio.* — Patronus Veronensium advocatus populi *t. 1.* — *Idem videtur* Statianus egregius vir, amicus Frontonis, pater Faustiniani *(supra n. 346) Fronto ad am. 1, 5 p. 177 N. = 1, 290 Haines. Cf. infra n. 898.* *St.*

— Calvisius Taurus *v.* L. Calvenus Taurus.

357 P. CALVISIVS TVLLVS RVSO, consul I a. 109, II *a. inc., memoratur in actis fratrum Arvalium a. 87 VI 2065 col. 2, 51 cf. 46 (1), in t. servi Puteolano X 2625 (2).*

In consulatu: [P. Calvisius Tullus] Ruso *BGU 7, 1691 v. 14 testatio professionis liberorum.* P. Calvisius Tullus *ib. v. 1. fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 190 tab. 2 v. 5. fasti fer. Lat. VI 2016 = XIV 2242; ceterum* Tullus *in titulis fastisque (errore* Tullius *fasti Hydat. Chron. min. 1, 223).* — P. Calvisius . . . . . *t. 1.* Calvisius Tullus *t. 2. vita Marci 1, 3.* P. Calvisius *M. Caes. ad Front. 3, 2 p. 41 N. = 1, 60 Haines.* Publius *in nomine filiae (v. infra).*

Ex nominibus apparet Tullum filium fuisse P. Calvisii Rusonis *(n. 350); dubium ergo non videtur, quin idem sit* Rusonis (filius) P. Calvisius . . . . . . *t. 1. Obstat sane quod refert biographus (vita M. 1, 3. 4)* (Marci) mater Domitia Calvilla, Calvisii Tulli bis consulis filia, — — — — — proavus maternus Catilius Severus, bis consul et praefectus urbi *(cf. § 9). Quod recte se habere non potest. Nam prorsus incredibile est L. Catilium Severum consulem a. 110 et 120 patrem fuisse Tulli Rusonis, qui ante eum fasces susceperat. Error quomodo explicandus sit, non liquet. Forsitan suspicari possis Domitiam Cn. f. Lucillam Tulli Rusonis uxorem primum nuptam fuisse filio aliunde ignoto L. Catilii Severi, ut Severus minus accurate*

'proavus maternus' imp. Marci *dictus sit pro* 'socero aviae maternae'. *Huic coniecturae fortasse favet, quod cum L. Catilius Severus ut homo modicae originis tarde ad consulatum pervenisse putandus est tum imperator Marcus non solum principio aevi sui nomen habuit Catili Severi (Dio 69, 21, 1. vita M. 1, 9; v. supra A 697), sed etiam heres sine dubio ab eo institutus est (v. infra n. 558). Sane fatendum hanc rem pro certo diiudicari non posse.*

Diebus 17 et 20 m. Mai a. 87 inter pueros patrimos et matrimos, qui fratribus Arvalibus praesto erant *t. 1. Pontifex vel flamen* a. 101/102, *nam* P. Calvisius Trophimus, *qui memoratur in laterculis kalatorum pontificum et flaminum VI 31034. 32445, eius sine dubio libertus fuit. Nescio an fuerit legatus Aug. prov. Cappadociae et Galatiae sub patre legato Aug. pr. pr. consulari a. 106/107 (v. in patre).* Consul a. 109 cum A. Cornelio Palma Frontoniano II *v. supra* usque in kal. Martias *fasti Ostienses v. 5*, deinde cum L. Annio Largo *fasti fer. Lat.* (Lat. fuer. III ....) usque in kal. Maias *cf. fasti Ostienses v. 6.* Consul bis *vita Marci 1, 3: II suffectus a. inc. probabiliter imperante Hadriano.*

Maritus Domitiae Cn. f. Lucillae *(v. infra Domitia Lucilla maior). Uxor eius videtur memorari in t. Antiochensi Pisidiae Rusoni patri Tulli et propinquis eius posito Journ. Rom. St. 3, 302; v. supra n. 350. Domitiam bis nuptam fuisse, altero matrimonio se coniunxisse cum Tullo Rusone recte ut opinor statuerunt Dressel XV p. 266, Kappelmacher RE 5, 1517.* — Pater Domitiae Calvillae *(immo* Lucillae) *vita Marci 1, 3, quae in tegulis permultis dicitur* Domitia P. f. Lucilla *(v. infra in Domitiis).* Avus imperatoris Marci *vita Marci l. l. M. Caesar ad Front. 3, 2 p. 41 N. = 1, 60 Haines.* — In domo eius Ti. Claudius Atticus Herodes eruditus *M. Caesar l. l.* — *Liberti ex hac domo VI 7043. 12139 sq.*, P. Calvisius Trophimus *v. supra (alius cognominis in t. Deae Augustae Vocontiorum rep. Espérandieu ILG 1, 236).* *Gr.*

358 ... Calvisius Verus, P. f., Fa[l(erna)], tribunus militum legionis XI[II] *vel* XI[III] geminae, [qu]aestor *Puteolis puto, non populi Romani X 1708 cf. Eph. ep. 8 p. 350 t. Campanus.* *Gr.*

359 CALVISIA FLACCIL(L)A, *IG 3, 868, melius ib. 2/3², 4111 v. supra* C. Calvisius Sabinus *n. 352.* *Gr.*

360 T. Calvius M. f. *X 6520 v. n. 362.* *Gr.*

361 M. Calvius Priscus, M. f., Papiria *X 6520 v. n. 362.* *Gr.*

362 M. CALVIVS PRISCVS *memoratur in t. Corano X 6520 (1) saec. XVI bis descripto; ad eundem pertinere videtur t. permutilus item Coranus X 6521 (2), cuius frustula semel descripta sunt.*

M. f., Papiria *t. 1; origine sine dubio Coranus.* Adlectus in ordine senatorio a Ti. Claudio Caes. Aug. Germanico cens(ore) inter tribunicios

(a. 47/48) t. 1. Nomini eius cum additum sit in t. 1 patr(is), *videntur Prisci huius filii* M. Calvius M. f. Pap. Priscus fil[ius] *et* T. Calvius M. f., *qui in eodem t. memorantur.* *Gr.*

363 CALVIA CRISPINILLA (Καλουία Κρισπινίλλα *Dio-Xiph. 63, 12, 3.* Galvia Crispinilla *traditur Tac. h. 1, 73),* γυνὴ ἐπιφανής *Dio 63, 12, 4 (cave igitur parentes eius putes, ut voluit Klebs PIR*[1] *C 297,* C. Calvium Logum et eius uxorem conlibertamque Crispinillam Euhodi divi Aug. l. libertam *VI 16586).* Magistra libidinum Neronis *Tac. l. l.* Neronem in Achaiam proficiscentem *(a. 66)* comitata est *Dio l. l. 3. 4;* cura Spori ei permissa; rapinae eius *Dio l. l. Post necem Neronis* transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum, famem populo Romano haud obscure molita *Tac. l. l.* Imperante Othone Romae ad supplicium expostulata periculo eximitur; totius postea civitatis gratiam obtinuit, consulari matrimonio subnixa et apud Galbam Othonem Vitellium inlaesa, mox potens pecunia et orbitate *Tac. l. l. Nomen eius* (Cal. Crispinillae) *invenitur iunctis litteris scriptum in amphoris Histricis et Tergestinis V 8112, 24. 25 = D. 8574 b, Pannonicis (minus accurate exceptis) III 12010, 2, in tegulis Histricis Archeogr. Triest. 1890, 334 sq., 3* (Crispinillae). *4* (Cal. Crispinillae). *In tegulis (V 8110, 207. Archeogr. Triest. l. l. 336, 8) amphorisque (III 12010, 7. 14371, 7 = D. 8574 a) Tergestinis et Poetovionensibus extat* Traul. et Cris., *unde recte sine dubio coniecit Dessau priorem Crispinillae maritum fuisse* Sex. Traulum Montanum equitem Romanum, qui capitis damnatus est a. 48 *(Tac. a. 11, 36). — Libertus Crispinillae videtur memorari (ut perspexit Dessau) in fragmento Barii rep. Not. d. sc. 1892, 208* . . Calv[ius A]dme[tus? Calviae Cri]spinill[ae l.?]; *eiusdem libertum putaverim* C. Calvium Fortunatum, Calviae Crispinillae patrem, *VI 14290, hominem originis Africanae ut videtur.* *Gr.*

364 Calusidius, miles exercitus Germanici a. 14 *Tac. a. 1, 35, cf. 43; eandem rem narrat Dio 57, 5, 2 nomine non posito.* *St.*

365 Calvus, themata omnia de Vergilio elicuit et deformavit ad dicendi usum *Serv. Verg. Aen. 10, 18.* *St.*

— C. (LICINIVS) CALVVS STOLO.

— P. SERVILIVS CALVVS.

— CASSIVS CAM . . . *v.* T. Iulius Maximus — — — — — Cassius Cam . . . .

— . . [AN]NIVS CAMARS.

— A. ANNIVS CAMARS.

— T. ANNIVS [CAMARS?].

— C. LVCCEIVS CAMARS.

366 Camerinus, poeta epicus, 'qui . . . canit domito . . . ab Hectore Troiam' *Ovid. ex Ponto 4, 16, 19.* *St.*

— A. Laberius Camerinus.

— C. POMPONIVS CAMERINVS.

— SCRIBONIANVS CAMERINVS.

— Q. SVLPICIVS CAMERINVS.

— [C.] IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER C ... CIVS.

— CAMILIA AEQVA *v.* (Iulia) Camilia Aequa.

— TI. CLAVDIA CAMILIA ALFIDIA CELONIS.

— ARRVNTIA CAMILLA.

367 M. CAMILLIVS SVRD[INVS?] a. 64 p. C. cooptatus in collegium sacerdotale *aliquod e maioribus VI 2002.* *Gr.*

368 ..... CAMILLVS *commemoratur in t. Allifano mutilo* ..... Celeris, [legati ....] Camilli in provincia..... *IX 2335 = D. 961 v. 7 (cf. v. 2 sq.* q(uaestori)..... lli cos.). *De M. Furio Camillo cos. a. 32 cogitavit Dessau fortasse recte.* *Gr.*

369 Camillus *in t.* dispensatoris *VI 9323; nescio quis sive ex Arruntiis sive ex Furiis.* *Gr.*

— L. ARRVNTIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS.

— M. FVRIVS CAMILLVS.

— FVRIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS *v. supra A 1140.*

— OVINIVS CAMILLVS.

370 **L. Cammiu[s] Secundi[nus],** primus pilus (bis?), praefectus legionis X[XII Deiotarianae?], procurator Augusti (Norici), M. Gavio Maximo praefecto praetorio *(sub Pio)* amico *t. Flaviae Solvae posuit III 5328. Idem videtur* Cam .... Secu .... *in tegulis legionis XIII geminae, in qua fortasse primus pilus fuit III 4660, 5. Cf. quae dixi in libro cui inscribitur Der röm. Ritterstand 152. Contra Hüttl Ant. Pius 2, 132.* *St.*

371 Camonius Rufus, Bononiensis, annos natus viginti defunctus in Cappadocia patre superstite, amicus Martialis *6, 85; 9, 74. 76.* *St.*

— SALVIVS NEN[O]LAVS CAMPANIANVS CN. PLOTIVS MAXIMINVS T. (H)OENIVS SEVERVS SERVEIENVS VRSVS *v.* Nenolaus.

372 **M. Campanius Marcellus,** M. filius, M. nepos, Falerna, praefectus cohortis tertiae Breucorum, tribunus cohortis primae Hemesenorum, praefectus equitum alae Parthorum, procurator provinciae Cypri, procurator Augustorum ad Mercurium Alexandreae *t. Campanus X 3847 = D. 1398.* *St.*

373 TITVS *(vel* TITIVS, *in lapide* Titi *casu gen.)* CAMPANIVS PRISCVS MAXIMIANVS, vir consularis, omnibus honoribus in urbe sacra functus, qui vixit an. XX[X]XIII *XII 137 t. sepulcralis Seduni in Alpibus Poeninis rep., quem posuit* .... openda Valeriana clarissima femina mater. *Fortasse non fuit ante Diocletianum. Cum hoc necessitudine coniuncti videntur* L. Campanius Priscus et Virilis filius eius, sacerdotes Romae et Augusti *XIII 3148—3150 (civitas Redonum).* *Gr.*

374 Campanus, iuris consultus, *scripsit post legem Aeliam Sentiam latam (anno p. C. 4), citatur a (Sex.) Pomponio dig. 40, 5, 34, 1 et ab (Aburnio) Valente ib. 38, 147.* *St.*

375 Campanus, e primoribus Tungrorum a. 70 universam gentem Civili tradidit *Tac. h. 4, 66.* *St.*

— SEX. HERMETIDIVS CAMPANVS.

— C. SECIVS CAMPANVS.

376 CAMPATIVS *(sic libri, vulgo* Carpathius), dictum eius in Titium Maximum *Quintilian. inst. 6, 3, 71; senatorii ordinis ut videtur* ('in orchestra pila lusi'). *Gr.*

377 Sex. Campatius M. f. M. n., [praefec]tus C. Caesaris *(Augusti filii ut videtur)*, [dictator? *an* quaestor? Caeret]anus *(potius quam* [eques Romanus), III vir [aere argento auro flando feriundo *vel* capitalis], [trib]unus militum, [qui in mili]tia decessit *XI 3610. 3611 tituli Caeretani.* *Gr.*

378 Campester *(sic. Fulg.;* Campestris *adnot. super Lucan. 1, 529;* Καμπέστριος *Lyd.;* in Campestro *Serv.)*, astrologus Romanus, qui praecepta sua e Petosiri *qui fertur* hausit *Lyd. de ostent. 9 p. 24 W.*[2] *Serv. Aen. 10, 272*, scripsit de cometis *adnot. super Lucan. 1, 529. Lyd. l. l. 10, 35*, in catabolicis infernalibusque cecinit *Fulgent. Virg. cont. p. 86 H., cf. Wachsmuth in ed.*[2] *Lydi p. XXXIII sq. Riess RE 3, 1443 sq.; Philol. Suppl. 6, 351.* *St.*

— **M. Maenius Agrippa L. Tusidius Campester.**

379 CAMPIA SEVERINA, virgo Vestalis maxima, *cui in atrio Vestae positi sunt tituli VI 2131 = D. 4929* d. 12 m. Mai a. 240 ab Aemilio Pardala pro conlatis in se beneficiis equestris ordinis item secundae militiae, *VI 2132 = D. 4928, quem dedicavit* Q. Veturius Callistratus, suffragio eius factus procurator rationum summarum privatarum bibliothecarum Augusti, et procurator eius. *Gr.*

380 Camsisoleus, natione Aegyptius, frater (Aureli) Theodoti qui Aemilianum ceperat, Gallieni dux, Trebellianum in Isauria rebellantem devicit *vit. tyr. trig. 26, 4 (narratio ficta).* *St.*

381 Camurius, miles legionis quintae decimae *(primigeniae, cf. Ritterling RE 12, 1759 sq.)* imperatorem Galbam occidisse dicitur *Tac. h. 1, 41. Plut. Galba 27.* *St.*

382 **C. Camurius Clemens,** C. f., Lemonia, praefectus fabrum quater, praefectus iure dicundo Caesaris Traiani Augusti *(Attidii?)*, praefectus cohortis septimae Raetorum equitatae, tribunus militum cohortis secundae Ulpiae Petraeorum milliariae equitatae, praefectus alae Petrianae milliariae civium Romanorum bis torquatae, procurator Augusti ad Miniciam, procurator Augusti epistrategiae septem nomorum et Arsinoitae; pa-

tronus Treiensium *XI 5669 = D. 2728 t. positus publice a Treiensibus, rep. prope Attidium. Pater videtur* Q. Camuri Numisi Iunioris. *St.*

— Q. CAMVRIVS NVMISIVS IVNIOR *v. infra sub Numisiis.*

— Aurelius Canartha.

383 Candace, regina Aethiopum, cuius duces *anno a. C. circiter 25* Thebaidem invaserunt, Syenen et Elephantinen et Philas ceperunt, sed victi et fugati sunt a C. Petronio praefecto Aegypti, qui oppida eorum expugnavit cum alia tum Pselcin et Premin, Napata, quae erat regia, obsessit captamque diripuit postquam filius reginae effugit; ipsa in praesidio haud longe sito *(Meroë?)* erat. Petronius captivos ad Augustum misit ex Cantabria reversum *(a. 24)*, tum Candacen Premin recuperaturam prohibuit. Candace legatos de pace confirmanda ad Augustum Sami degentem *(hieme 21/20)* misit, qui reginae omnia quae petivit dedit vel etiam tributum remisit *Strabo 17, 820. Dio 54, 5, 4—6 (ad annum 22). Plin. n. h. 6, 181 (nomine reginae non addito), cf. RgdA c. 26 (mon. Anc. lat. 5, 18 sq. gr. 14, 17 sq. Ant. 6. 7 v. 10—14). epit. de Caes. 1, 9. Propert. 4 (5), 6, 78.* Altero oculo capta erat *Strabo l. l.* Filius eius *supra commemoratus videtur esse is, qui in inscriptionibus Meroiticis* Akinizaz *nuncupatur*, regina Amon-renas, rex Teritequas *Griffith Journ. Eg. Arch. 3, 122; 4, 159—173 tab. XXXI—XXXII. Sayce Annals of Archaeol. and Anthrop. Liverpool 7, 23 sq. 67 sqq. In his inscriptionibus, ubi victoriae Aethiopum laudantur, reginae nomini additur vocabulum* katakel *vel* kazake *(= Candace) Griffith Meroitic Inscr. 1, 55. 79. Journ. Eg. Arch. 4, 165. Ex quo efficitur Candacen appellationem fuisse, non nomen proprium reginae, sicut tradunt Bion Solensis FHG 4, 351, 5* Aethiopes matrem regis Candacen appellare *et Plin. n. h. 6, 186 (e Bione ut videtur promptum)* quod nomen multis iam annis ad reginas transiit, *sed non recte hic adnotat* Meroae regnare feminas, *cum in monumentis reges obviam fiant (cf. Griffith Journ. Eg. Arch. l. c.) nec omnes reginae Candace appellentur. In titulo Pselci rep. CIG 5080 = IGR 1, 1359 = Wilcken Chrest. 4* τὴν κυρίαν βασίλισσαν *noli Candacen intellegere sed deam Isim reginam eandemque in t. prope Meroen rep. III 83* dominam reginam, *cf. de Decker Rev. instr. publ. Belg. 54, 300 sq. Dessau Gesch. 2, 645 sq., 2. De alia* Candace Meroae regnante Neronis exploratores nuntiavere *Plin. n. h. 6, 184. 186, cf. Sen. n. q. 6, 8, 3, item diversa* Candace regina Aethiopum *(Tiberii aetate) acta apost. 8, 27. Eiusdem nominis regina* ἐν Μερόῃ *Ps. Callisth. 3, 18, 2 Kr., quam convenisse Alexandrum Magnum fabula tradit. Cf. Kees RE 15, 1052 sq. Inde Aethiopes* Candacissi *nominantur geogr. Rav. 1, 2, p. 5; 3, 1 p. 118; 3, 12 p. 166; 5, 28, p. 416.* *St.*

— Albucia Candida.

— POMPEIA FVLCINIA CANDIDA.

— **Macrobius Candidianus.**

— CANDIDVS, consul (suffectus).. nonas Maias cum Frontone *VI 15847; hi consules sunt* Ti. Iulius Candidus Marius Celsus et Sex. Octavius Fronto a. 86.

384 Candidus, dux peditum, qui una cum (M. Macrinio Avito Catonio) Vindice praefecto equitum Langobardos et Obios trans Danuvium in Pannoniam inrumpentes reppulit *circa a. 166. Petr. Patr. exc. de leg. 2, 391, 6 (ex Dione, cf. ed. Boiss. 3, p. 250 sq.). St.*

— M. Caecilius Candidus.

— TI. CLAVDIVS CANDIDVS.

— L. COIEDIVS CANDIDVS.

— M. HATERIVS CANDIDVS.

— IVLIVS CANDIDVS.

— TI. IVLIVS CANDIDVS.

— TI. IVLIVS CANDIDVS CAECILIVS SIMPLEX.

— TI. IVLIVS CANDIDVS MARIVS CELSVS.

— M. PAPIRIVS CANDIDVS.

— L. VESPRONIVS CANDIDVS.

— CATINIVS CANIDIANVS.

385 CANIDIA ALBINA, clarissimae memoriae femina, mater Catinii Canidiani *II 111 t. Eborensis sepulcralis positus a* Catinia Aciliana. *Gr.*

386 P. Caninius, C. f., pater L. Canini Valentis *t. prope Aquas Statiellas rep. V 7547 = D. 1407. St.*

387 **P. Caninius Agrippa,** Alexiadae filius, tribu Co(llina) *vel* Co(rnelia), procurator Caesaris Augusti provinciae Achaiae *Corinth Lat. inscr. 65. 66 = Ann. ép. 1919, 5. 6.* Πόπλιος Κανείνιος 'Αγρίππα *honoratus ab urbe Pellene* Πρακτ. 'Αρχ. 'Ετ. *1931, 73* sq. = *Ann. ép. 1934, 163. Haud scio an idem sit* P. Caninius Agrippa II vir quinquennalis Corinthi *nummi* imperante Tiberio *a. 22 vel 23 ut videtur cusi Br. M. Corinth 64, 523. 524 tab. XVI 4. Cohen* 1^2*, 205, 185—188. Journ. intern. num. 2, 105. Ex eadem sine dubio familia* L. Caninius Agrippa II vir Corinthi a. 68/9 *Br. M. Corinth 71 sq. Journ. intern. num. 2, 115 sq. St.*

388 Caninius Celer, rhetor graecus, magister imperatorum Marci *(vita Marci 2, 4)* et Veri *(vita Veri 2, 5). Idem videtur* Celer, cuius meminit Marcus superstitis Hadriano εἰς ἑ. *8, 25 neque diversus fortasse* Celer τεχνογράφος, ab epistulis (graecis), Dionysii Milesii procuratoris Hadriani inimicus a iuventute; ei, non Dionysio tribuenda declamatio 'Αράσπας ὁ τῆς Πανθείας ἐρῶν, cui generi orationum impar fuit *Philostr. v. soph. 1, 22, 3;* γραμματεὺς βασιλικός *Aristid. or. 50 (26), 57 p. 440 K. Haud ita certum num idem sit* Celer, ad quem Hadrianus sophista consolationem scripsit (Παραμυθητικὸν εἰς Κέλερα) *Suid. s.* 'Αδριανός Α *528 Adler. St.*

389 L. CANINIVS GALLVS, *filius L. Caninii Galli tribuni plebis a. 56 a. C.,*

consul a. 37 a. C. cum M. Vipsanio Agrippa (Λ. Κανίνιος Λ. υἱ Γάλλος *Dio ind. l. 48.* L. Caninius *Cassiodor. Chron. min. 2, 134.* L. Can ..... *XI 6673, 18.* Λούκιος Γάλλος *Dio 48, 49, 4.* Γάλλος *ib. 49, 23, 5.* Κανίδιος *(sic)* Γάλλος *Ios. ant. 14, 487; ceterum* Gallus). *Vel hic vel pater eius* Caninius Gallus, qui et C. Antonii, quem damnaverat, filiam in matrimonium duxit et M. Colonium, a quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habuit *Val. Max. 4, 2, 6 (cf. Münzer RE 3, 1477, 4). Pater eius qui sequitur.* *Gr.*

390 L. CANINIVS GALLVS, consul suffectus a. 2 a. C., *memoratur in cippo terminali VI 31543 = D. 5893 (1), in actis Arval. VI 2024 (2). 2025 = 32342 (3). 2027 cf. 32343 (4); in t. servi ib. 7989 (5). — Nummi: I aurei, in adversa caput Augusti cum inscriptione* Augustus divi f., *in aversa inscripti* L. Caninius Gallus, *ianuam exhibentes adscripto* ob c(ives) s(ervatos) *Babelon Monn. rép. Rom. 1, 311, 1. Grueber Coins 2, 103, 4676 = Mattingly Br. Mus. 1, 26, 126. v. Bahrfeldt Röm. Goldmünzenpräg. 144, 181. II denarii: in adversa* Augustus, *in aversa* L. Caninius Gallus III vir, *cum typis diversis: a)* Augustus tr. pot. *Babelon n. 2. Grueber n. 104 = Mattingly n. 131. b) barbarus (Gallus vel Germanus, non Parthus, ut recte observarunt Blanchet Congrès int. de num. Bruxelles 1891 Mém. 103 sq., v. Bahrfeldt Num. Zeitschr. 28, 77 sq., Goldmünzenpräg. 144, cf. RgdA c. 29) genu flexo signum offerens Babelon n. 3. Grueber n. 4678—4681 = Mattingly n. 127—130. c) cippus, in quo inscriptum est* C · C|AVG|VS|TI, *quod cave solvas* C. C(aesaris) Augusti (filii), *ut voluit Grueber;* c(omitia) C(aesaris) Augusti *proposuit Mattingly vix recte. Babelon n. 4. Grueber n. 4677 = Mattingly n. 132 cf. p. CVIII. Cf. RIC 1, 77 sq.*

In consulatu: L. Caninius Gallus *VI 36809 = D. 9250.* L. Caninius *RgdA c. 16.* L. Can. *tessera nummularia I 749 = Herzog n. 77.* Gallus Caninius *Vell. 2, 100, 2.* — L. Caninius Gallus *t. 1—5. nummi.* Caninius Gallus *Tac. a. 6, 12.*

Filius L. Caninii Galli consulis a. 37 a. C. Antonia C. Antonii cos. a. 63 a. C. filia *(Val. Max. 4, 2, 6) utrum mater eius fuerit an avia, parum constat (cf. n. 389).* Triumvir monetalis *nummi, post a. 23 a. C., cum in n. II a* Augustus *dictus sit* tr. pot. *Neque quo anno triumviri monetalis officio functus sit neque qui collegae eius fuerint, certa ratione definiri potest. Anno c. 18 a. C. triumviratum eius vindicaverunt Willers Kupferprägung 156, Gabrici Sumbolae litt. in hon. Iul. de Petra 200 incertis ex causis, anno 12 a. C. Mattingly 1 p. CVII sq.; vix est, cur statuamus eum non plus decem annis post quam vigintiviratu functus esset, ad summum honorum fastigium pervenisse.* Consul (suffectus) a. 752 = 2 a. C. *primum* cum Augusto cos. XIII *Vell. 2, 100, 2 (kal. Augustis cf. Mommsen RgdA² 93), deinde cum* C. Fufio Gemino *VI 36809 = D. 9250* (d. 18 m. Sept.), *postremo* cum Q. Fabricio *RgdA c. 16. Herzog tess. numm.* 77 (k. Dec.); *videtur igitur*

kalendis Iuliis suffectus esse M. Plautio Silvano. Gallus et Fufius Geminus consules legem *tulerunt* Fufiam Caniniam *(cf. Leonhard RE 12, 2355 sq.).* Quindecimvir sacris faciundis *Tac. a. 6, 12.* Frater Arvalis in collegio adfuit a. 27 p. C. *t. 2*, a. 35 et 36 *t. 3, a. inc. Tiberii t. 4;* magister collegii a. 36 *t. 3.* Curator riparum et alvei Tiberis, *primus in collegio t. 1 aetate Tiberii ante a. 24 (cf. Cantarelli Bull. com. 1889, 191 sq.).* A. 32 librum Sibullae recipi inter ceteros eiusdem vatis et ea de re senatus consultum postulavit; quo per discessionem facto misit litteras Tiberius: Gallo exprobrabat, quod scientiae caerimoniarumque vetus incerto auctore, ante sententiam collegii, apud infrequentem senatum egisset *Tac. a. 6, 12.*

Filia eius sine dubio Caninia Galla, *quae memoratur in t. libertorum VI 14327* (L. Canini Gallae l. Anchiali *cet.), cf. 7995. Ad familiam Galli (cf. t. 5) pertinuit monumentum ad viam Salariam effossum VI 7987—7996.* — *Nescio num idem sit . . .* Gallus XV vir [sacris faciundis, consu]laris, *qui memoratur in t. mutilo acephalo feminae alicuius nobilis II 4129; v. infra* P. Cornelius Dolabella *n. 1348.* *Gr.*

391 C. CANINIVS REBILVS, [C. f.] C. n. *(fasti Capitol.), filius* C. Caninii Rebili consulis suffecti a. 45 a. C. *Domus Rebilorum censa est in tribu Teretina cf. Ios. ant. 14, 220.* Quindecimvir sacris faciundis a. 17 a. C. *VI 32323 v. 107* (Rebilus), *v. 152* (C. Rebilus) *acta lud. saec.* Consul a. 12 a. C. *(primum cum P. Sulpicio Quirinio, deinde cum L. Volusio Saturnino)* suffectus in locum C. Valgii Rufi, in magistratu mortuus est *I² p. 28 fasti Capitol.: . . . .* C. n. Rebil., *p. 62 fasti Cuprenses: . .* Caninius . . . . . , *p. 64 fasti Colotiani:* C. Caninius . . . . . ; Robellio *fasti Hydat. Chron. min. 1, 218.* Ῥουβελλίου *chron. Pasch. ib.; eiusdem fortasse memoria extat in fastis Pincianis I² p. 219 col. 2 v. 31* (m. Aug.) C. Canini *(de patre huius cogitavit Mommsen). Pater eius qui sequitur, avus C. Canini Rebili consulis a. 37 p. C. (n. 393).* *Gr.*

392 (CANINIVS REBILVS). *C. Caninius Rebilus cos. a. 37 (n. 393) propter aetatis rationes vix potest fuisse filius viri cognominis demortui in consulatu a. 12 a. C. (n. 391); itaque statuendum est hunc reliquisse filium ceteroquin ignotum, qui filium suscepisset C. Rebilum n. 393. Quo testimonio nisus Borghesi, quem affert de Vit Onom. 3, 171 n. XIII, in fastis non editis posuerit P. Caninium Rebilum fasces gessisse sub Tiberio post a. 16 cum Furio, equidem non perspicio; certe Caninios Publii praenomen gerentes non novimus.* *Gr.*

393 C. CANINIVS REBILVS, consul suffectus a. 37 p. C. *Consulatus eius indicatur in fastis Ostiensibus XIV 4535 (1); ad eum sine dubio pertinet t. Tusculanus ib. 2622 (2); hic fortasse nominatus fuit in t. sepulcrali libertae suburbano Not. d. sc. 1923, 363 (3).*

C. Caninius C. f. Rebilus *t. 2.* C. Caninius Rebilu[s] *t. 1.* Rebilus *t. 3.* —

G.(?) Aminius rebius *cod. Med. Tac. a. 13, 30.* Rebilus *Sen.* — *Filius eius qui praecedit.* Consul suffectus cum A. Caecina Paeto ex kal. Sept. usque ad finem a. 37 *fasti Ostienses [designatum eum esse consulem Tiberio etiamtum imperante ex Dione 59, 7, 9 concludere possis. St.];* consularis *Sen. benef. 2, 21, 6.* Aedilis Tusculi cum C. Caelio Rufo *(cos. a. 17 ut videtur) t. 2.* Ex primoribus peritia legum et pecuniae magnitudine *Tac. l. l.* Ob libidines muliebriter infamis *Tac. l. l.* Homo eiusdem infamiae atque Fabius Persicus (cos. a. 34); a neutro Iulius Graecinus *(is qui a Gaio Caesare interfectus est)* pecuniam oblatam sibi accepit *Sen. l. l.* A. 56 cruciatus aegrae senectae misso per venas sanguine effugit *Tac. l. l.* *Gr.*

394 Caninius Rufus *(sic in inscriptione epist. 1, 3; 3, 7, ceterum* Caninius), amicus et conterraneus Plinii *epist. 1, 3; 2, 8,* bellum Dacicum *(Traiani)* graecis versibus scribere parabat *8, 4;* de poetis ad eum scribit *Plin. 3, 7; 6, 21,* ei materiam praebet carmini fingendo *9, 33.* Munificentia eius in cives suos oblata *7, 18.* — *Vix huc facit, id quod credit Cichorius Röm. Stud. 322,* L. Caninius Rufus Mytilenaeus *IG 12, 2, 88, 19; 375.* *St.*

— M. CLA(VDIVS) CANINIVS SEVERVS.

395 **L. Caninius Valens,** P. f., C. n., procurator quattuor publicorum Africae *t. prope Aquas Statiellas rep. V 7547 = D. 1407.* *St.*

396 CANINIA GALLA, *filia L. Caninii Galli consulis a. 2 a. C. (n. 390) ut videtur; in quo vide.* *Gr.*

— CLAVDIA CANINIA SEVERA.

— M. ACILIVS CANINVS.

397 Canius Rufus *(sic Martial. 3, 20, 1;* Canius *id. 1, 61, 9; 69, 2; 3, 64, 6; 7, 69, 1; 87, 2; 10, 48, 5; ceterum* Rufus), amicus Martialis, Gadibus oriundus *1, 61, 9,* poeta, qui scripsit Pantaenida 7, 69, 7, fabulas *3, 64, 6; 20, 5 (cf. Thiele Philol. 70, 539—548),* res gestas *3, 20, 3,* elegias, carmina heroa, tragoedias ib. *v. 6. 7,* iocosus *1, 61, 9; 69, 2; 3, 20, 21.* Maritus Theophilae *7, 69, 1.* Fautores eius (Domitii) Tullus et Lucanus, Pollio *(nescio quis) 3, 20, 17. 18.* Martialis ei carmina mittit *3, 100. Idem videtur significari 3, 82, 33; 94, 2; 97, 1; 4, 13, 1; 82, 1; 10, 48, 5, fortasse etiam 2, 11, 1; 29, 1; 48, 7; 84, 4.* *St.*

398 Cannabas sive Cannabaudes, dux Gothorum, quem imperator Aurelianus *(a. 271)* interemit *vita Aurel. 22, 2, cf. 33, 3.* *St.*

399 CANNVTIVS MODESTVS, legatus legionis XXX Ulpiae victricis a. 223 *XIII 8607 = D. 2350 t. rep. in castris quibus Vetera nomen erat. Parentela videtur coniunctus cum* Cannutia Crescentina *(quae sequitur) et cum* Q. Aiacio Modesto Crescentiano cos. II a. 228 *(supra A 470).* *Gr.*

400 CANNVTIA CRESCENTINA (κανουντία *cod., corr. Boissevain),* virgo Vestalis, ab Antonino Severi f. incesti damnata a culmine domus se praecipitavit *Dio exc. 77, 16, 1. 3.* *Gr.*

— AEMILIVS SEVERVS CANTABRINVS.

— [C]ANVL[EIVS], *in t. Amastride rep. CIG 4152 d male traditur pro* [L. Lolli]ano [Avito]; *v. infra sub Lollianis.*

401 Canus, choraula, quem Galba parce donavit *Suet. Galba 12, 3; paulo secus Plut. Galba 16.* Rhodi degebat *Philostr. v. Apoll. 5, 21. Dicta eius Plut. an seni res p. ger. 5, 786 C. Philostr. l. l. Meminit eius Martial. 4, 5, 8; 10, 3. 8.* *St.*

— Iulius Canus.

— SVLP[IC]IVS(?) CANVS.

— SVLPIVS(?) CANVS.

402 Q. CANVSIVS PRAENESTINVS *(plena nomina exhibent tituli praeter XV 913 b:* Canusi Prenestini), consul suffectus cum C. Lusio Sparso idib. Dec. *a. inc. aetate Antonini Pii III p. 882 (cf. p. 1989) dipl. mil., probabiliter a. 156 vel 157 cf. Hüttl Anton. Pius 2, 80.* Maceriam et ollaria libertis libertabusque suis fecit *in agro Nomentano XIV 3932 = D. 7940. Commemoratur in tegulis repertis Romae in monte Caelio XV 913 a, Tusculi ib. b, in fistula aquaria in Esquiliis rep. XV 7423, in marmore rudi Ann. d. inst. 1870, 188 n. 236.* *Gr.*

— CANVTIA CRESCENTINA *v.* Cannutia Crescentina.

403 Capella, 'clauderet imparibus verba... modis' *in catalogo poetarum aequalium Ovidii ex Ponto 4, 16, 36; scripsit igitur metro elegiaco.* *St.*

— Antistius Capella.

— Caecilius Capella.

— C. NAEVIVS CAPELLA.

— Statilius Capella.

404 CAPELLIANVS *(traditur* Capelianus*)*, senator Romanus, ἡγεῖτο δὲ Μαυρουσίων τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις, Νομάδων δὲ καλουμένων *Herodian. 7, 9, 1, inde vita Maximini 19, 1; Gord. 15, 1* Mauros regens; *dici debuit* legatus Maximini Augusti pro praetore provinciae Numidiae. A. 238 contra M. Antonium Gordianum proconsulem Africae filiumque eius cognominem, qui imperatores acclamati erant, profectus, postquam successor ei datus est exercitu conlecto, quem sacramento in Maximinum adstrinxit, iuniorem acie vicit et interfecit, qua clade nuntiata Gordianus pater Carthagine laqueo vitam finivit. Quo facto Carthaginem ingressus Capelianus multos Gordiani partium interemit, oppida diripuit; militum animos sibi conciliabat imperium affectans, si Maximinus perisset *Herodian. 7, 9. vita Maximini 19. 20, 7; Gord. 15. 16. — Prope Theveste rep. est tit. sepulcralis alicuius qui* pro amore Romano quievit ab hoc Capeliano captus *VIII 2170 = D. 8499.* *St.*

— C. IVLIVS GEMINVS CAPELLIANVS.

— Iulius Capellus.

— Flavius Caper.

405 CAPITO, quaestor (Cyrenarum) *sub Augusto (non ante a. 23 a. C.) nummi Cyrenaici ab altera parte inscripti* Imp. Aug. tr. pot., *ab altera* Capito q. *L. Müller Numism. de l'anc. Afr. 1, 168, 438. Suppl. 30, 438 a (in parte aversa sella curulis).* *Gr.*

406 ..... CAPITO, *tribu* [Cl]u(stumina) *(origine Larinas)*, ... [patr]onus municipi, [IIII vir viarum curan]darum, tribunus [legionis ....], quaestor .... , [testa]mento fieri [iussit] *IX 731 t. Larinas. Nomen gentile potest fuisse* Raius, *cf. IX 736.* *Gr.*

407 Capito, rhetor, cuius declamatio est de Popilio, amicus Senecae *contr. 10 pr. 12; eius sententiae ib. 7, 2, 5—7; 9, 2. 9. 10. Incertum num recte eundem censuerit Buecheler Rh. M. 63, 190* Q. Hostium Capitonem, Q. f., rhetorem *in t. ad Dianae Nemorensis XIV 4201.* *St.*

408 Capito, centurio in Iudaea a. 66 *Ios. bell. 2, 298. 300.* *St.*

409 **Capito,** praefectus praetorio Probi a. 276 *vita Probi 10, 6. 7 in epistula ficta.* *St.*

410 **Cn. ... us Capito,** procurator Tiberii Caesaris Augusti honoratus publice a Cois *Bull. del museo dell' imp. R. 3, 16, 12. Fortasse procurator patrimonii provinciae Asiae nec diversus a Lucilio Capitone, quamquam lacunae ambitus nomen capere non videtur.* *St.*

411 .... Capito .... anus, ὁ κράτιστος, λογιστής *t. Thyatirenus Ath. Mitt. 24, 359.* *St.*

412 CAPITO AELIA[NVS], *plene fortasse* Aelius Capito Aelianus, filius L. Aelii Seiani et Apicatae, post interitum patris occisus a. 31 *fasti Ostienses XIV 4533 col. II 19, cf. Dio 58, 11, 5. 6. Tac. a. 5, 9.* *St.*

— C. ATEIVS CAPITO.

— **(Betilienus) Capito.**

— Claudius Capito.

— [CLODIVS CAP]ITO .... NVS.

— COSSVTIANVS CAPITO.

— EGNATIVS CAPITO.

— FONTEIVS CAPITO.

— C. FONTEIVS CAPITO.

— Herennius Capito.

— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO *etc.*

— Insteius Capito.

— **D. Iulius Capito.**

— TI. IVLIVS CAPITO.

— **Lucilius Capito.**

— SEX. NERANIVS CAPITO.

— **Cn. Octavius Titinius Capito.**

— M. OPPIVS CAPITO.

— C. STATIVS CAPITO ARRIA[NVS].

— C. TVLLIVS CAPITO POMPONIANVS PLOTIVS FIRMVS.
— **Tuticanius Capito.**
— VALERIVS CAPITO.
— **Cn. Vergilius Capito.**
413 Capitolina, mulier honestissima Oeensis *Apul. apol. 61*, filius eius *ib. 62. St.*
— Aelia Flavia Egnat[ia] Capitolina.
— Claudia Capitolina.
414 Capitolinus, scurra imperatoris Traiani *Martial. 10, 101. St.*
415 **[Ca]pitolinus,** proc(urator aquarum) Imp. Caes. M. Aur(eli) Ant(onini) Aug. *(Marci potius quam Caracallae vel Elagabali) fistula plumbea XV 7321. St.*
— **A[emi]lius (?) Capitolinus.**
— [CLA]VDIVS BASSVS [CAPI]TOLINVS.
— Cornelius Capitolinus.
— L. Fl(avius) Capitolinus.
— T. FLAVIVS [CAPI]TOLINVS.
— Q. MAMIL(IVS) CAPITOLINVS.
— Papias(?) Capitolinus.
— **Umbricius Capitolinus.**
416 Capreolus, causam acturus videtur in (Tib. Claudium Atticum) Heroden (Romae degentem *ca. annum 143) Fronto ad M. Caes. 3, 4 p. 43 N. (= 1, 66 Haines). St.*
417 Caprius, accusator vehemens, 'magnus timor latronibus' *Hor. s. 1, 66 sq. 70, cf. Porphyr. l.* c. *St.*
418 Caratacus. *Sic in tit. in agro Dumnoniorum rep. Eph. ep. 9, 982 (imaginem habes Journ. Rom. St. 9 tab. 15, 1, cf. ib. 208—210; idem nomen invenitur in t. Tabernis rep. Bull. tr. hist. 1925 p. LXI = Ann. ép. 1925, 37 d et in sigillis vasculorum Gallicorum vel Germanicorum Obergerm. raet. Limes n. 59 [Cannstadt] p. 48. 52 [tab. IV 39], cf. XIII 10010, 3199. 3203), item Zonar. 11, 10 et Tac., sed traditur* Cataratacus *a. 12, 36 in fine,* καταράτακον *Dio 60, 20, 1* Καρτάκης *Petr. Patr. exc. de sent. n. 42, cf. Holder Alt-Celtischer Sprachschatz s. v. Nummum argenteum exhibentem caput circumscriptum* Caraṭ *non ad eum, sed ad patruum cognominem ceterum ignotum referendum esse coniecit J. Evans Coins of the ancient Britons, Suppl. (1890), 552 sq. tab. 20, 8.*

Filius regis Cynobellini, frater Togodumni *Dio l. l.* A. 43 ab A. Plautio fugatus *ib. 20, 2.* Nonnullis annis post rex Silurum bellum contra Romanos gerens victus est *Tac. 12, 33—35.* Cum ad fidem Cartimanduae se contulisset, per dolum captus est nono post anno, quam bellum in Britannia coeptum *(a. 51)*, Romae ostentatus, sed a Claudio veniam obtinet *id. 36—38. 40; h. 3, 45, Zonar. l. l. Petr. Patr. l. l. (= Dio 60, 33, 3 a p. 12*

Boiss.). Cum uxore et liberis in Italia versabatur *Petr. Patr. Commemoratur uxor praeterea, non nominatur Tac. a. 12, 35. 36. 37*, filia *Tac. a. 12, 35. 36;* παῖδες *Petr. Patr.*, fratres *Tac. a. 12, 35. 36. 37, in his et* Togodumnus, qui a. 43 ceciderat *(Dio 60, 21, 1)*, et Adminius Cynobellini filius, qui ad Gaium confugerat *(Suet. Cal. 44, 2 = Oros. 7, 5, 5). St.*

— Carbilius Pictor *v.* Carvilius.

— MANILIVS CARBO.

— P. MANLIVS CARBO.

— C. PAPIRIVS CARBO.

419 Carenes, satrapa Parthorum provinciae Mesopotamiae, pro Meherdate rege pugnans a Gotarzo circumventus est a. 49 *Tac. a. 12, 12—14. St.*

420 Carfinia, femina impudica Domitiani aetate *Iuvenal. 2, 69. St.*

421 ..... C]**arinus** *(non* Earinus *quod supplevit Dessau tamquam hominis nomen libertini)*, (procurator tractus Karthaginiensis *ut recte observavit Schulten Klio 7, 193 sq.)* sub Hadriano *t. prope Thignicam rep. VIII 25943. St.*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARINVS AVG.

— Cario —, v. Chario —.

— Caracylaea *traditur CIG 4030; lectio corrupta; v.* Claudia Aquilia.

422 P. CARISIVS. *Nummi (sc. denarii, quinarii, asses) Babelon Monn. rép. Rom. 1, 318—323, 14—30. Grueber Coins 2, 374—377, 110—135 = Mattingly Br. Mus. 1, 51—55, 277—303, in parte adversa caput Augusti exhibent cum inscriptione* Imp. Caesar Augustus *vel* August. *vel* Caesar Aug. trib. potest. *(asses) vel similiter, in aversa denarii:* P. Carisius leg. pro pr. *(Mattingly n. 277—292), quinarii:* P. Carisi leg. *(ib. 293—297), asses:* P. Carisius leg. Augusti *(ib. 298—302) vel* P. Carisius leg. *(ib. 303). In denariis Babelon n. 24. 25. Mattingly n. 288—292 et assibus Babelon n. 26. 27 muri portaeque cernuntur, in quibus inscriptum est* Emerita *(Babelon n. 26. 27 errore* Augusta Emerita *cf. v. Bahrfeldt Num. Zeitschr. 28, 80). Cf. RIC 1, 82, 221—238.*

P. Carisius *nummi.* Τίτος Καρίσιος *Dio 53, 25, 8, confundens eum ut opinor cum T. Carisio, triumviro monetali aetate Caesaris dictatoris, Publii fortasse fratre natu maiore (cf. XII 1028:* T. Carisius T. f. praetor Volcarum); *ceterum* Carisius. — Legatus Augusti pro praetore *nummi; eum Hispaniae ulteriori praefuisse iure meritoque statuerunt Kornemann Hirschfeld-Festschr. 224. 231, Syme Amer. Journ. Phil. 55, 293—317.* A. *26 et* 25 a. C. *(cf. Syme l. l.)* contra Astures pugnavit, Lanciam oppidum cepit *Dio 53, 25, 8. Florus 2, 33, 56—58. Oros. 6, 21, 10. Iussu Augusti veteranos in Augustam Emeritam coloniam deduxit, nummi. Dio 53, 26, 1 (ubi nomen Carisii non ponitur) ad a. 25 a. C. cf. Hübner CIL II p. 52. Syme 307.* Legatus Augusti *a. 23 a. C. etiamtum, cum Augustus in assibus*

dictus sit trib. potest. *(v. supra).* Astures propter insolentiam et avaritiam Carisii rebellantes ab hoc et C. Furnio devicti *Dio 54, 5, 1. 2. 3 ad a. 22 a. C.* *Gr.*

— T. CARISIVS *v.* P. Carisius *n. 422.*

423 C. CARISTANIVS FRONTO *posuit t. III 14192*[4] *prope Synnada rupi incisum (1); ei positi sunt, cum esset legatus Lyciae et Pamphyliae, tituli Antiochiae Pisidiae Journ. Rom. St. 3, 260 = D. 9485 (2), Cadyandis IGR 3, 512 = TAM 2, 658 (3), Tl› CIG 4252 e = IGR 3, 555 = TAM 2, 565 (4); huic et uxori eius et fortasse etiam Paulino filio natu minori positus a* Frontone *filio (natu maiore) t. Antiochensis Pisidiae IGR 3, 300, melius Journ. Rom. St. 3, 262 (5) (extat tantummodo media pars baseos elogium matris continens); commemoratur in t. mutilo Limyris rep. IGR 3, 729 (6), in fragmento t. Paulini filii Cadyandis rep. ib. 511 (7). De amphoris v. in filio (n. 424).*

C. Carist[a]nius C. f. Ser(gia) F[ron]to *t. 2.* Γάιος Καριστάνιος Φρόντων *t. 5.* C. Carist[an]i[u]s Fronto *t. 1.* [Γ]άιος Καριστάνιος [Φ]ρόντων *t. 3; ex nomine pleno partes relictae t. 4. 6.* Καρ . . . . . *t. 7.*

C. f. *t. 2. Oriundus ex colonia Caesarea Pisidiae; ex posteris sine dubio* C. Caristanii Frontonis Caesiani Iulii *(n. 425). Cursum honorum usque ad legationem Lyciae exhibet t. 2.* Tribunus militum (legionis *nescio cuius),* p[raefectus] equitum alae Bosp(oranae), adlectus in senatu inter tribunic(ios) *(ab imp. Vespasiano cf. Stein Ritterst. 231),* promotus inter praetorios, legatus pro pr. Ponti et Bithyniae, legatus Imp. divi Vespasiani Aug. legionis IX Hispanae in Britann(ia) *(sub Cn. Iulio Agricola, ut probabiliter posuerunt Ramsay et Cheesman Journ. Rom. St. 3,261. Ritterling RE 12, 1668).* Legatus pro pr. Imp. divi Titi Caes. Aug. et Imp. Domitiani Caes. Aug. *(a. 81)* provinc. Pamphyliae et Lyciae *t. 2;* πρεσβευτὴς Αὐτοκράτορος Καίσαρος [Δομε]τιανοῦ Σεβαστοῦ ἀντιστράτηγος Λυκίας καὶ Παμφυλίας *t. 5. 6 (Domitiani nomen in t. 5 erasum, in t. 6 excidit);* πρεσβευτὴς Αὐτοκράτορος . . . . . *t. 3;* πρεσβευ[τής] . . . . . *t. 4. In hac legatione videtur fuisse successor T. Aurelii Quieti legati a. 80 (v. supra A 1592), decessor P. Baebii Italici legati a. 85 (supra B 17).* Consul *t. 1 suffectus aliquo ex prioribus Domitiani annis. Eum proconsulem Asiae fuisse ex t. 1 concluderunt priores sine iusta causa; magis crediderim ei in Phrygia prope Synnada praedia fuisse.* Patronus coloniae (Caesareae) *t. 2.*

Uxoris *nomen in t. 5 recte ut videtur restituerunt Ramsay et Cheesman* [Σεργ]ία Λουκί[ου θυ]γάτηρ Παῦλλα, *filia ut opinor fuit L. Sergii Paulli proconsulis Cypri aetate imp. Claudii. Filii Frontonis et Paullae videntur* [C. Caristanius] Fronto *(n. 424) t. 5,* C. Caristanius Paulinus *(n. 427) t. 7. Ad eandem domum pertinent ni fallor* T. Caristanius Calpurnianus Rufus, qui Frontoni posuit *t. 2,* C. Caristanius Iulianus *n. 426,* C. Caristanius Caesetius Rufus *X 8059, 93.* — Gai Caristanii, *qui me-*

morantur in t. III 6852 Antiochiae Pisidiae, sive liberti domus senatoriae fuerunt sive libertini; cf. praeterea tt. Antiochensem Caristaniorum Droserae et Mileti parentium Ti. Claudii Epinici a secretis Aug. *Journ. Rom. St. 3, 258, 3, Campanum* C. Caristanii C. l. Hermaesci *X 4417, Capenatem* C. Caristanii C. l. Felicis *XI 7769.* *Gr.*

424 [C. CARISTANIVS FR]ONTO ([Γ. Καριστάνιος Φρ]όντων *t.), Γ[αίου Καριστανίου Φρόντωνος καὶ Σεργίας (?) Παύλλης υἱός], parentes statuis honoravit Antiochiae Pisidiae IGR 3, 300, melius Ramsay et Cheesman Journ. Rom. St. 3, 262, qui tamen agnoscere sibi visi sunt* Φρόντων γ', *id quod parum convenit nominum rationi Romanae. Ex nomine veri simile fit eum filium natu maiorem Frontonis et Paullae fuisse. — In amphora Romae rep. XV 3427 agnoscitur* C · CAR · FRONF *vel* FRONP, *in amphoris Carthaginiensibus VIII 22637, 25* C. Caristani, *26* C. Carist. Fr..... *in amphora Histrica Archeogr. Triest. 32, 264* C. Caris. Fron., *significari videtur vel hic vel pater eius; in amphora Romana fortasse legendum* C. Car(istani) Fron(tonis) f(ilii). *Gr.*

425 C. Caristani[us] Fronto Caesianus Iulius. *Tituli Antiochiae Pisidiae ei positi Journ. Rom. St. 3, 254. 255 = D. 9503. 9502 (1. 2).* C. Carista.... Front.... Caesianus Iuli... *t. 2,* C. Caristani... Fronto Caesianus Iulius *t. 1.* C. f. Sergia *t. 2.* Praefectus fabrum *t. 1. 2,* tribunus militum legionis XII fulminatae, praefectus cohortis Bosporanorum *t. 1;* pontifex *t. 1. 2,* sacerdos (Antiochiae) *t. 2,* praefectus P. Sulpici Quirini *(consulis a. 12 a. C.)* II viri, praefectus M. Servili *(consulis 3 p. Chr.) t. 1. 2, cf. Groag RE 4 A, 830 sq.* Huic primo omnium publice decurionum decreto statua posita est *t. 2. Ex maioribus sine dubio C. Caristanii Frontonis et Caristanii Iuliani.* *St.*

426 C. CARISTANIVS IVLIANVS. *Tituli Corinthius, Corinth, Lat. Inscr. 55 = Ann. ép. 1932, 87 (1). Delphicus Bourguet De rebus Delphicis 28 (2). Atticus Bull. hell. 51, 271, 38 = IG 2/3², 4206 (3).*

C. Caristanius [I]ulianus *t. 1;* Caristanius Iulianus *t. 2;* ... tanius [I]ulianu[s] L. [filius] *t. 3.* [Tribunus militum legionis XI]I fu[l]m(inatae), pr(aefectus) [a]lae.... ; *postea adlectus in ordinem senatorium;* [praetor in]ter c[iv]is et [civis et peregr]inos et in[ter] per[egr]inos *(cf. supra A 659) t. 1;* [στρατη]γὸς Ῥώμ[ης] *t. 3,* le[g(atus) pro] pr(aetore) provinciae... *t. 1,* proconsul Achaiae *t. 1. 2. 3* ([ἀνθύ]πατος), *inter a. 97 et 102; hisce annis praeterea quos quidem novimus proconsules Achaiae fuerunt Herennius Saturninus a. 98/99 vel 99/100 et C. Iulius Marinus Caecilius Simplex a. 99/100 vel 100/101. — Ab eo sine dubio civitatem accepit* C. Caristanius Sagaris *t. Delphicus Bourguet l. l. 27.* *St.*

427 C. CARISTANIVS PAVLINVS (Παυλῖνος *t.),* ὑὸς Κα[ριστανίου]........, *honoratur t. (mutilo) Cadyandis rep. IGR 3, 511, melius TAM 2, 659. Filius natu minor videtur C. Caristanii Frontonis et Sergiae(?) Paullae*

(v. n. 423). Idem potest esse (ut coniecit Ritterling RE 12, 1708) ...... Pau[llinus] *(vestigia cognominis in lapide certe agnoscuntur)*, [tribunus] militum leg[ionis XII] fulminatae, *in colonia Caesarea* sacerdos Imp. Caesaris Vespasiani Aug., II vir II *cet., qui honoratur t. Antiochensi Journ. Rom. St. 2, 102, 34 (P. Flavonius Paulinus, SEG 6, 555, de quo cogitavit Robinson Transact. Amer. Philol. Assoc. 57, 230, multo recentior est). Gr.*

428 L. CALVENTIVS VETVS CARMINIVS *memoratur in t. Lusitano publicato ab I. Leite de Vasconcellos in ephemeride O Secolo d. 25 m. Mart. a. 1932, quem t. mecum communicavit Lotharius Wickert (1), in tessera nummularia D. 5161 g = Herzog n. 104 (2).*

L. Calventius Vetus Carminius *t. 1.* L. Cal. Vet. *t. 2.* — Legatus Tib. Claudi Caesaris Aug. (pro praetore provinciae Lusitaniae) *t. 1 intra d. 25 m. Ian. a. 44/45, cum* Claudius *dicatur* trib. pot. IIII cos. III desig. IIII. Consul (suffectus) d. 27 m. Sept. a. 51 cum imp. Claudio cos. V *t. 2 (minus accurate tradit Suet. Claud. 14* Claudium novissimum consulatum semestrem gessisse). — *Nescio an ad hunc pertineat t. acephalus semel descriptus VI 1544* ..... consul, XV vir sacris faciundis, X vir stiitibus iudicandis, quaestor, tribunus plebis, curator locorum publicorum, praetor, praefectus frumenti dandi ex s. c., legatus Caesarum provinciae Lusitaniae, proconsul provinciae Africae. — *Pater sine dubio L. Carminii Lusitanici consulis a. 81 (n. 434): apparet patrem filio in provincia nato cognomen Lusitanico indidisse. Item videtur filius* Sex. Carminius Vetus, proconsul Asiae sub Nerva *(n. 436). Gr.*

429 CARMINIVS ATHENAGORAS *memoratur in titulis Aphrodisiadensibus patris CIG 2782 (1), filii ib. 2783 (2), in t. Attudensi fratris Bull. hell. 11, 348, 5 (3).*

Καρμίνιος Ἀθηναγόρας *t. 3.* Καρ. Ἀθηναγόρας *t. 1. 2. Ei praenomen* Marcus *fuisse ex nominibus et patris et filii natu maximi probabile fit. — Origine Attudensis.* Nepos Car(minii) Claudiani, Ἀσίας ἀρχιερέως, per patrem, Flavii Athenagorae procuratoris Aug. per matrem; filius M. Ul(pii) Carminii Claudiani *(n. 433)* et Flaviae Appiae *t. 1,* frater [Car]minii [Claudiani] iunioris *t. 3.* Pater M. Fl(avii) Carminii Athenagorae Liviani *t. 2 cf. 1. 3,* Carminiorum Claudiani, Appiae, Livianae *t. 1 cf. 3. Ex posteris eius videtur* Carminia T. f. Liviana Diotima *(n. 442)*; *ad eandem domum pertinet* Ulpia C(arminia?) Claudiana, *quae in nummis Attudensibus Getae Caesaris ut* στεφ(ανηφόρος) *commemoratur (cf. Imhoof-Blumer Rev. suisse de numism. 13, 247).*

Συνκλητικός *t. 1.* Proconsul Lyciae et Pamphyliae et Isauriae *t. 3.* Ὑπατικός *t. 2, consul suffectus a. inc. exeunte saec. II ut videtur. Gr.*

430 M. FL(AVIVS) CARMINIVS ATHENAGORAS LIVIANVS *honoratur publice t. CIG 2783 Aphrodisiade rep. (1), commemoratur in t. avi item Aphrodisiadensi ib. 2782 (2), nomine non posito in t. Attudensi patrui Bull. hell. 11, 348, 5 (3).*

Μᾶρ. Φλ. Καρμ. Ἀθηναγόρας Λειουϊανός *t. 1.* Καρμίνιος Ἀθηναγόρας *t. 2.* — M. Ulpii Carminii Claudiani nepos *t. 2*, Carminii Athenagorae *(n. 429)* filius *t. 1. 2 natu maximus t. 2.* Συνκλητικός *t. 1—3*, ὁ κράτιστος *t. 1.* *Gr.*

431 [Car]minius [Claudianus?] νεώτερος, filius (M. Ulpii) Carminii Claudiani, frater Carminii Athenagorae, στεφανηφόρος, ἱερεὺς Θεᾶς Μητρὸς Ἀδράστου *(Attudae) Bull. hell. 11, 348, 5 t. Attudensis.* *Gr.*

432 CARMINIVS CLAVDIANVS, M. Ulpii Carminii Claudiani nepos, Carminii Athenagorae filius, συνκλητικός *CIG 2782 cf. Bull. hell. 11, 348, 5. Cf. n. 442.* *Gr.*

433 M. Ul(pius) Carminius Claudianus, *origine Attudensis*, filius Car(minii) Claudiani Ἀσίας ἀρχιερέως, *opera fortasse Carminii Veteris proconsulis Asiae (n. 436) civitate donati*, maritus Flaviae Appiae ἀρχιερείας Ἀσίας, pater Carminii Athenagorae *(n. 429)* et [Car]minii [Claudiani] iunioris *(n. 431)*, ἀργυροταμίας τῆς Ἀσίας, λογιστὴς μετὰ ὑπατικοὺς τῆς Κυζικηνῶν πόλεως *tituli: Aphrodisiadensis ei positus CIG 2782, Attudensis filii minoris Bull. hell. 11, 348, 5. Idem videtur* M. Ul(pius) Carminius Claudianus *(vel nude* Carminius Claudianus), Ἀσιάρχης *vel* υἱὸς πόλεως Ἀττουδέων *vel similiter, qui memoratur in nummis Attudensibus (Münsterberg Num. Zeitschr. 1912, 50; 1927, 78) cusis sub Pio (Babelon Coll. Wadd. 7048. Imhoof-Blumer Kleinas. Münzen 1, 126, 14. Museum Vindobonense) et sub divis fratribus (Babelon l. l. 2268. 7049). Ad eundem pertinet nummus Trapezopolitanus Cariae, qui in parte aversa exhibet* διὰ Μ. Καρ. Κλα[υ]διανοῦ *(Münsterberg l. l. 1912, 58; 1927, 80 = Beamtenn. 122. Nachtr. 39).* *Gr.*

434 L. CARMINIVS LVSITANICVS, *filius sine dubio* L. Calventii Veteris Carminii consulis a. 51 *(n. 428), in quo vide.* Consul (suffectus) cum M. Petronio Umbrino mensibus Sept., Oct. a. 81 *VI 2060 cf. 32364 acta Arv.* *Gr.*

435 **M. Carminius Pudens,** *signo* [I]thacius, M. fil., Papiria, equo publico, sacerdos Laurens Lavinas, electus ad causas fisci tuendas in provincia Alpium Maritimarum; patronus Tergestinorum, patronus plebis urbanae, patronus collegiorum dendrophororum et fabrum, curator Mantuanorum, curator Vicetinorum, patronus Catubrinorum *t. Bellunensis Not. d. sc. 1888, 408 = Ann. épigr. 1888, 132.* Uxor Iunia Valeriana *ib.* *St.*

436 CARMINIVS VETVS, *filius ni fallor* L. Calventii Veteris Carminii consulis a. 51 *(n. 428). Ex nomine* Sex. Carminii Veteris, consulis a. 116 *(n. 437), quem huius filium fuisse pro certo habendum est, veri simile videtur ipsum quoque* Sextum *vocatum fuisse.* Proconsul Asiae imperante Nerva *intra m. Sept. a. 96 et finem anni sequentis (cum in t. Nerva cognomine Germanici careat) t. Ephesius Jahresh. 2 B. 74* [Κ]αρμινίου Οὐέτερο[ς] τοῦ ἀνθυπάτου, *cf. Stein l. l. Huius beneficio ut opinor civitatem nacti*

sunt Carminii *Attudenses (cf. n. 429 sqq.). Pro intervallo inter consulatum et proconsulatum tunc temporis usitato probabile est eum circa a. 85 fasces gessisse.* — L. Calventius Eunomus, *qui nominatur inter kalatores pontificum et flaminum a. 101 et 102 VI 31034. 32445, fortasse libertus eius, ipse igitur aut pontifex aut flamen fuit; putaverim enim eum etiam nominibus patris* L. Calventio *usum esse.*

Huius vel unius ex posteris servus Onesimus Sex. Carmini Veteris servus vestiarius *VI 9963 = D. 7425.* Sex. Carminii *(VI 14410. XIV 314)*, Sex. Carminius Parthenopeus eq. R. *cet. 785 (Ostiae).*, *XI 5615 (Arnae). VIII 18067* Sex. Carminius Victor (Utica) *videntur genus duxisse a libertis gentis Carminiae. Ab hac domo consulari divitiis quoque sine dubio florente nomen traxisse* saltum Carminianensem *(Not. dign. occ. 12, 18, cf. Thes. l. l. Onom. 2, 199), ubi hodie est oppidum* Carmiano *(cf. Nissen Ital. Landesk. 2, 862), non prorsus incredibile est.* *Gr.*

437 SEX. CARMINIVS VETVS, *filius sine dubio eius qui praecedit,* consul ordinarius a. 116 cum L. (Aelio) Lamia Aeliano: Sex. Carmi. Vetus *VI 31149 = D. 4833.* Sex. Carmini ..... *fasti Ostienses Not. d. sc. 1934, 254 tab. 6, unde apparet eum ad d. 31 m. Martii consulatu functum esse.* ⟨Σέξτου Καρμινίου⟩ Οὐέτερος *Phlego mir. FGrHist. 257 F 36 p. 1179 IX loco corrupto, ubi verba* Σέξτου Καρμινίου *ex c. IX falso transposita sunt in alium consulatum c. X; ceterum* Vetus *in titulis fastisque. — Pater videtur eius qui sequitur.* *Gr.*

438 SEX. CARMINIVS VETVS, *filius puto eius qui praecedit.* Consul a. 150 cum M. Gavio Squilla Gallicano: Sextus Carminius Vetus *II 5992.* Sex. Carminius Vetus *Jahresh. 29 B. 70 dipl. mil.* (d. 18 m. Febr.). Sex. Carmini ...... *XI 5615.* Carminnius Vetus *PSI 9, 1026* (d. 22 m. Ian.). Vetus *cod. Iust. 2, 12, 1, in titulis fastisque* (Οὐετήριος *errore fasti Theonis Alexandr. Chron. min. 3, 375 cf. 370). V. praeterea n. 439.* *Gr.*

439 S[EX. CARMINIVS] VETVS. *In t. mutilo Ostiensi XIV 4725* dedic. VIIII k. Nov. S ...... Vetere M. Co ...... [cos.] *certa ratione suppleri potest* S[ex. Carminio] Vetere; *intellegendus aut Carminius Vetus consul suffectus aetate Domitiani (n. 436) aut consul ordinarius a. 150, huius enim collega M. Gavius Squilla Gallicanus videtur ut homo polyonymus Cornelii quoque nomen gessisse, quippe qui filio suo nomina imposuerit M. Cornelio Cethego (v. infra sub Gaviis).* *Gr.*

440 CARMINIA APPIA (Ἀπφία), Carminii Athenagorae filia, συνκλητική *CIG 2782 cf. Bull. hell. 11, 348.* *Gr.*

441 CARMINIA LIVIANA (Λειβιανή), Carminii Athenagorae filia, συνκλητική *CIG 2782 cf. Bull. hell. 11, 348.* *Gr.*

442 CARMINIA LIVIANA DIOTIMA *memoratur in t. Veientano mutilo XI 3832 (1), in fistula plumbea urbana XV 7424 a (2). — Nomina plena exhibent tituli.* T. f. *t. 1.* Clarissima femina *t. 2 (fuit ut opinor etiam in t. 1).*

Oriunda sine dubio ex domo Attudensi Carminiorum (supra n. 429 sqq.), sed diversa videtur Carminia Liviana *n. 441, quippe quae probabiliter fuerit Marci filia. Livianae Diotimae pater potest fuisse* Carminius Claudianus *n. 432. V. praeterea supra A 1362.* *Gr.*

443 Carnulus, reus sub Tiberio mortem anticipavit *Suet. Tib. 61.* *St.*

444 Carpophorus, venator in munere gladiatorio a. 80 edito celeberrimus *Martial. lib. spect. 15. 23. 27.* *St.*

445 Carpophorus, comoedus, mollis *Iuvenal. 6, 199.* *St.*

446 Carpus (Carus *pars codicum*), maritus Norbanae *Martial. 7, 74, 7.* *St.*

— T. Aelius Carpus.

— (Aurelius) Carpus.

— M. Aurel. Stertinius Carpus.

447 C. CARRINAS, consul suffectus a. 43 a. C., *memoratur in fastis Colotianis I^2 p. 64 (1), in s. c.to Panamarensi Viereck Sermo Graecus 41, 20 (2), in tabula triumph. Barberiniana I^2 p. 77 (3).*

C. Carrinas C. f. *t. 1.* Γάιος Κα[ρρ]ίνας Γαίου υἱὸς Κο[υρίνα] *vel* Κο[λλίνα] *t. 2.* [C. Carr]inas *t. 3.* Γάιος Καρρίνας *Dio 51, 21, 6.* Carrinas *Appian.* — C. (Carrinatis) a Sulla proscripti filius *Dio l. l.*, unde lege Sullae iure honorum petendorum privatus *Dio l. l. Hic videtur* Carrinas, qui a Q. Caecilio Metello (Nepote cos. a. 57 a. C.) solus heres institutus est *Val. Max. 7, 8, 3 paullo post a. 55 a. C. (cf. Münzer RE 3, 1218). Lege Caesaris a. 49 restitutus a. 46 fortasse praeturam gessit (Münzer l. l. 1612, 2).* A. 45 a Caesare in Hispaniam contra Sex. Pompeium missus mox revocatus est *App. b. c. 4, 83, 351; 84, 352.* Consul suffectus sub finem a. 43 a. C. cum P. Ventidio *t. 1, cf. Dio 47, 15, 2, ubi nomen eius non ponitur.* A. 41 legatus Caesaris filii Hispaniae (ulterioris) Bogud (Βόκχον *App. errore)* regem Mauretaniae e finibus provinciae depulit *App. 5, 26, 103.* A. 39 Romae in senatu fuit *t. 2 (inter testes senatus consulti primo loco nominatur).* A. 36 bello Siculo iussus cum tribus legionibus contra Sex. Pompeium navigare *App. 5, 112, 469.* Proconsul (Galliae comatae) *t. 3 annis 30—29 ut videtur* Morinos aliasque gentes devicit, Suebos Rhenum transgressos repulit *Dio 51, 21, 6 (cf. Ganter Provinzialverw. d. Triumvirn 12 sq. Ritterling Fasti d. röm. Deutschland 3 sq.).* A. 28 a. C. ex [G]al[lis] prid. eid. Iu[n.] [triumphavit pal]mam dedit *t. 3. Dio l. l. cf. Mommsen I^2 p. 78.* *Gr.*

448 CARRINAS CELER *(traditur* cerer), senator, a. 54 servo accusante inter reos non receptus *Tac. a. 13, 10.* *Gr.*

449 Carrinas Secundus, rhetor, ab imperatore Gaio relegatus, quia in tyrannos declamaverat *Dio 59, 20, 6;* inops Athenis veneno periit *Iuvenal. 7, 204 sq. cum schol. p. 133 Wessner.* *St.*

450 Carrinas Secundus *(traditur* secundo caprinatae), a Nerone a. 64 in Achaiam ad spolianda templa missus *Tac. a. 15, 45; rem attingit Dio Prus.*

or. 31, 148. Graeca doctrina ore tenus exercitus animum bonis artibus non induerat *Tac. Filius videtur eius qui praecedit.* Γάιος Καρρίνας Γαίο[υ υἱὸς .... φιλο]καῖσαρ, ὁ ἐπώνυμ[ος ἄρχων καὶ ἱερεὺς] Δρούσου [ὑπάτου] *t. Atticus, IG 2/3², 4188, idem videtur neque diversus* Secundus ἄρχων καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου *in titulis ab Atheniensibus in Asclepieo Epidauriorum positis IG 4, 1², 83. 84 = Ditt. Syll.³ 796 B II. III, quamquam Fraenkel eumque secuti Hiller de Gaertringen (ap. Ditt.) et Graindor Chronol. des archontes 71, 41 bis (cf. 91, 62); Athènes de Tibère à Trajan 14 sq. tit. Epidaurios Gai vel primis Claudii annis attribuerunt et hic Secundus sitne idem atque Carrinas Secundus constare negant.* ['Επὶ] Σεκούνδο[υ ἄρχοντος] *IG 2/3², 2300 (= 3, 1290) supplevit Graindor.* *St.*

451 CARSIDIVS SACERDOS. *Nomen eius certe restituitur in fastis Arv. I² p. 71:* ... idius Sa....; Carsius Sacerdos *traditur Tac. a. 4, 13.* Grasidius Sacerdos *ib. 6, 48.* — A. 23 reus, tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuvisset, absolvitur *Tac. 4, 13.* (Praetor) [urbanus] a. 27 *fasti Arv.;* praetorius *Tac. 6, 48.* A. 37 ut minister stuprorum Albucillae in insulam deportatus *Tac. l. l.* *Gr.*

452 Cartilius, iuris consultus, cuius sententias adferunt Ulpianus *dig. 13, 6, 5, 13*, Proculus *ib. 28, 5, 70.* *St.*

453 Cartimandua *(sic Tac. h. 3, 45;* Cartimandus *Tac. a. 12, 36. 40)*, regina Brigantum pollens nobilitate *Tac. h. 3, 45*, cuius ad fidem Caratacus se contulit a. 51 *Tac. a. 12, 36 (v. supra C 418)*, uxor Venutii, quo spreto armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumque accepit et fratrem ac propinquos Venutii intercepit. Qui accitis auxiliis regiam eius invasit *ib. 40; h. 3, 45;* a Romanis periculo exempta est a. 69 *h. 3, 45.* — *Nummi nomen* Carti. *exhibentes Num. Chronicle 1897, 298, cf. Head HN² 11.* *St.*

454 Carvilius *(traditur* Carbilius *et* Cabilius) Pictor, obtrectator Vergili, scripsit librum cui inscriptum erat Aeneomastix *Donat.-Suet. vit. Verg. p. 20 D.* *St.*

455 Carus, amicus Ovidii, qui ad eum dedit *ex P. 4, 13, cf. v. 1 sq. 43 sq.*, magister filiorum Germanici *ib. v. 48*, poeta carmen de Hercule condidit *v. 11 sq.; 4, 16, 7. Idem videtur significari trist. 3, 5, 17 sq.* *St.*

456 Carus, poeta, in certamine Albano coronatus est *Martial. 9, 23. 24; idem videtur 9, 54, 5; cf. praeterea* Carpus *n. 446.* *St.*

— L. AEMILIVS CARVS.

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARVS AVG.

— Iulius Carus.

— D. IVNIVS CARVS.

— Mettius Carus.

— C. POPILIVS CARVS PEDO.

— SALVIVS CARVS.

— L. SALVIVS CARVS.

— SEIVS CARVS.

— **Trebonius Carutianus.**

457 ...... CASCELLIVS. *T. Marruvinus ab una parte mutilus IX 3666. Patris praenomen periit;* (tribu) Sergia; *origine sine dubio Marsus.* [II]II vir viarum cur[andarum], tribunus militum legionis VIII [Augustae], quaestor, ..., praetor, [praefectus fru]menti dandi, [proconsul p]rovinc. Siciliae. *Versu ultimo honor quidam municipalis commemoratus fuit.* *Gr.*

458 Cascellius, medicus *Martial. 10, 56, 3.* *St.*

— M. Antonius Cascellius.

459 CASCONIA MARCELLINA, clarissima femina, quae vixit annis LVII; Casconia Marcellina filia posuit ei *t. sepulcralem III 1986 cf. 8572 Salonitanum.* *Gr.*

460 CASCONIA MARCELLINA, clarissima femina, filia eius quae praecedit; *in qua v.* *Gr.*

— CN. PEDIVS CASCVS.

— L. Cintasius Casianus.

— **Ael(ius) Casinus Atianus.**

461 Casperius, centurio sub Caelio Pollione praefecto a. 51 castello Gorneis praeerat *Tac. a. 12, 45. 46.* Anno 62 missus a Corbulone ad Vologaesen regem *ib. 15, 5.* *St.*

462 **Casperius Aelianus** *(sic Dio-Xiph. 68, 3, 3;* Casperius *epit. de Caes. 12, 8; ceterum* Aelianus). A. 69 tribunus militum Vespasianum in Aegyptum comitatus est *Philostr. v. Apoll. 7, 18.* Praefectus praetorio Domitiani *(circa a. 93) Philostr. v. Apoll. 7, 16—22. 28. 32. 40. Dio l. l.* et denuo sub Nerva, in quem seditionem militum commovit a. 97 *Dio l. l. epit. l. l.* A Traiano *ad Rhenum vel Danubium degente a. 98 ut videtur* arcessitus et occisus est *Dio ib. 5, 4.* Amicus Apollonii Tyanaei *Philostr. l. l. — Ad familiam eius pertinere possunt* Casperii *in t. agri Albani XIV 2336 et* Casperius Aelianus *in tegula Pompeiana Not. d. sc. 1887, 251. Nescio quomodo coniunctus cum eo* L. Casperius Aelianus *t. Amiseni Stud. Pont. 3, 29, 18 (= III 6976 = IGR 3, 98); 16, 7 e.* *St.*

463 CASPERI[VS] AEMILIANVS, homo nobilis, ab imp. Septimio Severo occisus *vita Sev. 13, 4.* *Gr.*

464 CASPERIVS AGRIPPINVS, homo nobilis, ab imp. Septimio Severo occisus *vita Sev. 13, 3.* *Gr.*

465 Casperius Niger, vir militaris, a Vitellianis Romae interfectus est *Tac. h. 3, 73.* *St.*

— IVLIA CASSIANA.

466 IMP. CAESAR M. CASSIANIVS LATINIVS POSTVMVS AVGVSTVS. *Miliarii a) Galliae XIII 8879 (1). 8882 (2). 8883 (3). 8955 (4). 8956 (5). 8957 (6). 8972 (7). 9023 = D. 561 (8), b) Germaniae XIII 9092 (9), c) Britanniae VII 1161 = D. 560 (10). Journ. Rom. St. 12, 281 = Ann. ép. 1924, 1 (11), d) Hispaniae II 4919, cf. p. 998 (12). 4943 = D. 562 (13). Nominatur in consulatu primo (?) XIII 633, quarto II 5736. (In gradu amphitheatri Luteciae Parisiorum nomen* [P]ostumi *XIII 3035, 22 non ad eum referendum est.) Ab eo nomen traxit* cohors I Aelia Dacorum Postumiana *VII 820 (= D. 2553). 822. Nummi ap. J. de Witte Recherches sur les empereurs .... dans les Gaules (1868) p. 5 sqq. tab. 1—24. RIC 5, 2, 335—368. Elmer-Mayreder Deutsche Münzblätter 54 (1934), 97—102.*

Nomina plena in titulis nummisque, Cassius Labienus Postumus *epit. de Caes. 32, 3, ceterum* Postumus *(tyr. trig. 6, 6* Iulius Postumus *falso).*

Obscurissime natus *Eutr. 9, 9, 1* (vita obscura *tyr. trig. 5, 8).* 'Transrhenani limitis dux et Galliae praeses' a Valeriano factus *vita 9 (in epistula ficta);* barbaris per Galliam praesidebat *Vict. Caes. 33, 8;* ἀρχὴν ἐν Κελτοῖς στρατιωτῶν ἐμπεπιστευμένος *Zos. 1, 38, 2;* εἰς φυλακὴν τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ ἐαθείς *Zonar. 12, 24 p. 144 D.* Gallienus Saloninum filium Postumo credidit quasi custodi *vita 1. 2;* Gallienus filium cognominem (Saloninum *Zos. l. l.;* Valerianus Gallienum filium suum *vita Aurel. 8, 2 in epistula insolenter ficta)* Agrippinae reliquit, cui adiutorem dedit Silvanum *(Zonar.* Albanum), qui postquam Germanos Postumus vicit, praedam ab eo militibus distributam sibi et iuveni Gallieno vindicavit, sed Postumus Agrippinam obsedit, filium Gallieni et Silvanum expoposcit, deditos occidit *Zos. Zonar.* Quo facto imperium sumpsit *vita 2. 3; Gall. 4, 3. Eutr. epit. Vict. Zos. Zonar.* Viennae Postumus, Laelianus et Marius tyranni fuerunt *Pol. Silv. 521 M. (quod ad Marium solum ut videtur referri voluit). Gallieni filius, cuius Postumo cura in Galliis demandata est, qui fuerit indicat t. urbanus Not. d. sc. 1933, 505, quem* P. Licinio Cornelio Salonino Valeriano nobilissimo Caesari tres provinciae Galliae dedicaverunt.

Imperatorem Postumum fuisse in Galliis, Britannia, Hispania certe citeriore affatim arguunt tituli, confirmant nummi nomina legionum Gallienarum exhibentes (RIC 5, 1 p. 92 sqq.), quarum quae in Britannia et in Hispania tendebant plane desunt in his nummis, cf. Ritterling RE 12, 1342 sq. In Germania non solum miliarius rep. est (t. 9), sed etiam tit. Mogontiacensis XIII 6779 par consulum praebens a Postumo sine dubio creatorum (Censore ite[rum] et Lepido iteru[m co]nsulibus), *cf. Dessau Mél. Boissier 165—168; item t. Bonnensis Bonn. Jahrb. 134, 172 = 135, 25, 62* ([C]ensore it. et Lep[ido] cos. *nominibus erasis). Nummi eius cusi sunt in colonia Agrippinensium et Mediolani (v. infra), cf. num-*

mos Herculem Deusoniensem *repraesentantes RIC p. 338. 342. 345. 348 sq. 353. 356. 365. Luguduni Postumi nummos percussos esse negat Elmer Num. Ztschr. 67 (1934) 109.*

Quae de bello a Gallieno contra Postumum gesto *auctores tradunt, parum fide sunt digna; id quidem statuendum est bellum diutius ductum esse.* Res varia fortuna gestae sunt. Gallienus in Galliam profectus primum victus est, deinde Postumum fugavit et obsedit, sed sagitta ictus oppugnatione destitit *vita 5; Gall. 4, 4. Zonar. l. l.* Bellum gessit per duces Aureolum et Claudium *(? cf. supra A 1626)* ita ut Postumus victus (M. Piavonium) Victorinum consortem imperii acciperet *vita Gall. 7, 1; tyr. trig. 6, 1. 2.* Sed Aureolus iussus Postumum persequi dubitavit *Zonar.* Gallienus pacem cum Aureolo fecit oppugnandi Postumi studio *vita Gall. 4, 6; 21, 5; tyr. trig. 11, 3; Aurelian. 16, 1, perperam, nam tum tempore Aureolus nondum imperium arripuerat, cf. supra A 1672.* Gallieno per legatos petenti, ut singulari certamine experirentur, Postumus negavit *Petr. Patr. exc. de sent. 165 p. 265 sq. Boiss.* Aureolus cum ei mandaretur, ut Postumum Italia arceret, contra Gallienum Mediolani rebellavit *Zos. 1, 40, 1.*

Postumus Gallias instauravit *vita 4,* summotis omnibus Germanicis gentibus imperium Romanum in pristinam securitatem revocavit *ib. 6;* Gallias ab omnibus barbaris vindicavit *vita Gall. 4, 5;* consumptas paene provincias reparavit *Eutr. l. l.;* restitutor Galliarum *nummi (RIC 343, 82; 355, 223—225. Witte 63—65, 256—261 pl. XVI).*

Interfectus est seditione militum, quibus Mogontiacum, quod (Ulpium Cornelium) Laelianum res novas molientem iuverat *(cf. epit. 32, 4),* diripiendum tradere noluit *Vict. Caes. l. l. Eutr. l. l. (inde Oros. 7, 22, 11. Ioann. Antioch. exc. de insid. 61 p. 110 De Boor, non sine erroribus);* a Gallis Lolliano *(scr.* Laeliano) agente interemptus est *vita 7; tyr. trig. 5, 1 minus recte;* in eius locum Lollianus subrogatus delatum sibi a Gallis sumpsit imperium *tyr. trig. 4, 1 vix recte;* contra Lollianum Gallieno imperante pugnatum est *vita Gall. 21, 5, cf. Pol. Silv. l. l. Ordine perverso enumerantur* Victorinus, Laelianus, Postumus, Marius *tyr. trig. 8, 1;* Victorinus, Postumus, Laelianus, Marius *ib. 31, 2. Cf. etiam Bolin (v. infra), qui nova quadam via ac ratione quem quisque eorum exceperit indagare temptavit.*

De tempore quo Postumus purpuram sumpserit quoque mortuus sit, viri docti alii aliter senserunt, cf. Sture Bolin Die Chronologie der gallischen Kaiser, Årsberättelse cet. (= Bull. de la soc.) Lund 1931/2, qui rem nuperrime retractavit. Sed iam cum e titulo urbano supra memorato Saloninum, non Valerianum a Postumo occisum esse cognoverimus, certiore quodam modo de temporis ratione statuere licet. Etenim nummi Alexandrini Salonini, qui quinto anno (257/8) incipiunt, anno etiam octavo (260/1) cusi sunt,

unde efficitur eum non ante medium annum 260 interfectum esse, cf. Vogt Alex. Münzen 1, 202 sq.; 2, 152—154.

Interiit Postumus Claudio imperante *(epit. 34, 3. Zonar. 12, 26; inter Gallienum et Claudium Postumi nummos Mediolani cusos esse Alföldi Z. f. Num. 37, 1927, 202—205; 38, 1928, 201 demonstrare conatus est) a. 268, nam Tetricus a. 270 imperium invasit (eum iam sub initio imperii Claudii Gallias rexisse, Vict. Caes. 32, 14. Eutr. 9, 10. vita Claudi 4, 4; 7, 5, neutiquam concedendum est) post Victorinum, qui biennium imperavit. Sed cum nummi Postumi tribuniciam potestatem decimam exhibeant (cf. Germ. 3, 20), eum inter d. 10 et 31 m. Dec. a. 268 decessisse ponendum est, ut prima eius tribunicia potestas numeretur usque ad diem 9 m. Dec. a. 260 (quocum convenit, quod nummi Gallieni in colonia Agrippinensium cusi ultra a. 259 non innotuerunt), tribunicia potestas II 10. Dec. 260/1, III a. 261/2 cet., X inde a die 10 m. Dec. 268 paucos dies comprehendat, cf. etiam Alföldi Num. Chronicle 1929, 260—262 (et E. Stein-Ritterling Kaiserl. Beamte 119, 182). Cum tribuniciae potestatis acclamationum imperatoriarum congruunt fere numeri, qui in nummis tantum neque ullus praeter V et X (coniuncti cum trib. pot. V et X) indicantur. Itaque* annos imperavit decem *Eutrop.; errore* annos septem *vita 4; tyr. trig. 5, 4; Gall. 4, 5.*

At difficultas quaedam haud exigui momenti exoritur inde, quod die 28 m. Ian. consul *fuit XIII 633, unde colligi posse videtur hunc diem in primam tribuniciam eius potestatem incidere, nam consul III fuit in tertia tribunicia potestate. Quodsi res ita se habet, prima eius tribunicia potestas non a medio fere anno ad mensem Decembrem extendi potest. Quae difficultas non evanescat, nisi sumere velis in illo titulo consulem eum dici debuisse iterum vel tertium, sed iterationis notam uti nonnumquam fieri solet neglegentia omissam esse. Accedit quod consulatum primum eum ante imperium adeptum gessisse sumendum est, qui legatus vel dux fuisse exercitus Germanici videatur.*

Consul I a. 260 (trib. pot. I) *vel ante*, II a. 261 (trib. pot. II), III a. 262 (trib. pot. III), IV a. 267 (trib. pot. VIIII *nummi ap. Witte n. 236—238. RIC 361, 291 sq.;* tr. p. VIII *Eckhel 7, 440)* cum Victorino *II 5736*, V a. 268 (trib. pot. X). Germanicus maximus *nummi t. 8* (a. 261). *12. 13* (a. 262).

Imperium cum (M. Piavonio) Victorino eum participasse, vita Gall. 7, 1; tyr. trig. 6, 1. 2 (v. supra), a ceteris scriptoribus non traditur neque veri fit similius nummis quibusdam Victorini (RIC 393, 72; 394, 80 sq.) et Postumi (RIC 350, 160. Witte 267) vocabulum Augg. *exhibentibus.* Postumus iunior, qui a patre Caesar ac deinceps Augustus nuncupatus est *tyr. trig. 4, 1, plane fictus videtur. — Commemoratur praeterea Amm. Marc. 21, 16, 10.* *St.*

467 (Cassianius) Postumus iunior, filius imperatoris M. Cassianii Latini Postumi, a patre Caesar ac deinceps Augustus appellatus, interemptus cum patre *tyr. trig. 4. Sed neque in nummis vel inscriptionibus neque apud ceteros auctores commemoratur ut quin fictus sit dubium non videatur, item ficta epistula* Valeriani ad Gallos (!) missa *ib. 3, 11*, qui ei tribunatum Vocontiorum dedisse scribit. *St.*

468 CASSIANVS (Κασιανό[ς]), [ἀν]θ[ύπ]ατος (Asiae?), patronus Naxiorum, *honoratur t. Naxio IG 12, 5, 1, 58. III vel IIII saec.* *Gr.*

469 Cassianus, ad quem scripsit *Martial. 3, 64.* *St.*

470 ...... CASSIAN[VS] *memoratur in fragmento VI 3830:* ..... fil(io) Cassian[o] ..... o c(larissimo) v(iro) orato[ri].. [c]onsul[i] *vel* [c]onsul[ari] .... *Fortasse Diocletiano recentior.* *Gr.*

— **Cn. Pompeius Homullus Aelius Gracilis Cassianus Longinus.**

— P. Aelius Zeuxidemus Cassianus.

— **P. Antonius Cassianus.**

— **M. Aurel(ius) Cassianus.**

— M. Aurelius Cassianus.

— P. NONIVS ASPRENAS CAESIVS CASSIANVS.

— Q. ANTONIVS CASSIVS CASSIANVS.

— TI. LICINIVS CASSIVS CASSIANVS.

— CLAVDIVS CASSIANVS.

— COCCEIVS CASSIANVS.

— M. AVRELIVS COMINIVS CASSIANVS *v. infra n. 1266.*

— C. EGGIVS AMBIBVLVS POM[PONIVS LON]GINVS CASSIANVS L. MAECIVS POS[TVMVS].

— IVLIVS CASSIANVS.

— Iulius Cassianus.

— **C. Tettius Africanus Cassianus Priscus.**

— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS — — — VIBIVS VERVS CASSIANVS.

471 Cassius, mimus corpore infamis *Tac. a. 1, 73.* *St.*

472 Cassius, qui Olympiam venit paulo ante caedem imperatoris Gai *Suet. Cal. 57, 1.* *St.*

473 Cassius, miles insigni corporis robore, Faenium Rufum iussu Neronis vinxit *Tac. a. 15, 66.* *St.*

474 Cassius, inter celeberrimos medicos apud principes *Plin. n. h. 29, 7.* 'Ingeniosissimus saeculi nostri medicus, quem nuper vidimus' *Cels. medic. 1 prooem. 69.* Atimetum servum legavit Tiberio Caesari *Scrib. Larg. 120 (= Marcell. de medicam. 29, 5). Medicamenta eius Scrib. Larg. l. l. et 176. Cels. 4, 21, 2; 5, 25, 12. Galen. 12, 738. 276. 286. Cael. Aurelian. morb. chron. 4, 7. Idem fortasse* Κάσσιος ὁ σκεπτικός *Laert. Diog. 7, 32—34. Cf. Wellmann A. Cornelius Celsus 122—131. Deichgräber Griech. Empirikerschule 49 sq. 111. 210—212. 264.* *St.*

475 CASSIVS, proconsul *(provinciae nescio cuius)*, cui divus Pius rescripsit *Callistr. dig. 42, 1, 31; idem fortasse* Cassius Hadrianus *n. 494.* *Gr.*

— C. AVIDIVS CASSIVS.

476 C. CASSIVS ....., *pontifex vel flamen* a. 101 *cf. VI 32445; fortasse* C. Cassius Interamnanus Pisibanus Priscus *n. 495.* *Gr.*

477 L. CASSIVS (Λεύκιος Κάσιος) honoratur publice *t. Attico IG 3, 605 = 2/3², 4168; nescio quis ex* Cassiis Longinis. *Gr.*

478 L. CASSIVS ....., proconsul (Africae) *VIII 17329 fragmentum t. Thabraceni.* *Gr.*

479 D. PIVS (?) CASSIVS *(dubito num nomen recte traditum sit; de* Ulpio Cassio *cogitat v. Rohden PIR 3 P 329)*, legatus Aug. pr. pr. praeses provinciae Syriae Phoenices a. 213 *III 202 t. in agro Heliopolitano rep.* *Gr.*

480 Q. CASSIVS AGRIANVS AELIANVS *honoratur t. loco Mactari proximo rep. VIII 23601, qui cursum honorum eius exhibet. Origine sine dubio Afer; parentela coniunctus videtur cum* Aelia Celsinilla *(supra A 290) eiusque filio* Agrio Celsiniano *(A 464).* Clarissimus vir. Sevir turmarum deducendarum, triumvir capitalis, [quaestor] candidatus, tribunus (plebis) candidatus, praetor, consul *(suffectus a. inc. priore tertii saec. parte, cf. Brassloff Jahresh. 8, 70)*; curator reip(ublicae) col(oniarum) Mactaritanorum, Zamensium Regiorum *(post consulatum ut putaverim; curationes in t. ultimo loco ponuntur).* *Gr.*

481 .. [CA]SSIVS AGRI[PPA?] *vel* AGRI[PPINVS?], consul (suffectus) XIIII k. [April.?] a. 130 cum [Ti. Claudio?] Quarti[no] *VI 2083 acta Arv.* *Gr.*

482 **M. Cassius Agrippa,** M. f., procurator Augusti, frater M. Cassi Pollionis *t. Cordubensis II 2212 (errore typothetae editum est 2112).* *St.*

483 CASSIVS AGRIPPINVS, prae[tor?] *VI 1372 = Buecheler CLE 426 t. sepulcralis versibus conceptus.* *Gr.*

— CLAVDIVS CASSIVS AGRIPPINVS.

484 M. CASSIVS APOLLINARIS, consul suffectus a. 150, *memoratur in dipl. mil. III p. 2213 cf. p. 2328, 204 = D. 9056 (1), in t. beneficiarii Tyanis rep. IGR 3, 130 (2), in inscriptione capituli columnae Bybli rep. Mél. fac. orient. Beyrouth 3, 543 sq. = Ann. ép. 1909, 115 (3).*

M. Cassius Apollinaris *t. 1.* Κάσσιος Ἀπολλεινάριος *t. 2.* Μ. Κασ. Ἀπολ. *t. 3.* — Consul k. Aug. a. 150 cum M. Petronio Mamertino *t. 1. Eum legatum Aug. pro pr. provinciae Cappadociae fuisse apparet ex t. 2* β(ενεφικιαρίου) ἐξ ὀφικίου eius; *ad annos fere 151—153 hanc legationem rettulit Hüttl Antoninus Pius 2, 69 sq. probabiliter.* Ὑπ(ατικός) *t. 3: post legationem Cappadociae videtur praepositus esse provinciae Syriae (cf. Harrer Stud. in the hist. of Syria 29). Syriam rexit ni fallimur annis c. 154—156 (cf. Hüttl 158); a. 157 L. Attidium Cornelianum huic provinciae praefuisse constat (v. supra A 1341).* *Gr.*

485 M. (?) CASSIVS APRONIANVS *memoratur in t. Idebessi Lyciae rep. IGR 3, 654 (1); ad eundem pertinere videtur tegula Ostiensis (exemplum unicum descr. Visconti) XIV 4089, 26 = XV 2164 (2) (inscriptionem non in tegula fuisse sed in signaculo suspicatur Dressel XV ad t.).*

M. Cassius Apronianus *t. 2 (bis scriptum).* Κάσιος Ἀπρωνιανός *t. 1.* — Ἀπρωνιανός *Dio-Xiph. 69, 1, 3.* — Oriundus Nicaea *cf. Dio-Xiph. 75, 15, 3.* Proconsul (Lyciae et Pamphyliae) *t. 1.* Ciliciae praefuit (legatus Aug. pro pr.) *Dio-Xiph. 69, 1, 3; 72, 7, 2 ante a. 182/183 cf. ib. 72, 7, 2 vel iam ante a. 180, cum* Dio filius, qui se patrem in provinciam comitatum esse testatur *(ib. l. l.), inde ab illo anno per totum fere Commodi imperium Romae degisse videatur (v. infra n. 492). Legatione Ciliciae videtur functus esse post proconsulatum Lyciae, nam ex hac legatione saepe susceptum esse consulatum titulorum testimoniis constat. Consul suffectus a. inc. sub Marco vel Commodo.* Dalmatiae praefuit (legatus Aug. pro pr.) *Dio 49, 36, 4.* — Pater Cassii Dionis rerum scriptoris *Dio ll. ll.* *Gr.*

486 Cassius *(sic Tac.,* κασπίου *traditur Xiph.)* Asclepiodotus, Nicaeensis *Dio,* magnitudine opum praecipuus inter Bithynos, amicus Bareae Sorani, quem reum unus ita non deseruit, ut testimonio suo levaret, a Nerone omnibus fortunis exutus et in exilium actus a. 66 *Tac. a. 16, 33. Dio-Xiph. 62, 26, 2,* a Galba restitutus est *Dio. Idem sine dubio* C. Cassius Asclepiodotus, pater C. Cassi Philisci, *cuius monumentum sepulcrale conspicuum extat prope Nicaeam CIG 3759, cf. Körte Ath. Mitt. 24, 400 sqq.* *St.*

— T. IVLIVS MAXIMVS — — — CASSIVS CAM . . .

— Q. ANTONIVS CASSIVS CASSIANVS.

— TI. LICINIVS CASSIVS CASSIANVS.

487 C. CASSIVS CELER, C. f. *(in sestertiis),* III vir aere argento auro flando feriundo sub Augusto *non ante a. 23 a. C., sed non multo postea (v. supra vol. 1 p. 247) probabiliter una cum C. Asinio Gallo et C. Gallio Luperco (quippe quorum nummi plane similes sint) Babelon Monn. rép. Rom. 1, 337 sq., 22—24. Grueber Coins 2, 58 sq., 4501—4507 = Mattingly Br. Mus. 1, 33 sq., 165—170. Willers Kupferpräg. 139, 150—152.* *Gr.*

488 Cassius Chaerea *(nomen gentile neglegunt Sen. Plut. Vict. Zos.),* a. 14 p. C. centurio in exercitu Germanico inferiore, adulescens animi ferox, inter milites seditiosos viam ferro patefecit *Tac. a. 1, 32.* Gaio imperante tribunus cohortis praetoriae, quem Gaius seniorem iam et mollem (in tributis exigendis molliorem *Ios. ant. 19, 28. 29)* et effeminatum denotare omni probro consuerat *Suet. Cal. 56, 2. Dio exc. 59, 29. Ios. l. c. 21. 29—31. Sen. de const. 18, 3.* Quibus rebus adductus coniuratione facta Gaium occidit d. 24 m. Jan. a. 41 *Sen. l. l. Suet. l. l. 58, 2. 3 (cf. Auson. p. 186 Peiper). Dio l. l. (cf. Ioann. Antioch. exc. de insid. 34*

p. 77 de Boor). Ios. l. l. 18. 32—114. Vict. Caes. 3, 14. Zos. 1, 6, 2, uxorem quoque et filiolam Gai trucidari iussit *Ios. 190—200;* populo gratus fuit *Ios. 186—189.* Eo invito milites imperatorem postulaverunt Claudium *Ios. 254—262.* Claudii iussu ad mortem ductus est *id. 268—272. Dio 60, 3, 4. 5, cf. Suet. Claud. 11.*

Ut auctor caedis Gai nominatur Tac. l. l. Sen. epist. 4, 7. Plut. de superst. 11 p. 170 E. Polem. Silv. 520 M. Commemoratur nomine non posito Pausan. 9, 27, 4, ubi in codicibus quibusdam adnotatur (Spiro Herm. 29, 149) Χαιρέαν λέγει τὸν δήμαρχον *errore notabili, cf. Wilamowitz Herm. ib. 240, 1.* *St.*

489 CASSIVS CLEMENS, senator, reus factus, quod partes Pescennii Nigri secutus esset, libere se defendit; a Septimio Severo absolutus dimidia parte bonorum concessa *Dio-Xiph. 74, 9 = Zon. 12, 8 = Petr. Patr. (Dio vol. 3 p. 333 Boiss.).* *Gr.*

490 P. CASSIVS DEXTER *memoratur in t. uxoris Canusino IX 330 (1), in* s. c. [to] de nundinis saltus Beguensis (d. 15 m. Oct. a. 138) *VIII 23246 (2).*

P. Cassius P. f. Cla(udia) Dexter *t. 2.* P. Cassius Dexter *t. 1.* Cassius Dexter *dig. 36, 1, 17, 17; 40, 5, 30, 6 (diversus videtur* Cassius *ib. 42, 1, 31). — Filius ni fallor* P. Cassii Secundi consulis suffecti a. 138 *(n. 521).* Quaestor *(consulis puto)* a. 138 *t. 2.* Divus Pius ei rescripsit *Ulpian. l. 4 fideicomm. dig. 36, 1, 17, 17; id. l. 5 fideicomm. dig. 40, 5, 30, 6 (cf. infra).* — VII vir epulonum *t. 1.* — Annia Q. f. Rufina uxor *t. 1 (v. supra A 722).*

Vide num ad hunc pertineat t. (mutilus) in ruderibus Hieropolis Castabalae rep. III 12116 (= IGR 3, 903) cf. 13618 = D. 1050 + vol. 3 p. CLXXIII, quo honoratur Dexter *quidam* legatus Ciliciae. *Sane ab initio tituli excepit Hicks Journ. Hell. St. 11, 252 ex ectypo* .... cius T. f. Cl. Dexter *neque vero negandum levi errore* cius T. f. *legi potuisse pro* sius P. f. , *praesertim cum apographum Hicksii (vel Bentii) erroribus non careat atque etiam gravioribus (cf. Heberdey-Wilhelm Denkschr. Ak. Wien 44, 6, 26). Rationes enim satis probabiles praesto sunt, quibus Dextrum t. Hieropolitani (cf. v. 18 sq.* Δέξτρου) *eundem esse atque Cassium Dextrum veri simile efficitur. Uterque et census est in tribu Claudia et ornatus sacerdotio septemviri epulonum; atque Dexter t. Ciliciensis fuit* praetor fideicommissarius — *eodem magistratu functum esse Cassium Dextrum inde elucet, quod in rescripto imp. Antonini Pii ad eum dato agitur de fideicommissis (v. supra); denique Dexter is, qui postea Ciliciam administravit, militavit* tribunus legionis III Aug.: *facile statueris eum eo tempore tribunatu militari functum esse, cum P. Cassius Secundus, pater ut opinor eius, exercitui Africano praeesset (v. infra n. 521).*

Quae coniectura si recte se habet, ex t. Hieropolitano et nomina fere plena et cursus honorum Cassii Dextri cognoscuntur: [P. Cass]ius [P.] f. Claudia

Dexter Augus[tanus Alpi]nus Bellicius Sollers *(cf. supra B 103)* Metiliu[s] ..... i(?)us Rutilianus, X vir stlit[ibus iudican]dis, trib(unus) laticl(avius) leg(ionis) III Aug., [sevir eq(uitum)?] R(omanorum?) *(... ⁝R de lapide excepit Wilh. Bauer a. 1914)*, VII vir epulon(um), sodalis [Titius? *(hastam rectam post* 'sodalis' *agnovit Bauer)*], [quaest]or, trib(unus) plebis, praetor fideic[omm(issarius)], [leg(atus) le]g(ionis) IIII Scythicae, leg(atus) Aug. pr. pr. pro[vinc(iae)] Ciliciae. Pro salute eius de provincia decedentis et consulatu vota facit Lucius medicus amicus *carmine Graeco titulo adscripto.* *Gr.*

491 CASSIVS DION, *nepos vel potius pronepos Cassii Dionis rerum scriptoris*, consul a. 291 cum C. Iunio Tiberiano II *(De Rossi Inscr. chr. Romae 1, 32 = Diehl ILChr 4366 a; fasti)*, proconsul Africae a. 295 (d. 12 m. Mart. *acta s. Maximiliani ed. Ruinart 1731 p. 263 sq. = Knopf-Krueger Ausgew. Märt. Akten³ 86 sq.)*, praefectus urbi a. 296/297 *(chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 66); commemoratur in laterculo virorum nobilium, qui ad opus quoddam faciendum contulerunt VI 37118.* Domus Dionis in regione X *not. reg. Jordan Forma urb. Rom. p. 51 = Topogr. 2, 557 cf. Jordan-Hülsen 1, 3, 108, 152.* *Gr.*

492 CASSIVS DIO COCCEIANVS, consul II a. 229. *In consulatu altero* Cassius Dio *III 3511. 5587 (11773 = Vollmer IBR 32). VI 2998 = D. 2177. Arch. Anz. 1915, 245, 18. Kuzsinszky Aquincum (1934), 213, 319; ceterum* Dio *fasti.* Δίων Κοκκιανός *in codicibus (M saec. XI et Lb olim Mb saec. XV) Dionis item in subscriptione cod. Peiresciani (et Suid. s.* ἐπιστάτης *Adler) et in libris excerptorum de leg.;* βιβλίον Κασσιανοῦ Κοκκιανοῦ ἢ Κοκκίου Δίωνος *Phot. bibl. 71;* Δίων ὁ Κάσσιος χρηματίσας, ὁ ἐπίκλην Κοκκήιος (οἱ δὲ Κοκκηιανός) *Suid. s.* Δίων *1239 Adler;* Δίων Κάσιος Κοκκειανός *Tzetz. exeg. Hom. Il. p. 108, 2; 136, 17 Hermann;* Κοκκειανὸς Κά(σ)σιος Δίων *id. chil. 9, 572; alleg. hom. Il. 1 v. 32 (= Matranga Anecd. gr. 1, 42);* Δίων ὁ Κοκκειανός *Tzetz. ad Lycophr. 44. 516. 633. 912; chil. 6, 527; epist. 107 p. 86 Pressel;* Κάσιος ὁ Δίων *id. chil. 2, 84;* Δίων ὁ Κάσσιος *Euagr. scholast. hist. eccl. 5, 24; ceterum* Dio.

Patria eius Nicaea *Dio 75, 15, 3 (=Phot. l. l.);* Νικαεύς *Suid.* Pater (M.(?) Cassius) Apronianus *(supra n. 485) Dio 69, 1, 3, cf. 49, 36, 4; 72, 7, 2,* quem Ciliciae legatum in provinciam comitatus est *ib. 72, 7, 2.* Romae commoratus est inde ab initio imperii Commodi *72, 4, 2* (senator *ib. 16, 3; 20, 1; 21, 1)* usque ad eius finem *ib. 17, 3; 18, 2—4,* item sub Pertinace *73, 3, 2; 10, 2.* Ab hoc imperatore (a. 193) cum aliis honoribus affectus tum praetor designatus est *ib. 12, 2; praetor ergo fuit a. 194.* Didium Iulianum timuit, quod in eum accusator nonnullas causas obtinuerat *ib.* Iuliano diem imperii celebranti *(d. 28 Martii 194)* adfuit *ib. 14, 2. 4. 5.* In senatu fuit, cum M. Silio Messalla consule auctore imperium Iuliano abrogatum

et Septimius Severus imperator nuncupatus est *ib. 17, 3. 4.* Divinis honoribus interfuit, quibus Septimius Severus Pertinacis memoriam coluit *74, 4. 5.* Mense Decembri a. 196 adfuit ludis circensibus *75, 4.* A. 205 fuit in senatu *76, 5, 2; 8, 2—7.* Consul I *suffectus anno incerto sub Severo 76, 16, 4, cf. 60, 2, 3* ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες, *non diutius duobus mensibus, cf. 43, 46, 5.* Comes Caracallae Nicomediae hieme 214/5 fuit *77, 17, 2. 3; 18, 4; 78, 8, 4. 5.* In senatu adfuit, cum Macrinus per litteras imperium se adeptum esse *(m. Aprili 217)* nuntiavit *78, 37, 5; 38, 2.* A Macrino *(a. 217/8)* Pergamo et Smyrnae praepositus est *(curator vel legatus ad corrigendum statum civitatium)*; ibi hieme a. 218/9 etiamtum fuit *79, 7, 4 (= Phot. l. c.)*; in Asia degebat *circa a. 221 ib. 18, 3;* tum tempore opinor Hierapoli Charonium illud vidit *68, 27, 3.* Inde in Bithyniam profectus aegrotavit, dein *proconsul* Africae (τὴν ἐν τῇ Ἀφρίκῃ ἡγεμονίαν, *tot annos post consulatum non iam legatus exercitus Africani fuisse potest, id quod crediderunt G. Vrind De Cassii Dionis vocabulis 158—163. 165. Cagnat Rev. ét. anc. 21, 185 alii)* in eam provinciam se contulit; simulatque in Italiam reversus est, legatus Augusti (pr. pr.) in Dalmatiam indeque in Pannoniam superiorem missus est *80, 1, 2. 3 (= Phot.); 49, 36, 4.* Ob disciplinae militaris severitatem, qua in Pannonia usus est, praetorianis invisus *80, 4, 2*, quare ne militum ira perverteretur, imperator Severus Alexander consulatum alterum in Italia extra Romam gerere eum iussit *80, 5, 1.* Consul II a. 229 cum Severo Alexandro Augusto III *80, 2, 1. Phot.; vide supra; fasti.* Romam et in Campaniam ad imperatorem venit, a quo pedibus aeger in patriam dimissus est, ubi reliquum vitae spatium agere in animo habuit *80, 1, 3; 5, 2 (Phot.).* Capuae et antea moratus erat, quotiens in Italia fuerat, ut ob tranquillitatem loci historiis suis conscribendis vacaret *76, 2, 1.*

Cum Dione Cocceiano rhetore item Bithyno parentela nescio qua coniunctus fuerit. Ex posteris eius Cassius Dion consul ordinarius a. 291 *(is qui praecedit) videtur.*

Sub initium principatus Septimi Severi librum edidit de somnis et prodigiis (περὶ τῶν ὀνειράτων καὶ τῶν σημείων, *idem putat Christ-Schmid 2⁶, 796, 11 opus quod Suid.* ἐνόδια *nuncupat; inde sumpta sunt, quae narrat 74, 3)*, qui cum imperatori placuisset, somnio monitus historiam Romanorum primum temporum suorum, dein ab origine (ab adventu Aeneae *Phot.)* ad finem Severi memoriae tradidit annis viginti duobus, reliquam additurus, quoad vita suppeditasset *72, 23, cf. 78, 10, 1. 2; 1, 1—3; 2, 4, p. 1. 3 sq. 12 Boiss.*

Historias Romanas usque ad alterum consulatum suum scripsit libris octoginta *Phot. Suid., qui extant partim integri partim excerpti. Suidas cum dicit* ἔγραψε Περσικά *confundere eum videtur cum Dinone Colophonio; idem Dionis opera enumerat* Γετικά *(quae immo sunt Dionis*

Prusensis), τὰ κατὰ Τραιανόν *quae pars videtur historiarum*, βίον Ἀρριανοῦ τοῦ φιλοσόφου *(scil. Flavii Arriani qui item Bithynus erat). Cf. Christ-Schmid* 2^6*, 795—799. G. Vrind De Cassii Dionis vocabulis (1923), non sine quibusdam erroribus. Schwartz RE 3, 1684—1722.* *St.*

493 Cassius Festus, cui Severus et Antoninus rescripserunt *Marcian. dig. 48, 13, 6; fortasse magistratus vel praeses.* *Gr.*

494 Cassius Hadrianus, cui divus Pius rescripsit *Marcian. dig. 36, 1, 32 (31), 1; idem potest esse* Cassius proconsul sub Antonino Pio *supra n. 475 (at v. infra* Claudius Hadrianus *n. 882). Fortasse parentela coniunctus cum* C. Ca[ssio? S]tatilio Severo Ha[driano] *VI 37067.* *Gr.*

— M. CASSIVS HORTENSIVS PAVLINVS *v. infra sub Hortensiis.*

495 C. CASSIVS INTERAMNANVS PISIBANVS PRISCVS, praetor a. 100 *VI 451 = D. 3619. Cf. supra n. 476.* *Gr.*

496 L. CASSIVS IVVENALIS, consul (suffectus) cum Q. Pomponio Musa d. 27 m. Dec. *a. inc. imperante Antonino Pio intra a. 151 et 160 (excluduntur anni 152—155, quorum consules cuncti fere noti sunt tam ordinarii quam suffecti) III p. 884 sq. cf. p. 1990 duo diptycha ex eodem aere descripta, quae a. 160 vindicat Hüttl Antoninus Pius 2, 147 sq.* *Gr.*

497 **Cassius Ligurinus,** procurator (metallorum *vel* ferrariarum *videtur)* Septimi Severi Augusti *t. Moesiacus III 8333 (= 6313). Frater fortasse eius qui sequitur, nisi suspicari malis* Ligurini *nomen errore incisum esse pro* Liguris *(eiusdem ac tribuni).* *St.*

498 Cassius Ligus. *Tituli Ostienses XIV 13 (1). 14 (cf. p. 612) (2). 4380 (3). Nomen integrum t. 3;* . . assius Ligus *t. 1;* . . . Lig . . *t. 2.* Tribunus cohortis quartae vigilum *t. 1*, tribunus praepositus vexillationis *t. 3, cf. 2, circa a. 194 vel 195, cf. p. 612. Frater videtur eius qui praecedit (vel idem?). Veteranus eiusdem nominis Ann. ép. 1904, 187.* *St.*

499 Cassius Longinus, tutor Aemiliae Pudentillae, vir gravissimus et sanctissimus *Apul. apol. 101.* *St.*

500 Cassius Longinus *(sic Photius lex. s.* σέρφοι; Λογγῖνος ὁ Κάσσιος *Suid. prooem. p. 1, 7 Adler et s.* Λογγῖνος; *ceterum* Longinus). Filius Frontonidis sororis Frontonis Emeseni, cuius heres extitit *Suid. s.* Φρόντων. Inde a pueritia cum parentibus multas terras et gentes vidit *ipse ap. Porphyr. v. Plot. 20.* Athenis audivit Ammonium (Saccan) et Origenem *ib.* Ibi ipse magister Porphyrii *Euseb. praepar. ev. 10, 3, 1. Eunap. vit. soph. p. 7 Boiss. Suid s.* Λογγῖνος, a quo cum Porphyrius a. 267/8 *(cf. Oppermann Plotins Leben 38 sq.)* in Sicilia versaretur petiit, ut ad se in Phoeniciam veniret *Porphyr. v. Plot. 19, cf. 6.* Eo magistro usa esse ad Graecas litteras dicitur Zenobia *vita Aurel. 30, 3,* quam reginam opera consilioque adiuvit *Phot. bibl. 265.* In Odaenathum scripsit λόγον *Liban. epist. 1078 F.* Occisus ab Aureliano *(a. 272) vita Aurel. l. l. Zos. 1, 56. Suid. s.* Λογγῖνος, *cf. Syncell. 721.* Scripsit λέξεις κατὰ στοιχεῖον *Suid. prooem., alia*

Suid. s. Λογγῖνος. *Cf. Ueberweg-Praechter*[12] *594 sq. Christ-Schmid* 2^6, *889—891. Aulitzky RE 13, 1401—1415.* *St.*

501 C. CASSIVS LONGINVS, consul suffectus a. 30 p. C. *In consulatu* C. Cassius Longinus *X 1233* = *D. 6124.* C. Cassius Longinus *Pomponius dig. 1, 2, 2, 51;* Cassius Longinus *Ios. ant. 15, 406; 20, 1. Suet. Cal. 57, 3; Nero 37, 1. dig. 1, 9, 2. gromat. vet. 1, 17. 124. 399. 403;* C. Cassius *Plin. epist. 7, 24, 8. Tac. Dio-Xiph. 59, 29, 3. dig. 2, 4, 4, 2; 4, 6, 26, 7; 5, 3, 13, 4; 7, 1, 70 pr. 2; 16, 1, 16, 1; 29, 2, 25, 4. 5; 30, 37 pr.; 37, 6, 2, 5; ceterum* Cassius *vel* Longinus.

Ex posteris C. Cassi Longini interfectoris Caesaris dictatoris *Tac. a. 16, 7, cf. 11, 12. Suet. Nero 37, 1. Dio l. l.* Natus ex filia (Q. Aeli) Tuberonis, quae fuit neptis Ser. Sulpici (Rufi) *Pomponius l. l.*, pater *videtur* L. Cassius Longinus consul a. 11 p. C. *(is qui sequitur)*, frater (maior) L. Cassius Longinus consul ordinarius a. 30. Praeturam *(ca. annum 27)* memorat (Titius) Aristo *ap. Pomponium dig. 29, 2, 99, ubi traditur* sanctum *(legendum fortasse* Gaium) Cassium praetorem, *cf.* Gaium Cassium *ib. 4, 6, 26, 7.* Consul suffectus per secundum semestrem a. 30 cum L. Naevio Surdino *(errore* Quartino *Pompon. l. l.) X 1233.* A. 40/1 proconsul Asiae *Dio l. l. Suet. Cal. 57, 3,* eum imperator Gaius oraculo monitus, ut a Cassio caveret, vinctum Romam duci iussit *ib.*, sed nece Gai servatus est. Legatus Augusti pro praetore provinciae Syriae post regem Agrippam defunctum *(a. 44)* a Claudio successor datus (C. Vibio) Marso *Ios. ant. 20, 1. Nummi Antiochensium* imperante Claudio *cusi* anno 96 *aerae Caesareae (= 47/8 p. C.) inscripti* ἐπὶ Κασσίου *Eckhel 3, 280. Mionnet 5, 167, 175 (dubitatur de nummo anni 94 = 45/6 Eckhel ib. Mionnet 5, 167, 174, sed eo anno Syriam certo rexit v. infra);* Suriae praeerat a. 49 *Tac. a. 12, 11,* ab imperatore iussus Meherdaten ad Euphratis ripam deduxit *ib. 12, 11. 12,* successor eius (C.) Ummidius (Durmius) Quadratus a. 51 *certe* Syriam administravit *Tac. a. 12, 45.* Quomodo in Iudaeos se gesserit *Ios. ant. 15, 406; 20, 7* (a. 45 *ib. 20, 11—14).* A. 58 ad seditionem Puteolanorum sedandam delectus est, sed quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso ad Scribonios ea cura translata est *Tac. a. 13, 48.* Sententiam in senatu dixit a. 58 *(vel* 59*) ib. 13, 41,* a. 61 *ib. 14, 42—45.* L. (Iunium) Silanum (Torquatum), filium fratris (Iuniae) Lepidae uxoris, quem educaverat *ib. 15, 52,* ad res novas moliendas impulisse insimulatus a. 65, simul ei obiectum est, quod inter imagines maiorum C. Cassi percussoris Caesaris retinuisset *ib. 16, 7. 8. Suet. Nero 37, 1,* senatus consulto in Sardiniam deportatus est *Tac. a. 16, 8. 9. Pompon. l. l. 51. 52. Iuvenal. 10, 16 (Suet. l. c.* [illegible] *minus accurate narrat quasi interemptus esset, item Dio-Xiph. 62,27,1, qui nomen non ponit).* Revocatus a Vespasiano diem suum obiit *Pompon.* Luminibus orbatus *Suet. l. l.*

Opibus vetustis et gravitate morum praecellebat *Tac. a.16, 7;* plurimum

in civitate auctoritatis habuit *Pompon.* Domus eius postea Ummidiae Quadratillae, dein nepotis et heredis eius C. Ummidi Quadrati *Plin. l. l.*

Uxor (Iunia) Lepida *v. supra. — Ab hoc ut videtur appellati Cassii vel maiores Cassiorum qui non raro in Syria inveniuntur (cf. veluti n. 500. 509. 519. A1402).*

Ea tempestate ceteros praeminebat peritia legum *Tac. a. 12, 12, cf. 14, 43.* Iuris consultus *Suet. l. l.* Auditor Masuri Sabini *dig. 4, 8, 19, 2 (cf. Arrian. Epicteti diss. 4, 3),* cui successit *Pompon.* Vir prudentissimus, iuris auctor *gromat. vet. l. l.,* magister (Titii) Aristonis *dig. 4, 8, 40.* Cassianae scholae princeps et parens *Plin. l. l.* Libros composuit iuris civilis non minus decem *(dig. 7, 1, 70 pr.), fragmenta collegit Lenel Palingenesia 1, 109—126. Bremer Iurisprudentiae Antehadrianae 2, 2, 9—79. Cf. Jörs RE 3, 1736—1738. Krüger Gesch. d. Quellen d. röm. Rechts² 168—170. Schanz 2, 2³, 475 sq. Teuffel 2⁷ § 298, 3.* *St.*

502 L. CASSIVS LONGINVS, consul suffectus cum T. Statilio Tauro ex kal. Iul. a. 11 p. C. *In consulatu:* L. Cassius L. f. . .n. Longinus *fasti Capitol. I² p. 29.* L. Ca . . . . . *fasti Arv. ib. p. 70.* L. Cassius Longinus *XII 4333 = D. 112* (X k. Octobr.). L. Cass. *tessera nummularia Babelon Arethuse 5, 1928, 17 n. 34* (id. Oct.).

Filius fortasse L. Cassii, qui cecidit in proelio Philippensi (App. b. c. 4, 135). Maritus (Aeliae) Q. Aelii Tuberonis iuris consulti filiae *Pompon. dig. 1, 2, 2, 51. Pater* L. Cassii Longini cos. ord. a. 30 *(n. 503)* et C. Cassii Longini cos. suffecti anni eiusdem *(n. 501).* Lucius filius severa patris disciplina eductus *Tac. a. 6, 15. — Ancilla* Cassi [L]ong[ini] *nescio cuius VI 22946. — Cf. supra n. 477.* *Gr.*

503 L. CASSIVS LONGINVS, consul a. 30 p. C., honoratur a Sextanis Arelatensibus *t. urbano Bull. com. 56, 318 = Ann. ép. 1930, 70. In consulatu:* L. Cassius Longinus *fasti Nolani X 1233 = D. 6124.* L. Cassius *fasti Arv. I² p. 71.* L. Cassius Long . . . . *VI 29681.* L. Cassius *Cassiodor. Chron. min. 2, 136.* Longinus Cassius *fasti Hydat. ib. 1, 220.* Λογγῖνος Κάσσιος *Epiphan. c. haer. 23, ceterum* Longinus *fasti. —* L. Cassius Longinus *titulus. Suet. Cal. 24, 1.* L. Cassius *Tac. a. 6, 15.* Cassius Longinus *ib. 6, 45.* Κάσσιος *Dio exc. 58, 3, 8.*

L. Cassi Longini cos. a. 11 filius *(ex praenomine natu maior).* Severa patris disciplina eductus *Tac. a. 6, 15.* XV vir sacris faciundis *tit.* Legatus pro pr. Ti. Caesaris Augusti *(nescio cuius provinciae) tit., ante consulatum ut videtur.* Consul *tit.* cum M. Vinicio per primum semestrem a. 30 *v. supra.* Consularis *Suet. l. l. Hic videtur* Κάσσιος, qui a. 30 auctore Seiano contra Drusum Germanici filium (in senatu) egit *Dio exc. 58, 3, 8 (Exc. de virt. 2, 320, 192 Roos). Idem sine dubio significatur Tac. a. 6, 2, ubi traditur* principio anni (32) Scipiones et Silanos et Cassios in senatu censuisse, ut Liviae Drusi Caesaris uxoris memoria damnaretur et bona

Seiani in fiscum cogerentur. A. 33 Tiberius ei Drusillam, Vinicio *(qui collega eius in consulatu fuerat)* Iuliam Germanico genitas coniungit superque ea re senatui scribit, levi cum honore iuvenum *Tac. a. 6, 15. Suet. Cal. 24, 1. Dio 58, 21, 1 (nominibus Cassii Viniciique omissis).* A. 36 cum tribus aliis progeneris Tiberii aestimandis detrimentis gravi Aventini incendio acceptis deligitur *ib. 6, 45.* Gaius Caesar Drusillam ei abduxit *Suet. l. l.*, M. Aemilio Lepido in matrimonium dedit *(v. supra A 371).* — Patronus Arelatensium *tit. Cf. supra n. 477.* — Facilitate saepius quam industria commendabatur *Tac. a. 6, 15.* *Gr.*

504 L. CASSIVS LONGINVS, C. f., et L. Calpurnius L. f. Piso II vir(i) posuerunt *t. Polensem V 54; ille nominatur etiam in t.* L. Cassii Longini l. Phoebi *Tergestino V 583. Fuit ni fallor aetate liberae rei publicae; v. supra n. 288.* *Gr.*

505 Cassius Longus, praefectus castrorum a. 69 *Tac. h. 3, 14.* *St.*

506 CASS[I]VS MANILIANVS, clarissimus vir, Cassiae Maniliae aviae posuit *t. VIII 23801 Furnitanum ut videtur.* *Gr.*

507 L. CASSIVS MARCELLINVS, legatus Aug. pr. pr. (Pannoniae inferioris), consul designatus, Urbi Romae dedicavit *t. III 10470 = D. 3925 Aquincensem. Provinciae praefuerit necesse est ante a. fere 214, quo Pannonia inferior legato consulari permissa est (cf. Ritterling Archaeol. Ertesitö 41, 296). Fortasse idem atque* Cassius Pius Marcellinus *n. 516, qui breviore nomine* Cassius Marcellinus *appellabatur.* *Gr.*

508 CASSIVS MAXIMVS, proconsul (Achaiae) *sub finem principatus Traiani (a. 116/117 ut videtur) IG 9, 1, 61 t. Dauliensis. In proconsulatu eum excepit Valerius Severus ib.* *Gr.*

509 Cassius Maximus, ὁ κράτιστος *Artemidor. onirocrit. 4, 1.* Ad eum Artemidorus priores tres libros onirocriticorum misit *1 prooem.; 1, 82; 2, 70; 3, 1.* Eum ut rhetorem nimiis effert laudibus *1 prooem ex. 2, 1*, item ob sapientiam *2, 70; 3, 1*, Phoenicem significare videtur *3, 66. Itaque ab eo fortasse non diversus (cf. O. Hirschfeld ap. F. S. Krauss, Artemidoros aus Daldis, Symbolik der Träume p. VIII)* Maximus, Tyrius, philosophus Platonicus, qui versabatur sub Commodo Romae *Suid.* saepius *inscriptio codicum* τῶν ἐν Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας *(sed cf. Hobein in ed. p. LVI sq.).* Verissimi Caesaris *(sc. Marci qui postea imperavit)* praeceptor *Eusebius (Hieronym. chron. Ol. 232 p. 203 bH.; arm. 221 K.; Syncell. 663) confundens* eum cum Claudio Maximo philosopho stoico. Extant dissertationes (διαλέξεις) eius et philosophumena *ed. Hobein 1910. Incertum num idem sit* Σιδώνιος σοφιστής qui Athenis docebat *Lucian. Dem. 14 (cf. Funk Philol. Suppl. 10, 626, 180). Cf. Christ-Schmid 2[6], 767 sqq. Ueberweg-Praechter[12] 551. 155*. 176*. Kroll RE 14, 2555—2562.* *St.*

510 **Cassius Mont[anus]**, procurator Augusti provinciae ...... *(cuius nomen excidit) t. Arelatensis XII 671.* *St.*

511 CASSIVS PAPIRIVS, consul *vita Clodii Albini 10, 11. 12 in epistula (ficta) imp. Marci.* *Gr.*

512 Cassius Patavinus, homo e plebe, quem levi exilio punire Augustus satis habuit, cum convivio pleno proclamasset neque votum sibi neque animum deesse confodiendi eum *Suet. Aug. 51, 1.* *St.*

513 M. CASSIVS PAVLLINVS, III vir aere argento auro flando feriundo, tribunus militum legionis I Italicae, quaestor provinciae Macedoniae, ab actis senatus *VI 1373 t. sepulcralis. Fortasse parentela coniunctus cum* M. Cassio Hortensio Paulino praetore urbano *VI 318 et cum* Iulio Ca[s]sio Paulino, *qui memoratur inter pueros clarissimos in actis lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 345.* *Gr.*

— IVLIVS CA[S]SIVS PAVLINVS.

514 L. Cassius Petraeus. *Honoratus t. Delphico Ditt. Syll.*[3] *825 C (1)., nominatur ib. A (2). B (3). Tria nomina t. 1—3,* Petraeus *Plut.* Dercii filius *t. 2. [3].* Origine Hypataeus *t. 3, postea civitate Delphica ornatus videtur.* Sacerdos in patria *t. 1.* Delphis epimeletae simul agonothesiae Amphictyonum munere bis functus est *(a. fere 99 et 103, cf. West Class. Phil. 23, 263) t. 1. 2. Plut. quaest. conv. 5, 2, 1, p. 674 F.* Amicus Plutarchi *ib. et de Pythiae orac. 29, p. 409 B.* *St.*

515 C. Cassius Philiscus, filius C. Cassi Asclepiodoti *t. Nicaeensis CIG 3759; v. supra n. 486.* *St.*

516 CASSIVS PIVS MARCELLINVS *memoratur in actis lud. saec. a. 204 VI 32327. 32328. Not. d. sc. 1931, 342 imago tab. 10. VI 32332. 32333 (1—5);* pro s[alute] eius *positus est t. III 13371 Aquincensis (6), titulum qui posuit vix fuit* h(eres) Marcellini, *malim supplere* h(ospes).

Cassius Pius Marcellinus *t. 1 v. 10;* Cassius Pius Marc...... *t. 3 v. 31;* [C]assius M[arcell]inus *t. 2 v. 3;* ..... s Marcellinus *t. 4 v. 3;* ..... rcelli ... *t. 5 v. 2.* Casius *(sic)* Pi.. Marcellin[us] *t. 6.* — (Tribunus) laticlavius legionis II adiutricis *t. 6.* Quaestor designatus, XV vir sacris faciundis a. 204 *t. 1—5 (cf. Diehl S. Ber. Ak. Berl. 1932, 789). — Idem potest esse* L. Cassius Marcellinus *n. 507. Ab hoc non diversum esse* D. Pium(?) Cassium *n. 479 suspicatur Ritterling Archaeol. Ertesitö 41, 294, 17 vix recte.* *Gr.*

517 M. Cassius Pollio, frater M. Cassi Agrippae *II 2212 (errore typothetae editum est 2112).* *St.*

518 L. Cassius Princeps, tibicen, *agnomine* Cappa *t. Amerinus XI 4424 = D. 5239. Idem fortasse, ut vidit Buecheler Rh. M. 1882, 332 sq.,* Princeps tibicen, 'operam Bathyllo solitus in scaena dare' *Phaedr. 5, 7.* *St.*

519 **C. Cassius Salamallas** (*traditur* ΣΑΛΑΜΑΜΑΝ), procurator Traiani Augusti Germanici *(inter a. 98 et 102)* Lyciae et Pamphyliae et Galatiae

(ΛΥΘΙΑΣΤΑΙ ΙΙΑΜ . . . Τ. Σ ΡΑ . . ΛΑΤΙΑΣ), honoratus publice Cauni *Journ. Geogr. Soc. 12 (1842), 158, 1. Natione ut videtur Syrus, cuius avus fortasse civitatem accepit a C. Cassio Longino legato Augusti pro praetore provinciae Syriae imperante Claudio (supra n. 501).* *St.*

520 Cassius Salanus, avunculus Zenodori statuarii, praeceptor Germanici Caesaris *Plin. n. h. 34, 47;* participem studii Salanum *(v. 1)* Germanicus Caesar habere solet *Ovid ex P. 2, 5, 42 sqq.* *St.*

521 P. CASSIVS SECVNDVS *(tria nomina exhibent tituli 1—4. 6. 7,* . . . . sius Secundus *t. 5),* legatus Aug. pr. pr. (exercitus Africani) *VIII 19132 (1). 19133 = D. 5977 (2). 19134 = D. 5977 a (3) cippi terminales Siguitani ab eo positi,* sub Hadriano *tituli Lambaesitani VIII 2534 (4), Bull. tr. hist. 1904, 202, 33 (mutilus) (5) intra a. 135 et 138 cf. t. 5 (duorum de quibus cogitari potest supplementorum* H[adriano Aug.] pont. [max. trib. pot. XX]II cos. III *vel* [imp.] II cos. III *hoc mihi magis probatur).* Consul (suffectus) cum M. Nonio Muciano a. 138 *VIII 11451 = 23246 v. 10. 25 s. c.*[tum] *de nundinis saltus Beguensis (6)* d. 15 m. Oct. *(v. 25),* d. 13 m. Dec. *t. urbanus Not. d. sc. 1933, 433, 4 (7). Idem fortasse* [Secu]ndus *legatus Aug. pr. pr. Cappadociae imperante Antonino Pio, si quidem in nummo Caesareae Cappadociae Babelon Coll. Wadd. 6766 (= Münsterberg Beamtenn. 173) ab altera parte inscriptionem exhibente* [ἐπὶ] . . . . . . υνδο. *vere nominatus fuit praeses provinciae. — Pater ut opinor* P. Cassii P. f. Claudia Dextri *(n. 490), in quo vide.* *Gr.*

522 Cassius Severus, cuius libidine commotus Augustus e lege maiestatis cognitionem de famosis libellis tractavit anno p. C. 12 *(cf. Dio 56, 27, 1) Tac. a. 1, 72, cf. Suet. Aug. 55;* senatus decreto scriptis eius abolitis *(v. infra)* exul in Cretam missus est atque illic eadem actitando recentia veteraque odio advertit bonisque exutus interdicto igni atque aqua a. 24 Seriphum amotus ibi consenuit *Tac. a. 4, 21.* Vicesimo quinto exilii sui anno in summa inopia mortuus est *Hieronym. chron. Ol. 202, p. 176b) H.*

Sordidae originis, sed orandi validus *Tac. a. 4, 21;* celeber orator *Plin. n. h. 7, 55;* orator egregius *Hieronym. l. c.* Iudicia de eloquentia eius *Sen. controv. 3 pr. 1—8. Quintil. 10, 1, 116. 117. Tac. dial. 19. 26.* (L.) Nonium Asprenatem, Augusti amicum, veneficii accusavit defendente C. Asinio Pollione *Quintil. 10, 1, 22; 11, 1, 57. Suet. Aug. 56, 3. Plin. n. h. 35, 164, cf. Dio 55, 4, 3 (ad annum a. C. 9).* Multi Severo Cassio accusante absoluti sunt, qua de re Augustus iocatus est *Macrob. sat. 2, 4, 9.* Reum defendit neminem nisi se ipsum *Sen. controv. 3 pr. 5.* Accusatus est a (Paullo) Fabio Maximo *ib. 2, 4, 11; ad eum spectare videtur Dio 55, 4, 3:* accusatum de moribus Augustus absolvit, *cf. Sen. controv. 3 pr. 5:* materiam dicendi nisi in periculis suis habuit. Causam quandam contra M. Pomponium Marcellum egit *Suet. gramm. 22.*

Orationes scriptas edidit, sed quae dicebat meliora erant quam quae

scribebat *Sen. controv. 3 pr. 3. 4.* Tamen non tantum infra se cum declamaret, sed infra multos erat; itaque raro declamabat *ib. 7.* Rixae eius cum (L). Cestio (Pio) *ib. 16. 17,* (T.) Labieno invisissimus *ib. 10 pr. 8,* iudicium eius de (Q.) Vario Gemino *id. suas. 6, 11,* Publili (Syri) amator *id. controv. 7, 3, 8.* Dicta eius *ib. 2, 4, 11; 4 pr. 11; 7, 3, 8; 9, 3, 14; 10 pr. 8; 10, 5, 20. Quintil. 6, 1, 43; 3, 27. 78. 79; 8, 2, 2; 8, 3, 89; 11, 3, 133. Suet. l. c. Plut. quom. adul. ab amico internosc. 19 p. 60 D,* sententiae *Sen. controv. 9, 2 (25), 12; 10, 4, 2. 25,* color *ib. 7, 3, 10.* Acerbitas eius *Quintil. 10, 1, 117; 12, 10, 11, cf. 6, 3, 27 (inde* in Cassium Severum *inscriptum est Hor. epod. 6 in codd. nonnullis et Ps. Acro, perperam omnino, cf. Kießling-Heinze ad Hor. l. l.); famosos libellos in viros illustres eum edidisse ex Tacito ll. cc. apparet;* originem gentis Vitelliorum detrectavit *Suet. Vitell. 2, 1;* scripta eius senatus consulto abolita imperator Gaius requiri et esse in manibus lectitarique permisit *id. Cal. 16, 1.* Auctor Plinii *n. h. ind. l. 35.* Cassius Severus ad Maecenatem *adfertur Charis. 1, 104 p. 132 B = Priscian. GL 2, 333.* Cassius Severus *Diomed. GL 1, 371.*

Corporis magnitudine conspicuus *Sen. controv. 3 pr. 3,* Armentarii mirmillonis ei obiecta similitudo est *Plin. n. h. 7, 55.* Maleficae vitae *Tac. a. 4, 21;* gravitas deerat vitae *Sen. l. l. 4. — Inter historicos qui laudatur* Cassius *Minuc. Fel. 23,9 Martin. Lact. inst. 1,13,8 idem a Tertulliano apol. 10 = ad nat. 2, 12 errore sine dubio* Cassius Severus *nuncupatur. Plane incertum num hic* Cassius ad Tiberium II *Priscian. GL 2, 489 = Diomed. ib. 1, 373* (Accius Cassius ad Tiberium secundo) *et* Cassius *Priscian. GL 2, 380. Cf. Brzoska RE 3, 1744—1749. Teuffel 2[7] § 267, 11. Schanz 2, 1[3], 480—482.* *St.*

— C. CA[SSIVS?] STATILIVS SEVERVS HA[DRIANVS] *v. infra sub Statiliis.*

523 .... LIVS CASSIVS TAVRINVS, frater Arvalis, magister factus a. 155 in annum sequentem *VI 2086 acta Arv. Genti Statiliae eum adscripsit Henzen sine idonea causa.* *Gr.*

524 (CASSIA), (C. f.); *eius et Paulli alicuius libertus VI 4497:* C. Cassio (mulieris) et Paulli [l.] Epigono. *V. supra vol. 1 Add. A 373.* *Gr.*

— (AVIDIA CASSIA) ALEXANDRIA *v. supra A 512.*

525 PAVLLA CASSIA, filia Sulpiciae Ser. f., quae Iunoni Lucinae 'pro Paulla Cassia filia sua' dedicavit *t. urbanum I[2] 987 = VI 361 = D. 3103. Postrema liberae rei publicae aetate fuisse videntur. Cf. quae exposuit Münzer RE 4 A 879.* *Gr.*

526 Cassia Cyrina, coniux praefecti *(cuius nomen excidit)* classis praetoriae *(Misenensis vel Ravennatis) t. Caesariensis Mauretaniae Ann. ép. 1900, 125. Aetate Valeriani.* *St.*

527 Cassia *(traditur* ΚΑΙΣΣΙΑ) Le[p]ida, mater Iuliae Berenicae, quae dicitur

e posteris regis Seleuci Nicatoris, T. filiae, uxor *igitur videtur* T. (Iulii) *t. Laodicensis ad mare CIG 4471 = Ditt. Or. Gr. 263*, quem posuit filiae a. 116. *St.*

528 Cassia Manilia, avia Cassi Maniliani *VIII 23801. St.*

529 CASSIA PATERNA a filiis honoratur *titulis duobus gemellis (e quibus unus evanidus) Lorii repertis XI 7729 a. b (1. 2), memoratur in t. agri Tusculani mutilo XIV 2515 (3).* — Cassia Paterna *t. 1. 2.* ... sia Paterna *t. 3.* — Clarissima femina *t. 3.* Iulii Aspri consulis *(I a. inc. II a. 212)* uxor *t. 1. 2. 3;* Iulii Camilii Aspri *(consulis a. 212?)*, Iulii Severi Calidi, Camiliae Aequae mater *t. 1. 2 cf. 3. Gr.*

530 Cassia Sabina, uxor Aureli Rogati *X 7586. St.*

531 CASTA, Caecilii Classici *(supra n. 32)* uxor, in causa mariti mortui a Plinio apud senatum accusata absoluta est *Plin. ep. 3, 9, 19. 29. 34. Gr.*

532 ... IA CASTA SI .... NILLA *memoratur in fragmento actorum lud. saec.* a. 204 inter puellas, quae carmen cecinerunt *Not. d. sc. 1931, 345 v. 89. Gr.*

— Maria Casta.

533 Castelius (Καστέλιος *pars codd., alii* Καστήλιος, Κατέλλιος *vel sim.)*, praeses (ἡγεμών) (Galatiae) *acta Pauli et Theclae 14. 15.* Catellius *legendum esse statuit Froehner Philol. S. 5, 70. Num vere fuerit legatus Galatiae, iure dubitaveris, praesertim cum ib. aliis locis* ἀνθύπατος (proconsul) *dicatur. Gr.*

534 Castellanus, libertus, (Iunii) Gallionis simillimus *Plin. n. h. 7, 55, cf. ed. Ian-Mayhoff* 2^2 *p. 20. St.*

535 CASTINVS, v(ir) c(larissimus), Minervae et m(agnae) d(eum) m(atri) I(deae) patriae conserv[atricibu]s et n(umini) Imp. Caesaris M. Aurelii *(cognomen imperatoris periit; fuit vel Probus vel Carus)* dedicavit *t. Legionensem Boletin de la Real Acad. de la Historia 58 (1911), 229. Gr.*

— C. IVLIVS SEPT(IMIVS) CASTINVS.

536 Castor, gladiator *vel* histrio *vel simile quid Hor. epist. 1, 18, 19, cf. Porphyr. ad l. l. St.*

537 Castor, Augusti libertus a memoria (μνήμην, *traditur* γνώμην, *emendavit Hirschfeld K. V.*[2] *335, 1)* et a cubiculo, Septimium Severum in Britannia comitatus *Dio exc. 76, 14, 1. 2. 5,* ab Antonino post Severi obitum occisus est *id. 77, 1, 1. St.*

— Antonius Castor.

— ACCIA ASCLEPIANILLA CASTOREA.

538 Castr ....., procurator provinciae Africae *t. Arelatensis XII 671. Plane incertum num idem sit* Castricius Proculus. *St.*

539 Castricius, qui Κηπουρικά scripsit, auctor Plinii *n. h. ind. l. 19. St.*

540 Castricius, per quem Augustus de coniuratione (A. Terenti Varronis)

Murenae *(anno a. C. 23)* cognoverat, reus imperatoris precibus ereptus est *Suet. Aug. 56, 4. Idem fortasse is qui sequitur.* *St.*

541 A. Castricius, Myriotalenti filius, tribunus militum, praefectus equitum et classis, vigintisexvir *t. Lanuvinus XIV 2105 = D. 2676, cf. add. 3, p. CLXXIX. Vigintisexviratus Augusti aetatem vel paulo priorem indicat, potest igitur esse idem qui praecedit.* *St.*

542 T. Castricius, rhetoricae disciplinae doctor, qui habuit Romae locum principem declamandi ac docendi, summa vir auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in mores atque litteras spectatus, magister Gellii *Gell. 13, 22; 11, 13; laudatur ib. 1, 6; 2, 27.* 'Castricius noster' *ut vivus nominatur Fronto ad am. 2, 2 p. 190 N. (= 1 p. 308 Haines), cf. p. 163.* *St.*

543 Castricius Firmus, sectator Plotini amicus Porphyrii, qui in eum scripsit de abstinentia (περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων) *Porph. de abst. 1, 1; 2, 1; 3, 1; 4, 1.* Plotinum in Campania morientem a. 269 ex praediis suis prope Minturnas sitis fovit *Porph. vita Plot. 2. 7. Idem fortasse* Firmus, cuius sententiis usus est Marinus *Damasc. vita Isid. Phot. bibl. 242, p. 351 a = 142, 275 Westerm. Vix idem* Castricius Nicaeensis, qui scripsit de Homero *Suid. s.* Ὅμηρος Ο *251 Adler (in apparatu) auctus ex cod. Vindob., Hom. ed. Allen 5 p. 256 suspectae ut videtur fidei, cf. Adler Herm. 67, 363—366.* *St.*

544 Castricius Proculus, praefectus castrorum Alexandreae ad Aegyptum *III 6608 = D. 2394.* *St.*

— **[T]i. Iulius Aquilinus Castricius Saturnin[us] Claudius Livianus** *v. infra n. 913.*

545 Castricus, poeta et amicus Martialis *6, 68; 7, 4. 42;* ad eum dedit *praeterea 6, 43; 7, 37.* *St.*

546 **Castrius Cinna,** vir egregius, procurator Augusti ducenarius honoratus publice Mileti, cum munere archiprytanidis iterum fungebatur Antonius Apollodorus *(supra A 813) Rev. arch. 28 (1874) 109 sq.* *St.*

547 Castus (*potius quam* Castor), centurio in Aegypto sub A. Avillio Flacco praefecto *Philo in Flacc. 11, 86 p. 135 sq. R.* *St.*

— **L. Artorius Castus.**

— **L. Fulvius Kastus Ful .....**

— IVLIVS CASTVS.

— M. TINEIVS OVINIVS CASTVS PVLCHER.

— Valerius Statilius Castus.

— **L. Iulius Cat .....**

— Q. PO[MPEIVS?] ... CAT ....

— C. Iulius Annius Maximus Catapalianus.

— C. CATELIVS MODESTINVS *v.* C. Catilius Modestinus.

— AELIA CATELLA.

— Catellius (?) *v.* Castelius (?).
— L. POMPEIVS VOPISCVS C. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER.
548 **L. Catellius Livianus.** Pro salute imperatoris Gordiani et Sabiniae Tranquillinae posuit *titulos Mauretaniae Caesariensis VIII 9963 (male lectus, cf. 21798) (1). 21557 (2). 21559 (3). Miliarii eiusdem provinciae VIII 22621 (4). Ann. ép. 1903, 95 (5).*

Lucius Catillius Livianus *t. 4;* L. Catellius Livianus *t 5;* Catellius ... *t. 1;* Cate ... *t. 3;* Livian. *t. 2.* Procurator Mauretaniae Caesariensis *sub finem imperii* Gordiani *t. 1—3* et sub Philippo *t. 4. 5.* *St.*
549 Catianus. Ad eum Martialis *6, 46.* *St.*
550 P. Catienus Philotimus *(cf. Detlefsen Rh. M. 1863, 236)* patronum adeo dilexit, ut heres omnibus bonis institutus in rogum eius se iaceret *Plin. n. h. 7, 122. Aetatis incertae.* *St.*
551 P. CATIENVS SABINVS honoratus publice *t. Abellinate Not. d. sc. 1928, 381 (1), memoratur in cippis terminalibus XIV 4704 (2—4) cf. 192 (5). Cf. Stein Herm. 65, 234 sq.*

P. Catienus P. f. Sergia Sabinus *t. 1.* P. Catienus P. f. Sabinus *t. 2—4 cf. 5 (nominis vestigia corrupta). — Cursum honorum exhibet t. 1:* Quaestor, tribunus plebis, praetor, proconsul *provinciae nescio cuius — vix fuit* praetor proco(n)s(ule) —, praefectus aerarii militaris *non ante a. 6 p. C.*, legatus Caesaris Aug. *(Augusti vel Tiberii) legionis vel potius provinciae alicuius. Inter* curatores riparum et alvei Tiberis, qui praesidente C. Antistio Vetere *cos. a. 23 (supra A 772)* ex s. c. terminaverunt, *nominatur loco quarto t. 2—4 cf. 5. Utrum hoc officio functus sit praetorius post legationem, ut statuit Stein l. l., an curae alvei Tiberis ut muneris extraordinarii mentio in t. 1 omissa sit, in medio relinquendum.* — Patronus (Abellinatium) *t. 1. — Pater fortasse eius qui sequitur.* *Gr.*
552 T. [CA?]TIENVS SABINVS. *In t. Cyprio Bull. hell. 51, 153 = SEG 6, 834, ubi memoratur* Τίτος .... τιῆνος Σαβεῖνος, legatus pro pr. T. Cominii Proculi proconsulis (Cypri) a. 43 p. C., *restituendum esse* [Κα]τιῆνος, *non* [Λαρ]τιῆνος, *ut visum erat editoribus, coniecit Stein Herm. 65, 235. Quae coniectura confirmatur t. sepulcrali VI 14580, quem* Maria N. f. Modia T. Vibi Catieni Sabini (uxor) filio P. Catieno T. f. Sergia Festo pupillo *posuit.* *Gr.*
553 Catiena, scortum nobile *videtur Iuvenal. 3, 133.* *St.*
554 Catilina, qui latine scripsit de re militari *Lyd. de mag. 1, 47.* *St.*
— L. Catillius Livianus, *v.* Catellius.
555 C. CATILIVS MODESTINVS *(non* Catelius *cf. VI 32385)*, frater Arvalis, magister factus *a. inc. VI 2095 cf. 32385 acta Arv., aetate fere imp. Marci ut videtur.* *Gr.*
556 CN. CATILIVS SEVERVS, *ex posteris* L. Catilii Severi cos. a. 110 II a. 120 *(n. 558) ut videtur (quod* Catilius Severus *n. 557, huius puto filius,*

appellatur cognatus imp. Alexandri *vita Alex. 68, 1, inde fortasse potest explicari quod necessitudo intercedebat inter L. Catilium Severum et domum imperatoriam; cf. n. 558).* Frater Arvalis a. 183 *VI 2099 cf. 32386 acta Arv.; idem fortasse memoratur ib. 2098 v. 6* (Cn . . . . . .) *a. inc. Marci. — Pater ni fallor eius qui sequitur (vix idem putandus est). Vel hic vel filius* Κατίλλιος Σεβῆρος proconsul Asiae, *qui commemoratur in t. Thyatireno CIG 3509 = IGR 4, 1281 (propter* Aureliae Pontianae *nomen t. imperatore Marco vix antiquior videtur).* *Gr.*

557 CN. CATILIVS SEVERVS, *filius ut opinor eius qui praecedit,* frater Arvalis adfuit in collegio a. 213 *VI 2086*, a. 218 *ib. 2104 cf. 32388 acta Arv. Idem sine dubio* Catilius Severus, cognatus imp. Severi Alexandri, vir omnium doctissimus, qui in consilio imperatoris fuit *vita Alex. 68, 1. Utrum hic an pater eius* proconsul Asiae *fuerit (v. n. 556), parum constat. Cf. praeterea supra A 1309.* *Gr.*

558 L. CATILIVS SEVERVS IVLIANVS CLAVDIVS REGINVS, consul I suffectus a. 110, II ordinarius a. 120, *honoratus titulis (permutilis) Antiatino nunc deperdito X 8291 = D. 1041 cf. vol. 3 p. CLXXIII (1), Thysdritano Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 43 (2), quos restituit et optimo iure huic vindicavit Merlin. Idem fortasse memoratur in t. Cadyandis rep. TAM 2, 668, minus accurate Ditt. Or. Gr. 563 (3). Non ad hunc sed ad Cn. Claudium Severum cos. II a. 173 pertinet t. Ephesius Inscr. Br. Mus. 3, 2, 539 (cf. infra n. 1024).*

In consulatu primo: . . Catilius Severus *Not. d. sc. 1932, 190 tab. 2 v. 20 fasti Ostienses, altero* L. Catilius Severus *VI 2080 acta Arv. 9100 (= D. 1850). 27041.* L. Catillius Severus *VIII 8239 cf. 20076.* . . . Κατίλιος Σεουῆρος *Riv. Ist. arch. 2, 1930, 63.* . . . atilius Severus *BGU 7, 1689.* Catilius Severus *vita Pii 2, 9.* Severus *Ps. Euseb. ap. Harnack Gesch. d. altchristl. Litt. 1, 585 (quem locum attulit Stech Klio Beih. 10, 43), tt. complures, fasti (errore* Servilius *vel* Servilianus *Chron. min. 1, 285. 421. 694; 2, 141). —* . . Catilius Cn. f. . . . . . . us Iulianus Cl. R . . . nus *t. 1 (errore* C. Atilius *legere sibi visi sunt priores).* L. Cat . lius C[n. f. Cla]u. Sev. rus I . lia . . Claudius . eg . nus *t. 2.* . . . τίλιος Σευῆρος *t. 3.* Catilius Severus *Plin. ep. 1, 22; 3, 12. vita Hadr. 5, 10; 15, 7* (Catalium *libri); 24, 6* (Atilius Severus *traditur). vita Marci 1, 4. 9.* Σεουῆρος *Dio exc. 75, 9, 6 (v. infra).*

Cn. f. *t. 1 cf. 2.* Claudia tribu *t. 1 cf. 2. Cursum honorum usque ad proconsulatum Africae exhibent tt. 1. 2 ordine inverso (nisi quod in t. 1 praetura officiis praetoriis praemittitur); in t. 2 omittuntur dona militaria, fortasse etiam (nisi perierunt) mentiones aedilitatis vel tribunatus plebis et praefecturae frumenti dandi.* [Qua]est[or pro pr. prov.] Asiae *t. 1. 2. (In v. ultimo t. 2 Merlin cum agnoscere sibi visus esset* Q R, *restituit* [VI vir e]q(uitum) R(omanorum), *nescio num recte). Tribunatus vel aedili-*

tatis mentio in t. 1 excidisse, in t. 2 deesse videtur. Praetor urbanus *t. 1. 2 (in utroque refertur loco non suo).* Legatus pro pr. provinciae Asiae II: *ita restituendum videtur, agnosci potest in t. 2* . . g. pro pr. . rov . nc . . . Asiae, *sequitur lineola numero qui periit superducta, in t. 1* . . . . . . ae II. Praefectus [frumenti] dandi e[x s. c.] *t. 1;* cu[rator viarum] . . . . . . iae *t. 1* (. urato . . . . . . *t. 2);* legatus legionis XXII primigeniae piae fidelis *t. 2 cf. 1;* praefectus aerarii militaris *t. 1;* praefectus aerarii Sat[urni] *t. 1 (in t. 2 suppleverim fere* [p]raef[ecto] aer[a]r. m[il. item Sat.]). Consul *t. 1. 2* suffectus cum C. Eruciano Silone tertio nundino a. 110 *fasti Ostienses.* Legatus Aug. pro pr. provinciae Cappadociae et Armeniae maioris et minoris *t. 1;* leg. Aug. pro pr. Arm[eniae m]aiori[s e]t m[inoris] et Ca[p]padoci[ae] *t. 2; cui provinciae praefuerit necesse est intra a. 114 et 117 sub belli Parthici tempora. Idem videtur* Severus, qui Vologaeso Sanatrucis filio indutias concessit *Dio exc. 75, 9, 6 vol. 3 p. 218 sq. Boiss. = Exc. de leg. 1, 88, 16 (fragmentum hoc Dioneum a prioribus non recte relatum esse ad Septimium Severum docuit Boissevain Herm. 25, 329 sq. 645). Bello Parthico sine dubio* donis militaribus donatus a divo Traiano corona murali vallari navali hastis puris IIII vexillis IIII *t. 1 (desideratur mentio coronae aureae).* Hadrianus imperium adeptus *statim* Syriae Severum praeposuit *(m. Aug. vel Sept. a. 117) vita Hadr. 5, 10.* Legatus Aug. pr. pr. provinciae Syriae *t. 1 (ubi legatio haec cum legatione Cappadociae copula* et *coniungitur; in t. 2 certe restituendum* [l]eg. Aug. [pro praet.] pro[v. Syriae]) *ab a. 117 usque ad a. 119 sine dubio.* Consul II *t. 1* (co[s. II] *t. 2). vita Marci 1, 4* cum T. Aurelio Fulvo Boionio Arrio Antonino a. 120 *vita Pii 2, 9; v. supra* ('consulibus — — — iteroque Severo et Fulvo pariter' *VI 7578 in carmine).* Proconsul provinciae Africae *t. 1. 2 more illorum temporum quindecim vel sedecim annis post consulatum i. e. circa a. 125/126.* Praefectus urbi *vita Hadr. 24, 6; vita Marci 1, 4; videtur successisse in locum M. Lollii Paullini Valerii Asiatici cos. II a. 125, qui a. 134 vel paullo ante praefectura urbica fungebatur (cf. D. 2117).* Praefectus urbi *etiamtum* a. 138 Antonini adoptionem tunc (d. 25 m. Febr.) factam esse speciatim doluit, quia sibi praeparabat imperium, qua re prodita successore accepto dignitate privatus est *vita Hadr. 24, 6—8.* Hadrianus eum graviter insecutus est *ib. 15, 7.* — VII vir epulonum *t. 1. 2 (post consulatum ut videtur);* [f]et[ia]l[is?] *t. 2.*

Proavus maternus M. Annii Veri, qui postea imperavit *vita Marci 1, 4. 9 vix recte, v. supra* P. Calvisius Tullus Ruso *n. 357.* Marcus principio aevi sui nomen habuit Catilii Severi *vita Marci 1, 9. Dio-Xiph. 69, 21, 1 = Zon. 11, 24* (Κατίλιος), *v. supra A 697. Idem vulgo putatur* ὁ πρόπαππος, *quem laudat Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 4 nomine omisso, sed magis cogitaverim de Rupilio Bono. — Ex posteris eius ni fallor* Cn.

Catilius Severus *n. 556.* — Amicus Plinii, qui ad eum scripsit *ep. 1, 22; 3, 12.* Q. Vilius Titianus Patarensis ξένος [Κα]τιλίου Σεουήρου *t. 3 (cf. quae adnotarunt Benndorf et Kalinka).* *Gr.*

559 CATILIA SEVERA *memoratur in t. servi VI 34783. Ex domo consulari Catiliorum oriunda videtur.* *Gr.*

— L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS LEPIDVS FVLCINIANVS.

560 CATIN(IVS) CANIDIANVS, clarissimae memoriae vir, Canidiae Albinae filius, Catiniae Acilianae consobrinus *II 111 t. Eborensis.* *Gr.*

561 CATINIA ACILIANA, M. f., clarissima femina, consobrina Catinii Canidiani, cui posuit *t. Eborensem II 111. Parentela coniuncta videtur cum* L. Fabio Cilone Septimino Catinio Aciliano cos. a. 193 II a. 204. *Gr.*

— TI. CATIVS CAESIVS FRONTO *v. supra n. 194.*

562 T. CATIVS CATVLLINVS SEST[I]VS SECVNDINVS, praetor urbanus regionis XII *VI 760 = D. 3772.* *Gr.*

563 C. Cat[tius] Celer, unus e quattuor filiis, quos ... cia mater superstites reliquit, *adfinis ut videtur* L. Catti Sev[e]ri consulis *infra n. 572 t. prope Bovianum vetus rep. IX 2778.* *St.*

— CATTIVS(?) CELER *v.* Q. Attius Celer *supra A 1350.*

564 SEX. CATIVS CLEMENTINVS PRISCILLIANVS, consul a. 230, [Ny]mphis Lauren[tib]us dedicavit *in agro Mogontiacensi t. (hodie mutilum) XIII 7212 = D. 3872 (1), memoratur in actis lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 345 v. 86 (2), in titulis XIII 6749 Mogontiacensi mutilo (3), ib. 6608 (cuius non extat nisi fragmentum) rep. in castello limitis Germaniae superioris, quod hodie dicitur Miltenberg (4), ib. 11758 = Haug-Sixt² 626, 599 = D. 9179 a eruto in castello 'Oehringen' (5), in miliario Cappadociae male scripto III 6924 (6).*

In consulatu: Sex. Catius Clementinus *III p. 893 = D. 2009 dipl. mil.* Sex. Catius C..... nus *VI 1984.* Κάττιος Κλημεντεῖνος *P. Cair. Bilabel SB 3, 6260.* Clementinus *saepius in titulis; P. Mich. 1804 v. 21. 24 (Class. stud. in hon. of Rolfe 266); fragm. Vat. 28. cod. Gregor. 3, 10, 1. cod. Iust. 2, 12, 1. chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 59. 74.* Clementianus *VIII 826. XIII 6681(?). 8616.* Clemens *VI 3029; cod. Iust. 2, 4, 6 et saepe (cf. Vaglieri Diz. epigr. 2, 1099 sq.); Chron. min. 1, 227. 288.* Priscilianus *XIII 8588.* Πρισκιλλιανός *fasti Theonis Alex. Chron. min. 3, 377. fasti Heracl. ib. 392.* — Sextus [C]at. Clement... *t. 4.* Sext. Ca...... ntin.. *t. 1.* Cattius Cleme.... *t. 2 (ubi* Cleme[ntinus], *non* Cleme[ns] *restituendum esse observavit Diehl S. Ber. Ak. Berl. 1932, 791).* Catius Clementinus *t. 5.* Cat. Clement... *t. 6.* .... Clemen... *t. 3. Mirum est* Priscilliani *cognomen in his inscriptionibus et in cunctis titulis indicationem consulatus exhibentibus praeter unum t. XIII 8588 deesse, in fastis autem Graecis enuntiari; sed cave statuas cum Domaszewskio (Rh. Mus. 58, 538 sq.) Priscillianum quendam suffectum esse in locum Clementini*

'damnati'. — Ab hoc omnino distinguendus est . . [V]alerius Claud. . . . Acilius Priscilian[us] *D. 8979, ut iure statuerunt Cantarelli Ausonia 2, 203 sq., Dessau ad t., Jardé Sévère Alexandre 121, Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 42, etsi aliter iudicavit v. Domaszewski l. l. Fragmentum t. urbani VI 37073, ubi commemoratur* Priscilli[anus] c. v. co[s?], *ad Catium hunc rettulit Gatti parum probabiliter.*

Ludis saecularibus a. 204 carmen cecinit saeculare inter pueros clarissimos *t. 2.* Consul ordinarius a. 230 cum L. Virio Agricola *v. supra.* Legatus Aug. pro pr. (co(n)s(ularis) *t. 4. 5)* Germaniae superioris *t. 1. 3—5* sub Severo Alexandro *t. 1. 3. 5* a. 231 (d. 23 m. Iul.) *t. 5.* (Legatus Aug.) pr. pr. provinciae (Cappadociae) *t. 6 imperantibus Maximino Aug. et Maximo Caesare (inter a. 235—238), ut apparet ex mentione* [nobi]-lissimi Ca[e]sa[ris] *(nolim cogitare de Gordiano Caesare, nam Pupieno et Balbino Augustis, Gordiano Caesare Cappadociam rexit Cuspidius Flaminius Severus, in quo vide). — Ex posteris eius videtur* Catia Clementina *n. 573.* *Gr.*

565 Catius Crispus, rhetor municipalis *Sen. suas. 2, 16. Nescio an idem* Crispus quidam antiquus rhetor, cuius meminit *Seneca controv. 7, 4, 9.* *St.*

566 M. Cattius Dex[te]r, frater C. Cat[ti] Celeris *(supra n. 563) IX 2778.* *St.*

567 [. . C]attius Ferox, frater eius qui praecedit *IX 2778.* *St.*

568 Catius Lepidus, amicus Plinii, qui ad eum dedit *epist. 4, 7.* *St.*

569 C. CATIVS MARCELLVS, consul suffectus cum . . . . . [Gall]o ultimo nundino a. 153 *fragm. fastor. Ostiens. Not. d. sc. 1934, 259 tab. 8* (. . . . . . . us C. Catius Marcel . . . .). *Iidem consules sine dubio memorantur in frustulo dipl. mil. III p. 883 cf. 1988 dati* d. 26 m. Dec. Marcello et Gallo cos. — M. Cattius Marcellus *quidam recensetur inter pontifices coloniae Sutrinae XI 3254.* *Gr.*

570 P. Cattius Optatus, frater C. Cat[ti] Celeris *(supra n. 563) IX 2778.* *St.*

571 P. CATIVS SABINVS, consul II a. 216, *dedicavit* praetor urbanus *titulos versibus conceptos* Herculi *Romae ad aram maximam VI 313 = D. 3402 = Buecheler CLE 228 (1),* Castori et Polluci *Ostiae XIV 1 = D. 3385 = Buecheler 251 (2); memoratur ut* curator aedium sacrarum *in t. VI 864 (3) et fortasse etiam VI 31128 a (4); ad servum eius videtur pertinere V 7677 (5) Augustae Bagiennorum rep.*

In consulatu altero: P. Catius Sabinus *III p. 891 = XI 628 = D. 2007 dipl. mil.* P. C . . . . . . *XIV 4562, 4.* Cattius Sabinus *II 2221. 2663 = D. 6906. 2335.* Catius Sabinus *XIV 2596 = D. 453.* Catius *III 7531; errore* Ἀλβῖνος *P. Flor. 382; ceterum* Sabinus *fasti.* — P. Catius Sabinus *t. 5.* . . Catius Sabinus *t. 3.* . . . . [S]abinus *(praenominis vestigium incertum) t. 4.* Catius *t. 2 v. 5,* Sabinus *v. 6.* Catius *t. 1.*

Clarissimus vir *t. 3.* Praetor urbis *t. 1;* 'urbanis Catius gaudens me fascibus auctum' *t. 2 (vix recte* fasces urbanos *ad praefecturam urbis rettulerunt viri docti). Hic fortasse* Σαβῖνος, qui (Pollienum) Sebennum Noricis, qui eum accusaverant, tradidit *Dio 76, 9, 2 (cf. Boissevain vol. 3 p. 364), probabiliter legatus Aug. pr. pr. Norici intra a. 206 et 208* (. . . . . Sabi[nus v. c. le]g. Augg. pr. pr. *III 5727 t. Iuvavensis), successor Sebenni, ut statuit Kubitschek Jahrb. d. Centralkomm. f. Kunst- u. hist. Denkm. 4, 1906, 147 sq. Consul I suffectus a. inc. paullo ante a. 210.* Curator aedium sacrarum operumque publicorum a. 210 *t. 3* cum Aelio Romano *t. 4 (siquidem ad hunc pertinet).* Consul II ordinarius a. 216 cum P. Cornelio Anullino *v. supra (iterationis nota deest in dipl. mil. III p. 891). Idem potest esse* Sabinus consularis vir, ab Elagabalo occidi iussus, sed errore centurionis servatus *vita Elag. 16, 2. 3* ('ad quem libros Ulpianus scripsit' *perperam). Gr.*

572 L. CATTIVS SEVERVS. '[F]lorentissimus co(n)s(ulatus) L. Catti Sev[e]ri' *memoratur in t. mutilo prope Bovianum vetus rep. IX 2778 mulieris cuiusdam, cuius nomen periit, et* filiorum quattuor, P. Cattii Optati, . . Cattii Ferocis, C. Cattii Celeris, M. Cattii Dextri. *Gr.*

— TI. CATIVS SILIVS ITALICVS *v.* Silius.

573 Catia Cle[me]ntina, Ialli Ba[ss]i uxor, Ialliae Clem[en]tinae *christianae* mater *t. inscriptus sarcophago filiae rep. in crypta Lucinae quae dicitur De Rossi Roma sotteranea 1, 309 (imago tav. 31, 12) = Diehl ILChr 4644 adn. Catia ex posteris videtur* Sex. Catii Clementini consulis a. 230 *(n. 564); maritus potest stirpem traxisse a* M. Iallio Basso *viro consulari aetatis imp. Marci. Gr.*

574 Cattia Ianuaria, uxor procuratoris *ut videtur (cuius nomen excidit)* vicesimae [hereditatium *vel* libertatum] provinciae Mauretaniae *t. Caesariensis Bull. trav. hist. 1923 p. CXIX. St.*

575 . . . . . CATO *vel* CATVS *(si sumimus nomen casu abl. positum esse),* leg(atus) Caes . . . . . (Lusitaniae), *memoratur in fragmento (deperdito) t. Metellinensis II 608 positi Augusto nescio cui saec. I ut videtur. Gr.*

— M. AL[D]IVS(?) CATO.

— M. PORCIVS CATO.

576 **Catonius Iustus,** primus pilus in exercitu Pannonico a. 14 p. C. ad Tiberium mittitur *Tac. a. 1, 29.* A. 43 praefectus praetorio Claudio flagitia Messalinae delaturus ab hac occisus est *Dio 60, 18, 3. Sen. apocol. 13, 5. St.*

— M. MACRINIVS AVITVS CATONIVS VINDEX.

— Cattius, Cattia *v.* Catius, Catia.

577 Catualda, nobilis Marcomanorum iuvenis, profugus vi Marobodui, a. 18 eum regno expulit; paulo post ipse ab Hermundurorum duce Vibilio pulsus a Tiberio receptus Forum Iulium missus est *Tac. a. 2, 62. 63. St.*

578 . . . . . [C]atula ([Κ]άτολαν) honoratur publice *t. Attico IG 2/3², 4239. Gr.*

579 Catulla, femina impudica *Iuvenal. 2, 49; 10, 322. St.*

— Octavia Catulla.

580 CATVLLINVS. *T. permutilus Thuburbo maiore rep. Cagnat-Merlin Inscr. d' Afr. 269 (ab altero latere lapidis fuit t. Antonini Severi filii) litteras ut videtur continuit imperatoris cuiusdam, cuius nomen periit, ad* Catullinum *datas (v. 1* have Catu[ll]ine karissim[e], *v. 6* [s]alve Catullin[e k]arissime); *de* Acone Catullino proconsule Africae a. 315—318 *cogitant editores nescio an recte. Gr.*

— Blitius Catulinus.

— T. CATIVS CATVLLINVS SESTIVS SECVNDINVS.

— Q. FABIVS CATVLLINVS.

— L. CAELIVS PLAVTIVS CATVLLINVS.

— SEX. TEIDIVS CATVLLINVS.

— VALERIVS CATVLLINVS.

— **Valerius Catullinus.**

581 Catullus, mimographus *Iuvenal. 13, 111 cum schol., cf. comm. Bern. Lucani ed. Usener p. 36 (ad 1, 544).* Phasma mimus eius *Iuvenal. 8, 186,* Laureolus alius mimus actus a. 41 *ib. 187 cum schol. (cf. Suet. Cal. 57, 4. Martial. lib. spect. 7. Ios. ant. 19, 94; Skutsch RE 3, 1796, 2; Diehl-Lieben ib. 12, 1016 sq.). Tertull. adv. Valent. 14,* facundi scaena Catulli *Martial. 5, 30, 3 (cf. 12, 83, 4). Cf. Teuffel 2⁷ § 285, 1. Ribbeck Com. Rom. fr.³ p. 370 sq. St.*

582 CATVLLVS (Κάτυλλος *traditur,* Catulus *interpret. Lat.),* ὁ τῆς πενταπόλεως Λιβύης ἡγεμών *(i. e.* proconsul Cretae et Cyrenarum), Iudaeos in Cyrenaica rebellantes a. 73 oppressit, alios in iisque Iosephum apud Vespasianum criminibus falsis frustra accusare studuit *Ios. bell. 7, 439—450 cf. vita 76 (nomine non posito);* Romam reversus haud multo post morbo insanabili affectus diem obiit *bell. 7, 451—453. Hunc non diversum esse a* L. Valerio Catullo Messallino cos. a. 73 *suspicatur Ritterling Journ. Rom. St. 17, 29, sed constat Catullum Messallinum a. 93 etiamtum in vivis fuisse. Gr.*

583 Catullus, amicus Iuvenalis *12, 29. 37. 93. St.*

— **Clodius Catullus.**

— L. VALERIVS CATVLLVS.

— [VALERIV]S CATVLLVS MES[SALLINV]S.

— L. VALERIVS CATVLLVS MESSALLINVS.

584 Catulus, qui Romae ex sordidis rebus dives est factus *(publicanus videtur) Iuvenal. 3, 30 (cum schol.). St.*

585 Catulus, avus Memmiae, uxoris Severi Alexandri, filiae Sulpicii consularis viri *vita Alex. Sev. 20, 3; fictus videtur, cf. Groag RE 3, 1796 sq. St.*

— Cinna Catulus.
— M. IVNIVS SILANVS LVTATIVS CATVLVS.
— M. OTACILIVS CATVLVS.
— Q. TARQVITIVS CATV[L]VS.
— Q. TREB[ELL]I[VS] CATVLVS.
— L. VOLVSENVS CATVLVS.
— Q. IVNIVS CATVRICVS FAVSTINVS.

586 Catumerus (*sic Tac. a. 11, 17*, actumerus *ib. 11, 16, cf. Much Ztschr. f. d. Altert. 1891, 363)*, princeps Chattorum, socer Flavi, avus maternus Italici *Tac. l. l. Non hunc, id quod vulgo putatur, sed Arpum (supra A 1068) principem Chattorum, eundem esse atque Ucromerum* (Οὐκρομήρου ἡγεμόνος Χάττων *Strabo 7, 292) censet Much l. c. 366, qui* Gandestrium *(sed traditur* Adgandestrius, *v. supra A 105) agnomen Catumeri existimat.*
St.

587 **Catus Decianus** (Δεκιανὸς Κάτος *Dio*), procurator Britanniae, qui provinciam avaritia in bellum egit a. 61, Camaloduno capto trepidus in Galliam transiit *Tac. a. 14, 32. Dio-Xiph. 62, 2, 1*, successor ei missus *id. 38.* *St.*

— . . . . . CATVS (?) *v.* Cato.
— SEX. AELIVS CATVS.
— Q. EGNATIVS CATVS.
— FIRMIVS CATVS.
— L. IVLIVS CATVS.
— L. MVMMIVS NIGER Q. VALERIVS VEGETVS SEVERINVS CAVCIDIVS TERTVLLVS *v. infra* Q. Valerius Vegetus.
— P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVANVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.
— APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAVCIDIA TERTVLLA.

588 Caudina, c(larissima) f(emina) (*nisi fuit* C. f.), [C]n. Octavio A . . . . . , praefecto classis . . . . . , avonculo *posuit t. X* 6320 *originis incertae.*
Gr.

— P. CALPVRNIVS MACER CAVLIVS *(vel* C. AVLIVS) RVFVS.

589 (CAVNIVS) FIRMINVS, T. Caunii Prisci et Verae filius *VIII 2583. 2588.*
Gr.

590 T. CAVNIVS PRISCVS dedicavit cum uxore et liberis *tt. Lambaesitanos* Hygiae *VIII 2588 = D. 3843 (1)*, [Aquis Sin]uessanis *VIII 2583 = D. 3893 (2). Priscum Sinuessa oriundum fuisse (cf. Dessau ad 3893) non crediderim.* — Legatus Aug. pr. pr. (exercitus Africani), consul designatus *t. 1. 2. Consul suffectus a. inc. saec. II.* Vera uxor, Firminus et Prisca filii *t. 1. 2. — In t. mutilo posito* a. 186 *VIII 2697, ubi nomina legati perierunt praeter* . . . co *(casu abl.), T. Caunii Prisci nomen restituit Renier nescio num recte.* *Gr.*

591 (CAVNIA) PRISCA, T. Caunii Prisci et Verae filia *VIII 2583. 2588.* *Gr.*

592 Cebes, poeta, puer dilectus a Vergilio *Donat. vita Verg. p. 3 Br.*, cui donavit eum Maecenas *Serv. ecl. 2, 15*, hunc volunt quidam per Menalcam intellegi *ib.* Natione Aegyptius *schol. Verg. ecl. praef. et 2, 15 in cod. Med. servatum a Pomponio (Laeto) nunc deperditum, Ihm Rh. Mus. 45, 626.* *St.*

593 M. CECCIVS IVSTINVS, consul suffectus cum C. Iulio Basso d. 22 m. Nov. a. 139 *III p. 2328[70] dipl. mil. (v. imaginem Compt. rend. 1897, 334).* *Gr.*

594 CECROPIVS, vir clarissimus, votum solvit *VI 836 cf. 30839; aevi posterioris ut videtur.* *Gr.*

595 Cecropius sive Ceronius, dux Dalmatarum, percussor Gallieni *vita Gall. 14. Eundem significant Zos. 1, 40, 2* (ὃς τῆς τῶν Δαλματῶν ἦρχεν ἴλης). *3* (ἰλάρχης) *et Ioann. Antioch. exc. de insid. 63 p. 111 de Boor* (Δελματῶν ἵππαρχος), *quorum alter nomen non ponit, cum Heracliano eum confundit alter. De equitibus Dalmatis cf. Ritterling Hirschfeld-Festschrift (1903), 345—349.* *St.*

596 Cecropius, dux ex disciplina militari imperatoris Probi *vita Probi 22, 3.* *St.*

597 Ceionius, praefectus castrorum in exercitu Quinctili Vari anno p. C. 9 in clade Variana turpe exemplum prodidit, auctor deditionis *Vell. 2, 119, 4.* *St.*

— Ceionius: [qui et] Ceionius et Aelius vocitatus est *VI 1598 = D. 1740*, *v.* Nicomedes.

598 L. CEI[ONIVS] . . . . . , a. 91 cooptatus *(inter sodales Augustales ut videtur) VI 1988; potest idem esse atque* L. Ceionius Commodus consul a. 106. *Gr.*

599 CEIONIVS ALBINVS (Caeionius *libri)*, homo nobilis ab imp. Septimio Severo occisus *vita Sev. 13, 3; videtur unus ex* Nummiis Ceioniis Albinis; *v. infra sub Nummiis.* *Gr.*

600 CEIONIVS ALBINVS, praefectus urbi sub Valeriano *vita Aureliani 9, 2 in epistula ficta; pleno nomine sine dubio* M. Nummius Ceionius Albinus; *v. infra sub Nummiis.* *Gr.*

601 **L. Ceion[ius . . . .] Alienus,** [procurator Augusti] praefectus [provinciae Sardiniae] *imperante Caracalla vel Elagabalo t. Caralitanus Not. d. sc. 1909, 184 = Ann. ép. 1910, 33.* *St.*

— M. NVMMIVS CEIONIVS ANNIVS ALBINVS.

602 M. (CEIONIVS) CIVICA BARBARVS, consul a. 157. *In consulatu:* M. Civica Barbarus *VI 376 (= D. 3670). XIV 2410 (= D. 6190); ceterum* Barbarus *in titulis* (Barbatus *III 1568) et fastis* (Barbatus *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 58).* — Civica *vita Marci 9, 4.* Βάρβαρος *Galen. Philostr.*

v. soph. 1, 25, 7 p. 48. 50 K. (editores substituerunt Βᾶρον *sine idonea causa, ut iure optimo statuit Graindor Hérod. Atticus 157 sq.; idem adnotavit ap. Philostr. intellegendum esse consulem a. 157).*

Filius L. Ceionii Commodi consulis a. 106, frater *(natu minor)* L. Aelii Caesaris *(v. in patre)*; patruus imp. L. Veri *vita Marci 9, 4. Galen. 14, 613.* Consul ordinarius a. 157 cum M. Metilio Aquillio Regulo *v. supra.* Ὁ ὕπατος *Philostr. v. soph. 1, 25, 7 p. 50 K. sine dubio minus accurate pro* ὑπατικός. Medio belli Parthici tempore *(a. 164)* imp. Marcus Civicam et Lucillam filiam suam nupturam ad L. Verum in Syriam misit *vita Marci l. l.* — Sectionibus a Galeno explicatis interfuit *Galen.* περὶ τοῦ προγιγνώσκειν *c. 2. 5 (14, 613. 629).* Cum Herode Attico colloquitur *Philostr. v. soph. 1, 25, 7 p. 50 K.;* Herodes epistulas ad eum dedit *Philostr. l. l. p. 48.* *Gr.*

603 L. CEIONIVS COMMODVS, consul a. 78, *memoratur in titulis ad viam Cassiam repertis* soceri *VI 1348 = D. 1003 (1),* uxoris *VI 1349 = D. 1004 (2), in t. mutilo Geraseno Mitt. u. Nachr. d. Paläst. Ver. 1901, 64, 29 = Schwartz Gött. Nachr. 1906, 363 (minus accurate IGR 3, 1356) (3). Ad eundem videntur pertinere nummi Seleucenses, qui in parte adversa exhibent inscriptionem* ἐπὶ Κομόδου ηπρ', *in altera parte* Σελευκέων τῆς ἱερᾶς καὶ αὐτονόμου *Br. Mus. Galatia etc. 272, 31. Macdonald Hunter. Coll. 3, 214, 25—27. Dieudonné Rev. num. 1909, 182.*

In consulatu: L. Ceionius Commodus *VI 2056 acta Arv.; XIII 11967, Ann. ép. 1925, 67 diplomata militaria.* Λ. Καιειόνιος Κόμοδος *IG 5, 1, 1431.* Καιωνίω Κομόδω ὑπά. *IV 5529 in amphora (cf. Ath. Mitt. 8, 6, 2).* Commodus *Malal. 260, 4; fasti.* — Ceionius Commodus *t. 1. 2.* [Κ]ειών[ι]ος Κόμ[οδ]ος *t. 3.*

Oriundus ex Etruria *cf. vita Ael. 2, 8; Veri 1, 9. Inter maiores eius fuisse putaverim* L. Ceionium, *qui in compluribus tegulis (saec. I ineuntis ni fallor) in agro Bononiensi repertis nominatur (XI 6689, 68. 69. 70. Not. d. sc. 1934, 19), fratrem ut videtur* C. Ceionii *(V 8110, 66. XI 6689, 67. XV 1355).* — Consul *t. 2* ordinarius a. 78 cum D. Novio Prisco *v. supra* d. 15 m. April. *XIII 11967.* Consularis *cf. vita Veri 1, 7.* Legatus Aug. pro pr. Syriae *t. 3 (v. infra). nummi Seleucenses, in quibus annos libertatis numerari recte puto demonstravit Dieudonné l. l. Itaque Commodus Syriam rexit* a. 188 aerae Seleucensis = a. 79/80 p. C. *(cf. Harrer Stud. in the hist. of Syria 13 sq.). Quae cum ita sint, in t. 3 male habito, ubi supplendum videtur* [ἐπὶ Κ]ειων[ί]ου Κομ[όδ]ου πρε[σβευτοῦ Σεβαστοῦ ἀντιστρατήγου], *non potest fuisse* ἔ[τους] ΗΛΡ *(a. 138 aerae Gerasenae = 75/76 p. C.); fortasse fuit* ΒΜΡ *vel* ΓΜΡ *vel* ΕΜΡ *(a. 79/80 vel 80/81 vel 82/83 p. C.); haud facile posuerim Commodum in hoc t. memoratum fuisse ut legatum legionis, id quod statuit Schwartz l. l. A. 83 Syriae iam praefuit T. Atilius Rufus (v. supra A 1304).* — VII

vir epulonum *t. 2. Idem fortasse* ... onius ....., *qui recensetur in fragmento fastorum collegii alicuius sacerdotalis (sodalium Augustalium ut videtur)* a. 68 *XIV 2389.*

Appia Sex. f. Severa uxor *t. 1. 2 (v. supra A 955).* Pater eius qui sequitur, proavus imp. L. Veri *vita Veri 1, 7 (ubi nomen eius non ponitur).* 'Ceioni Commodi familia' *vita Pert. 10, 2.* *Gr.*

604 L. CEIONIVS COMMODVS, filius eius qui praecedit, consul a. 106. *In consulatu:* Commodus *fasti.* — Ceionius Commodus *Frontin. de aq. 70* (celony *vel* celonij *cod. Casinensis).* Ceionius Commodus, quem alii Verum, alii Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt *vita Ael. 2, 7 perperam.*

Consul ordinarius a. 106 cum Ceriale *v. supra;* consularis *vita Veri 1, 7 (ubi nomen tacetur). Eum pontificem vel flaminem fuisse ex nomine* L. Ceionii Hesperi, *qui nominatur in laterculis kalatorum pontificum et flaminum* a. 101/102 *(VI 31034. 32445), concludendum est. Idem probabiliter* L. Cei..... cooptatus a. 91 *inter sodales Augustales Claudiales ut videtur VI 1988.* — Ager qui nunc est Ceionii Commodi prope urbem ad miliarium septimum *Frontin. de aq. 70 (qui liber editus est a. fere 98/99).*

Uxor eius, cui nomen Plautia *fuisse putaverim, altero matrimonio C. Avidio Nigrino cos. a. 110 nupsisse videtur (v. supra A 1408).* Filii: L. Ceionius Commodus, qui ab Hadriano adoptatus L. Aelius Caesar dictus est, cos. a. 136 II a. 137 *vita Ael. 2, 7,* M. (Ceionius) Civica Barbarus *(natu sine dubio multo minor, ex matrimonio posteriore patris procreatus ni fallor),* cos. a. 157, *cf. vita Marci 9, 4, fortasse etiam M. Ceionius Silvanus cos. a. 156 (n. 610). Cognomen* Civica, *quod gentis Vettulenae proprium erat, filio inditum declarat coniunctionem aliquam initam esse inter Ceionios et Vettulenos; nota praeterea (Vettulenum?) Cerialem collegam Commodi huius in consulatu fuisse, Sex. Vettulenum Civicam Pompeianum collegam Commodi iunioris consulis a. 136. Gr.*

605 L. CEIONIVS COMMODVS = L. AELIVS CAESAR. *Tituli: ipse posuit Hadriano Arrabonae III 4366 = D. 319 (1), ei positi sunt t. Ostiensis XIV 4356 (2), Urvinas XI 5989 = D. 328 (3), a colonia Iconiensium III 12136 (4), graeci Hadrianis Wadd. 3, 1053 (male IGR 3, 35, cf. Briess BphW 1912, 190 sq.) (5), Pergami Abh. Berl. Ak. 1932, 5, 51, 3 (6), publice Nicopoli ad Istrum IGR 1, 569 (7), Cibyrae Wadd. 3, 1215 (8), Thisbae IG 7, 2238 (9), Comanis Ponticis IGR 3, 105 (10), una cum Hadriano et Sabina VIII 799 (et 12266) (11), cum Hadriano t. Sebastopolitanus Ponti Galatici graece scriptus D. 8801 = IGR 3, 111 (12), pro salute eius t. Britannicus VII 748 = D. 2551 (13), in memoriam eius tituli Thamugadensis VIII 17848 (imaginem dedit Cagnat Timgad p. 26) (14) et Sutunurcensis Cagnat-Merlin 300 = Ann. ép. 1910, 154 (15); t. eius sepulcralis in mausoleo Hadriani VI 985 = D. 329 (16); nominatur in t. filiae VIII 14852 = D. 330 (17) et in t. Brixiano V 4317 (18).*

Nummi RIC 2, p. 391—393. 470. 480—483. Strack Unters. zur röm. Reichspräg. 2, n. 388—404. 499b—d. 854. 880—896; cf. Alföldi ap. Kornemann Doppelprinzipat 73 et qui contra dixerunt Kubitschek Gött. gel. Anz. 1932, 395 sqq. Strack l. l. 147, 327. Nummi Alexandrini Vogt 1, 95; 2, 61 sq.

In consulatu I dicitur L. Ceionius Commodus *VI 975 (= D. 6073). 31144. XIV 2852 = D. 3696* (L. Ce .... *XI 3900a) vel* Ceionius Commodus *VI 10242 = D. 7861 vel* Commodus, *in consulatu II* L. Aelius Caesar.

Ante adoptionem L. Ceionius Commodus *v. supra in consulatu I, praeterea vita Marci 4, 5; 6, 2;* L. Commodus *Dio-Xiph. 69, 17, 1; 20, 1; 70, 1, 1; 71, 1, 1² (= Zonar. 12, 2);* Ceionius Commodus *vita Hadr. 23, 10; Ael. 2, 1; Pert. 10, 2 (?) vel* Commodus *vita Hadr. 23, 13. 15; Marci 2, 7. Dio 69, 21, 1. Cognomen Veri, quod nusquam in titulis aut nummis eius invenitur, per errorem sine dubio persaepe in vitis historiae Augustae ei inditum est mira confusione cum filio eius:* Aelius Verus Caesar *vita Hadr. 23, 11; 24, 1;* Lucius Aelius Verus *vita Veri 1, 6;* Aelius Verus *vita Pii 4, 1. 5; Ael. 1, 2; 2, 1; 3, 1; 7, 1;* Verus Caesar *vita Ael. 7, 4;* Verus *ib. 3, 8; 4, 1. 3; 5, 6; 6, 7; Clod. Alb. 2, 5; quadr. tyr. 8, 8,* Ceionius Commodus Verus *Hadr. 23, 11;* Lucius Ceionius Commodus Verus Aelius Caesar *Ael. 6, 6 et plane falso* Lucius Aurelius Verus *ib. 2, 6.*

Huic pater Ceionius Commodus fuit, quem alii Verum, alii Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt *vita Ael. 2, 7, immo L. Ceionius Commodus cos. a. 106 (is qui praecedit), cf. vita Veri 1, 7:* avi ac proavi et item maiores plurimi consulares; *Ael. 2, 8* maiores omnes nobilissimi quorum origo pleraque ex Etruria fuit vel ex Faventia; *accuratius vita Veri 1, 9* origo eius paterna ex Etruria, materna ex Faventia. Natus est idibus Ianuariis *fasti Philocali I² p. 255, anni incerti.*

Ab Hadriano praetura honoratus *vita Hadr. 23, 13; Ael. 3, 2; sed biographus id post adoptionem factam accidisse errore narrat. Praetor fuit a. 130, nam filius eius (imperator L. Verus) natus esse dicitur* in praetura patris sui XVIII kal. Ian. *vita Veri 1, 8 et* post septimum annum in familiam Aureliam traductus *ib. 2, 10,* V kal. Mart. a. 138 *vita Pii 4, 6.* Consul I a. 136 cum Sex. Vettuleno Civica Pompeiano *fasti (v. supra), cf. vita Hadr. 23, 13; Ael. 3, 2.* Eodem anno, etsi miserrimae valetudinis *(vita Hadr. 23, 14. 15; Ael. 3, 7; 6, 2—5. Dio 69, 17, 1),* adoptatus ab Hadriano *vita Hadr. 23, 10—12. 15; Ael. 1, 2; 2, 1. 6; 3, 1. 3. 4. 7; 6, 1; Pii 4, 1. 5; Veri 1, 6; 2, 1; Clod. Alb. 2, 5. Dio 70, 1, 1, sed ita ut filii eius eum non sequerentur, cf. Mommsen ad XV 732* et Caesar designatus *Dio 69, 17, 1;* primus tantum Caesaris nomen accepit *vita Ael. 1, 2; 2, 1. 3. 6; Veri 1, 6; 2, 1; Pii 4, 5, cf. vit. Ael. 3, 2* deputatus imperio. *Inde dictus* L. Aelius Caesar *passim in titulis nummisque, cf. Vict. Caes. 14,5;* L. Caesar *vita Marci 5, 1. VI 1598. XIV 376. IG 5, 1, 37. IGR 1, 622;*

4, 862. Adoptatum eum esse a. 136 inde efficitur, quod consulatum priorem privatus iniit, in consulatu altero L. Aelius Caesar appellatur, sub finem a. 136, cum huius anni desint nummi eius, cf. RIC p. 319; d. 19 mensis Iunii a. 136 certe etiamtum privatus fuit VI 10242. Eodem fere tempore vel paullo post videtur tribuniciam postestatem accepisse, post diem 10 Dec. a. 136 opinor, iterata certe tribunicia eius potestas nusquam comparet. Tribuniciae potestatis eodem anno est atque Hadrianus tribuniciae potestatis XXI *(= Dec. 136/7) t. 1. 2. 4. 12.* Consul II a. 137 cum P. Coelio Balbino Vibullio Pio *fasti, cf. vita Hadr. 23, 13; Ael. 3, 2.* Tribunicia potestate, consul iterum *t. 1—5. 7—9. 11. 18 et in nummis.* Post adoptionem Hadrianus eum Pannoniis imposuit *vita Hadr. 23, 13 (de tempore tamen errat v. supra);* Pannoniis dux ac rector impositus *Ael. 3, 2,* cum imperio proconsulari *t. 1* (proconsul). Quaestor eius T. Flavius Longinus Q. Marcius Turbo *IGR 1, 622. Eius videtur legatus fuisse* [T. Statilius] Maximus iuridicus pro praetore utriusque Pannoniae *III 10336 = D. 1062.* L. Domitius Rogatus ab epistulis Lucii Aelii Caesaris *VI 1607 = D. 1450.* Aelius Caesar provinciae, cui praepositus erat, non defuit, res bene gessit *vita Ael. 3, 5. 6.* Legati diversarum urbium graecarum missi ad eum in Pannoniam, Lacedaemoniorum *IG 5, 1, 37,* Laodicenorum *IGR 4, 862,* Magnetum *Inschr. Magnesia 180.*

In titulo Mauretaniae VIII 21663 = D. 5963 quod dicitur terminos positos esse non solum ex auctoritate Hadriani, *sed etiam* auspiciis L. Aeli Caesaris imperatoris *vide num subsit error.* L. Caesaris a cubiculo *VI 1598 = D. 1740.* Quindecimvir sacris faciundis *t. 1.*

Cum de provincia redisset, ingravescente valetudine (ex magna effusione sanguinis *Dio 69, 20, 1, cf. 17, 1)* kalendis Ianuariis *(a. 138)* periit, quibus quia vota interveniebant iussus ab Hadriano non lugeri *vita Hadr. 23, 16; Ael. 4, 7. 8.* Sepultus imperatorio funere *vita Ael. 6, 6,* in Hadriani sepulchro *vita Veri 11, 1, cf. t. 16.*

Gener (C. Avidi) Nigrini *vita Hadr. 23, 10, cf. supra vol. I p. 286 (stemma p. 287),* frater M. (Ceioni) Civicae Barbari consulis a. 157. Filii L. Ceionius Commodus = Imp. Caes. L. Aurelius Verus Aug. *(is qui sequitur),* Ceionia Plautia, Ceionia Fabia; *haec videtur* L. Ceioni Commodi filia, quae Marco desponsata est ex Hadriani voluntate *vita Marci 4, 5 (cf. 2, 7),* post excessum Hadriani dissoluta sponsalia sunt *ib. 6, 2, eademque fortasse quae dicitur* soror Marci *ib. 9, 4.* *St.*

606 L. CEIONIVS COMMODVS = L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS = IMP. CAESAR L. AVRELIVS VERVS AVGVSTVS, filius L. Ceioni Commodi *(qui praecedit) vita 1, 6; 11, 1; v. Ael. 2, 9; 5, 12; 7, 2; v. Pii 4, 5. Dio exc. 69, 21, 1; 71, 1, 1. XV 4302. 4308* Commodi f(ilius). *Patre vivo dicitur* L. Ceionius Commodus, *neque post adoptionem patris nomen Aelii accepit, nam etiam a. 138 nuncupatur* L. Ceio(nius) Com(modus) C(aesaris) f(ilius) *XV 732;*

falso igitur vita 1, 3; 2, 1, cf. Ael. 7, 2 iam tum in Hadriani familiam devenisse putatur.

Natus est Romae in praetura patris *(a. 130)* d. 15 mensis Decembris, quo die et Nero *vita 1, 8. fasti Philocali et Pol. Silv.* I^2 *255. 278. 279. XIV 4554. Mon. ant. 18, 335.* Origo eius paterna ex Etruria, materna ex Faventia *(vide in patre).* Mortuo patre Hadrianus T. Aurelium Fulvum Boionium Arrium Antoninum adoptavit ea lege, ut is filium Aeli Caesaris sibi adoptaret *vita 2, 2 (cf. 2, 10); 3, 6; Hadr. 24, 1* (Annium Verum *perperam eum appellans*)*; Ael. 2, 9; 6, 9; 7, 2; Pii 4, 5; Sev. 20, 1; Alex. 10, 5. Dio exc. 69, 21, 1; 70, 1, 1* (ut Marcus sibi L. Commodum adoptaret *vita Ael. 5, 12; Marci 5, 1; [Avid. Cass. 1, 7]. Malal. 11, 282 male)*, adoptatus est die 25 mens. Febr. a. 138 *vita Pii 4, 6.*

Inde dictus est L. Aelius Aurelius Commodus *II 47 (= D. 6899). III 3843 et 10756 (= D. 358). 8394. VIII 50 (= D. 357). X 5051. XI 807. 5990. XIV 4553. IG 14, 1050 (= IGR 1, 120). Inscr. Br. Mus. 3, 2, 505. Rev. ép. 1, 307 = Ann. ép. 1914, 202. Bull. tr. hist. 1926 p. CXL (= Ann. ép. 1926, 36; 1927, 20), item in consulatu priore a. 154 VI 33856 d. IG 14, 1052, in altero VI 1984, vel* L. Aurelius Commodus *IGR 1, 572 (corr. 1416), vel* L. Aelius; L. Commodus; Commodus *et post mortem Hadriani* Augusti filius *vita 3, 5 et in titulis. Caesaris nomine ante imperium non nisi abusive utitur in tegulis XV 733. 734. Not. d. sc. 1907, 85 et in titulis Novariensi V 6573 in consulatu altero, Theraeo Ditt. Syll.³ 852, cf. Mommsen ad XV 732 et St. R.* 2^3*, 1139, 1.*

Educatus est in domo Tiberiana *vita 2, 4*, educatorem habuit Nicomedem *ib. 2, 8*, audivit (Terentium) Scaurinum grammaticum latinum, graecos Telephum, Hephaestionem, Harpocrationem, rhetores graecos Apollonium *(supra A 929)*, Caninium Celerem, (Ti. Claudium) Atticum Herodem, latinum (M.) Cornelium Frontonem *(XI 6334 = D. 1129. Fronto passim)*, philosophos Apollonium et Sextum (Chaeronensem) *vita 2, 5.* Qua die togam virilem accepit, Antoninus Pius ea occasione, qua patris templum dedicabat, populo liberalis fuit *ib. 3, 1.* Ante tempus quaestor designatus *vita Pii 6, 10*, medius inter Pium et Marcum resedit, cum quaestor populo munus daret *vita 3, 2.* Post quaesturam statim consul est factus cum (T.) Sextio Laterano *ib 3, 3; Pii 10, 3.* Consul I ordinarius a. 154 *III 3843. fasti.* Interiectis annis cum fratre iterum factus est consul *vita 3, 3*, consul II ordinarius a. 161 *fasti.* Augur *vivo Pio fuit X 5051.*

Antonino Pio die 7 mensis Martii a. 161 defuncto Marcus cum eo imperatoriam potestatem participavit, cum illi soli senatus detulisset imperium *vita 3, 8; Marci 7, 5. Dio exc. 71, 1,* 1^2*. Aristid. or. 27 p. 131 sqq. K. Eutr. 8, 9, 2. Vict. Caes. 16, 3. epit. de Caes. 16, 5. Amm. Marc. 27, 6, 16;* primi duo Augusti appellati sunt *vita Ael. 5, 13.* Dato igitur imperio et indulta tribunicia potestate, post consulatus etiam honorem delatum

Marcus Verum eum vocari praecepit, suum in eum transferens nomen, cum ante Commodus vocaretur *vita 4, 1; 3, 8; Marci 7, 5—7; Galen. 19, 18; ib. 7, 478 pro* Σεβῆρον *legendum esse* Βῆρον *recte monuit Ilberg Rh. M. 51, 173, 4, id quod confirmatur titulis imperante eo positis et nummis RIC 3, 249—262. 315—333. Kubitschek S. Ber. Wien 213, 5 (1932); Alexandrinis Vogt 1, 133; 2, 91 sqq.:* Imperator Caesar L. Aurelius Verus Augustus *vel brevius* Imp. Caes. L. Aurelius Aug.; Imp. (Caes.) Aurelius Verus Aug.; L. Verus Aug.; Imp. L. Verus; Imp. Caes. Verus Aug.; Imp. Verus Aug. *cet.* L. Aelius Aurelius Verus Aug. *VI 1021. Apud scriptores plerumque* L. Verus *vel* Verus. *In vitis historiae Augustae nominatur non sine multis et gravibus erroribus* L. Aurelius Ceionius Commodus Verus Antoninus *Ael. 2, 9;* L. Ceionius Aelius Commodus Verus Antoninus, qui ex Hadriani voluntate Aelius appellatus est, ex Antonini coniunctione Verus et Antoninus *vita 1, 3* (Antoninus *praeterea persaepe dicitur falso);* L. Aurelius Verus Commodus *Marci 7, 5;* Annius Verus, qui postea dictus est Antoninus *Pii 6, 10;* Annius Verus *Hadr. 24, 1; item apud alios auctores* L. Annius Verus *epit. l. l.;* L. Annius Antoninus Verus *Eutr. 8, 9, 1; 10, 1;* Antoninus Verus *Malal. l. l.;* L. Aurelius Commodus *Euseb.-Hieronym. chron. 235. Ol. p. 204 H.; arm. 222 K.; Syncell. 664;* L. Verus Commodus *Zonar. 12, 2.*

Consul III a. 167 cum M. Ummidio Quadrato *fasti.* Tribunicia potestate II d. 10 Dec. 161—162 III d. 10 Dec. 162—163 *cet.* IX d. 10 Dec. 168—169 in. Imperator II a. 163, III a. 165, IIII a. 166, V a. 167 *(in nummis* a. 168, *cf. Kubitschek l. l. 110—112).* Pontificis maximi *vocabulum plus semel per abusum ei tribuitur; in titulo sepulcrali VI 991 = D. 369 dicitur nude* pontifex. Frater Arvalis *VI 1021.* Pater patriae appellatus est post reditum e Syria a. 166 *vita Marci 9, 3; 12, 7; iam antea in titulis nonnullis minus accurate.* Proconsul *in titulis* a. 163—167, Armeniacus a. 163, Parthicus maximus a. 165, Medicus a. 166.

Non longe ab Altino (inter Altinum atque Concordiam *Eutr. 8, 10, 3 = epit. de Caes. 16, 5 = Hieronym. chron. 237. Ol. p. 205 H.)* subito in vehiculo morbo, quem apoplexin vocant, correptus, cum triduo mutus vixisset perit *vita 9, 11; Marci 14, 8. Galen. 19, 18; 14, 649 sq. Vict. Caes. 16, 5—8. chronogr. a. 354 p. 147 M. Suid. s.* ἀποπληξία *(= Aelian. fr. 206 ed. Hercher 2, 259).* Corpus eius inlatum est Hadriani sepulcro *(vita 11, 1; Marci 20, 1); ibi rep. t. eius sepulcralis VI 991. Cum in hoc titulo tribuniciae sit potestatis nonae, certum est eum defunctum esse inter 10 Dec. a. 168 et 9 Dec. 169, sed accuratius quo tempore mortuus sit definire licet verbis Galeni 14, 650; 19, 18, qui media hieme id accidisse scribit, id quod ad mensem Ianuarium vel Februarium a. 169 ducit; quocum quadrat, quod nummi Alexandrini et papyri Aegyptiacae Veri nomen exhibentes annum nonum (m. Aug. 168/9) non excedunt.*

Vixit annis quadraginta duobus, imperavit annis undecim *vita 11, 1 (utrumque numerum tribus maiorem praebens);* undecimo imperii anno obiit *Eutr. 8, 10, 4. epit. de Caes. 16, 5;* annos novem *Euseb. arm. 222; Syncell. 665, unde Euseb.-Hieronym. chron. p. 205 H = 287 Fotheringham* anno regni nono sive ut quidam putant undecimo; annos octo *Malal. l. c., qui item recte* annos vitae undequadraginta; regnavit annis VII mensibus VIII diebus XII *chronogr. a. 354 l. l., quod certe parum est.*

Adoptatus est ea lege, ut Pii filiam (Anniam Galeriam Faustinam) acciperet, quae tamen, quia Verus impar videbatur aetate, Marco nupsit *vita 2, 3; Ael. 6, 9; Marci 6, 2.* Marcus post excessum Pii filiam suam (Anniam Aureliam Galeriam) Lucillam fratri despondit *vita Marci 7, 7. Herodian. 1, 8, 3. Dio 71, 1, 3, cf. 70, 2, 2,* postea *(a. 164)* in matrimonium dedit *vita 2, 4; 7, 7; 10, 1. 3; vita Marci 9,4. Eutr. 8, 10, 1. Herodian. l. l. VI 360 = D. 366 (cf. Phot. 94 p. 75 b).* Ex ea nata filia uxor Claudi Pompeiani (Quintiani) *Dio 72, 4, 4. — Memoratur praeterea M. Ant.* εἰς. ἑ. *8, 25, 1.* *St.*

607 Ceionius Postumianus, adfinis Clodii Albini *vita Clod. Alb. 6, 1; suspectae fidei.* *St.*

608 Ceionius Postumus, pater Clodii Albini, maritus Aureliae Messalinae *vita Clod. Alb. 4, 3; valde suspectus.* *St.*

609 [CE?]IONIVS PROCVLVS, consul suffectus kal. M[art.] a. 289 *X 4631 fragm. fastorum Calenorum.* *Gr.*

— C. CEIONIVS RVFIVS VOLVSIANVS *v. infra sub Rufiis.*

610 M. CEIONIVS SILVANVS, consul a. 156 cum C. Serio Augurino. *In consulatu:* M. Ceionius Silvanus *VI 222 = D. 2161.* Μᾶρκος Κόνιος Σιλβανός *IGR 3, 705.* . . ionius Silvanus *Not. d. sc. 1926, 307 fasti sodalium Augustalium ut videtur; ceterum* Silvanus *fasti. Mense Martio a. 156 iam A. Avillius Urinatius Quadratus et Strabo Aemilianus fasces tenuerunt VI 2086. — Pertinere videtur ad domum consularem et mox Augustam Ceioniorum Commodorum (cf. n. 604). — In t.* dispensatoris C. Ce. Si. *VI 9354 legendum proposuit Mommsen* C. Ce(ionii) Si(lvani) *coniectura incerta.* *Gr.*

611 CEIONIVS VARVS, praefectus urbi a. 284 et 285 *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 66.* *Gr.*

612 CEIONIA FABIA. Κειωνία Φαβία *in t. graeco Ephesio inedito (in schedis Inst. archaeol. Austr.) (1). VI 34031 (= 10843) traditur* CHONIA FABIA (2); Fabia *scriptores.*

Soror imperatoris Luci Veri *t. 1. vita Veri 10, 4 (filia ergo L. Ceioni Commodi, supra n. 605),* qui nimium ei indulsit et tanta familiaritate usus est ea, ut hoc quoque usurpaverit rumor, quod inierint consilium Marci e vita tollendi *vita Veri 10, 3. 4.* Frustra enisa est, ut Faustina mortua *(a. 176)* in Marci matrimonium coiret *vita Marci 29, 10.* Sub Pertinace servus

quidam quasi Fabiae filium se gessit *vita Pert. 10, 2 (loco corrupto et lacunoso*: Fa[b]iae [Plau]tiqu[e] filius?). Mater M. Peduc[a]ei Plauti Quintilli *(consulis a. 177)*, generi imperatoris Marci *t. 1 (post mortem Veri positus), uxor igitur sine dubio Plauti Quintilli cos. a. 159. Eius* horti *VI 29844, 40 (= Jordan FUR tab. 12, fr. 58, cf. p. 60) in fragmento perdito formae quae dicitur urbis Romae, ubi legitur* Celoniae Fabia[e], *quod noli componere cum* [domo C]ilonis . . . ; *vide num ad illud fragmentum pertineat VI 29844, 63 + 62. Eadem videtur* L. Ceionii Commodi *(supra n. 605)* filia, quae Marco statim ut togam virilem sumpsit *(a. 135/6)* desponsata est ex Hadriani voluntate *vita Marci 4, 5 (cf. 2, 7)*, quae sponsalia post excessum Hadriani dissoluta sunt *ib. 6, 2, item* soror *(per Verum fratrem adoptivum)* Marci, qui ei Lucillam filiam suam nupturam Vero *(a. 164)* commisit *ib. 9, 4.* Alumnae suae Aeliae Apheliae *posuit sepulcralem t. 2.* *St.*

613 Ceionia Laena, uxor [Nicomedis, qui et] Ceionius et Aelius vocitatus est *VI 1598 = D. 1740.* *St.*

614 CEIONIA PLAVTIA. *Tituli urbanus graecus IG 14, 1036 = IGR 1, 112 (1). Tuccaburitanus VIII 14852 = D. 330 (2). Tarraconensis Ann. ép. 1930, 152 (3).* Κειωνία Πλαυτία *t. 1.* [C]eion[ia] Plautia *t. 2.* Plautia *t. 3.* L. Aeli Caesaris *(supra n. 605)* filia, Q. Servili Pudentis *(cos. a. 166)* uxor *t. 2;* ἀδελφὴ αὐτοκρατόρων *(sc. Marci et Veri; nam huius ipsa soror naturalis, ille frater adoptivus fuit) t. 1;* divi Veri soror *t. 3. Liberta eius t. 3.* *St.*

— Au[r(elius)] Ceionus.

— [Au]relius Cel . . . . .

615 Celadus, grammaticus *Iuvenal. 7, 215.* *St.*

616 Celadus, libertus, quem Augustus in honore et usu maximo habuit *Suet. Aug. 67, 1;* libertus Augusti, per quem, quia regis Herodis Magni filios bene noverat, princeps fraudem eius qui se Alexandrum *(interfectum circa annum a. C. 7)* esse simulavit, detexit *(ca. a. 4 a. C.) Ios. ant. 17, 332; bell. 2, 106—109. Dubitare possis, num eiusdem sit VI 23338:* Octaviae P. f. Catullae Celadi divae August(ae) liberti uxori *(positus post a. 42, quo in divorum numerum relata est Livia Augusti) et XIV 3524:* M. Iulius Celadi Augustae l(iberti) l(ibertus) Celer. *Ad huius familiam videtur pertinuisse* Thyrius Ti. Caesaris Augusti servus Celadianus *VI 8909 (cf. p. 3463).* *St.*

617 Celer, tribunus militum in Iudaea sub procuratore (Ventidio) Cumano a (C.) Ummidio (Durmio) Quadrato legato Syriae a. 52 Romam missus a Claudio capitis damnatus Hierosolymis occisus est *Ios. bell. 2, 244—246; ant. 20, 132—136.* *St.*

618 **[C]eler,** procurator di[vi Aug.?], Claudio Augusto titulum posuit in Africa a. 52 *VIII 14727.* *St.*

619 Celer, architectus Neronis *Tac. a. 15, 42.* *St.*

620 CELER *commemoratur a Martiale 7, 52. Ex v. 3 sq.* 'ille meas gentis et Celtas rexit Hiberos nec fuit in nostro certior orbe fides' *efficitur eum aut legatum Aug. pr. pr. Hispaniae citerioris fuisse aut legatum (iuridicum) provinciae eiusdem (ante a. c. 92).* *Gr.*

621 Celer, eques Romanus, cui stuprum cum Cornelia, virgine Vestali maxima, obiciebatur, iussu Domitiani in comitio virgis caesus est *Plin. epist. 4, 11, 10, cf. Suet. Dom. 8, 4.* *St.*

622 Celer, ad quem scripsit Plinius *epist. 7, 17; fortasse Caecilius Celer supra n. 28.* *St.*

623 Celer, primipilaris *Galen. 13, 1031.* *St.*

624 **C[e]ler,** procurator quattuor publicorum Africae a. 202 *t. Lepcimagnensis* dedicatus Fulviae Plautillae sponsae Caracallae *VIII 22670 a = D. 8918.* *St.*

— Celer, τεχνογράφος *v. supra n. 388.*

625 **P. Celer,** eques Romanus, rei familiari principis *(cf. Hirschfeld K. V.² 3. 70, 1; Kl. Schr. 561)* in Asia inpositus, a. 54 minister fuit Agrippinae in paranda morte (M.) Iunio Silano, proconsuli Asiae *Tac. a. 13, 1.* A. 57 eum accusante Asia, quia absolvere nequibat Nero, traxit, senecta donec mortem obiret *ib. 33. Eidem videntur dedicati tituli Ephesii, Keil Forsch. Ephes. 3, 43 (1). 44 (2).* P. Celer *t. 1;* ... eler *t. 2*, proc. *t. 1. 2.*, com ... *t. 1;* [?comes] C. Helvid[i] Prisci q(uaestoris) [provinc]iae A.... *t. 2.* *St.*

626 ...... VS CELER, M. f. Teretina, *honoratur t. Allifano (ab una parte hodie mutilo) IX 2335 = D. 961, qui cursum honorum eius exhibuit:* ..... *(excidit puto tribunatus militaris),* [X vir stli]tibus iudicandis, quaestor ..... lli consulis *(de L. Rubellio Gemino cos. a. 29 cogitavit Hirschfeld, de Camillo aliquo Dessau),* legatus missus ..... [c]um A. Plautio *(cos. a. 29)* in Apulia ... [ad servos to]rquendos, aedilis Cerialis, [praetor], [legatus] ..... avunculi sui provincia ....., [legatus] ..... Camilli in provincia ....., [proconsul pro]vinciam Cretam et Cyrenas [obtinuit, legatus Ma?]rciani consobrini sui in provincia [Hispani]a ulteriore. *Origine videtur Allifanus.* *Gr.*

627 ... NIVS CELE[R] *vel* CELE[RINVS], consul suffectus a. 102 *XIV 4537 fragmentum fastorum Ostiensium.* *Gr.*

628 **.... pius Celer ....,** [praefectus vehiculorum] per vias [Hist]riae, Veneti[ae, Tra]nspadanae a. 219 *(non 226) VI 31369; v. infra* .. C]elerianus. *St.*

629 ..... CELER(?) ..... [M]AXIMVS CORNELIVS ... L. SINVS ... (Telesinus *supplevit Wissowa ap. Heiligenstaedt Fasti aedil. 34),* Cn. f., Clu(stumina), [tribunus legionis] V Macedonicae, X vir [stlitibus iudicandis, quaestor pr]ovinciae Achaiae, [aedilis] Cer[ialis?], [praefectus frum]ento [dando?] ..... *VI 3831 fragmentum semel descriptum.* *Gr.*

630 Celer Verianus, ad quem scripsit Gallienus epistulam *vita tyr. trig. 9, 5—9 (prorsus ficta omnia).* *St.*

— SER. ASINIVS CELER.

— Q. ATTIVS CELER.

— CN. AVIDIVS CELER.

— **L. Bovius Celer.**

— Caecilius Celer.

— L. CAECILIVS CELER RECTVS.

— Caninius Celer.

— CARRINAS CELER.

— C. CASSIVS CELER.

— L. POMPEIVS VOPISCVS C. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER.

— C. Cat[tius] Celer.

— Corvinius Celer.

— Domitius Celer.

— P. Egnatius Celer.

— **M. Fadius Celer Flavianus Maximus.**

— TI. [L]ARTIDIVS CELE[R].

— M. MAECIVS CELER.

— L. ROSCIVS AELIANVS MAECIVS CELER.

— MAGIVS CELER VELLEIANVS.

— TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS TITIANVS Q. VILIVS PROCVLVS L. MARCIVS CELER M. CALPVRNIVS LONGVS *v. infra sub Viliis.*

— METIVS CELER *v.* M. Maecius Celer.

— Nonius Celer.

— **C. Petronius Celer.**

— PROPERTIVS CELER.

— **Ragonius Celer.**

— Vatinius Celer (?).

— Velius Celer.

— **C. Vibius Celer.**

631 **[. . . . C]elerianus,** [praefectus vehiculorum] (per vias Appiam, Anniam, [Traianam (?), Aur]eliam novam cum [ramulis]) *VI 31370 (supplementa ex VI 31338 a = 36899 = D. 452). Cf. n. 628.* *St.*

632 CELERINA *(in lapide* Caelerina) cum C. Prastina Pacato posuit liberto *cuidam t. sepulcralem X 2888 (cf. p. 972) Puteolanum. Uxor vel soror Prastinae Pacati cos. a. 147 videtur.* *Gr.*

633 CELERINA *memoratur in t. mutilo XI 1735 in agro Pisano rep.:* Bonae [Deae] L. Venuleius [Montanus] et L. Venuleius . . . . . Apron[ianus], Laetilia et Celerina uxores. *Videtur uxor fuisse L. Venulei Aproniani cos. II a. 168 (cf. Wien. St. 49, 158, 9).* *Gr.*

— FONTEIA CELERINA.

— NVMISIA CELERINA.
— POMPEIA CELERINA.
634 Celerinius Augend[us], [egregius] vir, a militiis, frater Celerini Fide[lis], civis Batavi *t. Lugdunensis XIII 1847 = D. 2389.* *St.*
635 **Celerinus,** praefectus Aegypti ('Meroen iussus Nilumque tueri'), post obitum Cari *(a. 283)* delatum sibi a militibus imperium repudiavit *Claudian. epithal. Palladii et Celerinae v. 70—82 p. 304 sq. Birt.* *St.*
— ... NIVS CELE[RINVS?] *vel* CELE[R?] *v. supra n. 627.*
— CVSPIDIVS CELERINVS.
— L. POMPONIVS DEXTER CELERINVS.
— [P]opilius Cella.
— TI. CLAVDIA CAMILIA ALFIDIA CELONIS.
— NONIA CELSA.
— P. ATTIVS PVDENS RVFINVS CELSIANVS.
— PLOTIVS GALLVS CELSIANVS.
636 Celsina, potens femina, de qua dictum (Cn. Domiti) Afri *Quintil. 6, 3, 85.* *St.*
— IVLIA CELSINA.
— SABINIA CELSINA.
— AGRIVS CELSINIANVS.
— AELIA CELSINILLA.
637 Celsin(i)us Pupianus, egregius vir, maritus Roiae Titiniae, pater Titini Pupiani et Petroniani Decimi clarissimorum iuvenum *VIII 26415 = D. 6024, cf. add. p. CLXXXVI. (Apud Poinssot Bull. tr. hist. 1907 p. CCI indeque VIII 26415 litterae* e. v. *manifesto errore exciderunt). His omnibus nomen gentile* Pullaieni *et signum* Florentii *videntur fuisse.* *St.*
— CLODIVS CELSINVS.
— Clodius Celsinus.
— Iulius Celsinus.
— P. IVL[IVS] PROCVL[VS CEL]SINVS.
638 Celsus, Ovidii et Maximi *(= M. Aurelii Cottae Maximi Messalini?)* amicus, de cuius morte Ovidius scripsit *ex Ponto 1, 9. Cf. supra A 478.* *St.*
639 Celsus, eques Romanus, cecidit coniurationis *(Seiani)* crimine a. 32 *Tac. a. 6, 14.* *St.*
640 Celsus, philosophus Epicureus, qui floruit Neronis aetate *Origenes adv. Celsum 1, 8.* *St.*
641 Celsus, ad quem dedit Balbus librum expositionis et rationis omnium formarum *scriptum Traiano ut videtur imperante Schr. röm. Feldmesser 1, 91 sqq.* Vir summae auctoritatis *ib. 94,* 'penes quem studiorum nostrorum manet summa', qui inter eos in hac parte plurimum potest *p. 91, cf. Mommsen ib. 2, 147 = Ges. Schr. 5, 148.* Inventum eius *p. 92 (de*

quo vide Hultsch in ed. Metrol. gr. 2 p. 8), sed legitur in nonnullis codd. 'interventu(o) tuo' *pro* 'invento tuo'. *St.*

642 Celsus, philosophus Epicureus Hadriani aetate *Origenes adv. Celsum 1, 8;* scripsit libros κατὰ μαγείας *ib. 1, 68. Idem sine dubio* Celsus, amicus Luciani, qui ad eum dedit Alexandrum Ψευδόμαντιν *(c. 1, cf. 61);* scripsit κατὰ μάγων *Luc. Alex. 21. Eundem intellegit Origenes l. l. 4, 36, quamquam confundit eum cum Celso illo, qui contra christianos composuit librum* 'Αληθὴς λόγος. Ad eundem dedit litteras (πρὸς Κέλσον 'Επικούρειον) Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων *c. 16 II p. 124 Mueller = 19, 48 K. Cf. Strena Buliciana (1924) 257 sq.* *St.*

643 CELSVS (Κέλσος) *memoratur inter sacerdotes collegii alicuius mystarum, qui* (Pompeiam) Agrippinillam (M. Gavii Squillae Gallicani cos. a. 150 uxorem) *statua honorarunt t. suburbanus Amer. Journ. Arch. 37, 215 sqq. (imago tab. 27) col. I v. 10. Parentela sine dubio coniunctus cum Agrippinilla et Gallicano. Senatorii ordinis eum fuisse probabile est; cogitari potest de P. Iuventio Celso cos. a. 164, qui M. Pompei Macrini fratris ni fallimur Agrippinillae in consulatu collega fuit.* *Gr.*

644 Celsus, cuius defectio sub Pio *memoratur in epistula ficta vita Avid. Cass. 10, 1.* *St.*

645 Celsus, stipator Gallieni *vita tyr. trig. 10, 11 (in epistula ficta).* *St.*

646 Celsus, qui privatus ex tribunis in Africa positus in agris suis vivebat, contra Gallienum imperator appellatus septimo imperii die interemptus est *vita tyr. trig. 29; Claud. 7, 4. Videtur fictus omnino.* *St.*

647 .... VS CELSVS, tribu Camilia, praefectus cohortis Breucorum *(cf. quae conieci in libro qui inscribitur Röm. Ritterstand 233, 3)*, adlectus in [amplissim]um senatus ordinem ab imperatore Traiano Dacico *(nondum Optimo, inter a. 102 et 114)*, quaestor, aedilis plebis Cerialis; [omnibus honoribus functus in muni]cipio suo Alba Pompeia *(unde originem habuisse ex tribu concludere licet)*, patronus Albae Pompeiae, Augustae Bagiennorum, Genuensium, Aquensium Statiellorum *tit. mutilus Pedemontanus originis incertae V 7153.* *St.*

648 ..... IVS CELSVS, frater Arvalis, adfuit in collegio *a. inc. imp. Marci inter a. 169 et 176 VI 32383; fortasse suppleri potest* [Iuvent]ius Celsus, *nam quae praecedit littera* T *fuisse videtur. Nescio an idem sit* ...... Celsus (?) *memoratus in fragmento actorum Arv. male habito Bull. com. 55, 279 (paulo ante a. 177).* *Gr.*

649 CELSVS AELIANVS *memoratur in epistula ficta ut* collega Claudii Iuliani consulis *vita Max.-Balb. 17, 2.* *Gr.*

650 .... CELSVS PLANCIANVS, consul (suffectus) cum [C. Av]idio Cassio d. 6 m. Mai *a. inc. intra a. 161 et 168 III p. 889 dipl. mil. (v. supra A 1402).* *Gr.*

— AELIVS CELSVS.

— Albinovanus Celsus.

— Apuleius Celsus.
— Arruntius Celsus.
— **C. Attius Celsus.**
— Babur(i)us Celsus.
— Ti. Claudius Celsus Orestianus.
— Clodius Celsus.
— A. Cornelius Celsus.
— Furius Celsus.
— Iulius Celsus.
— A. IVLIVS CELSVS.
— **C. Iul(ius) Celsus.**
— M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS — — — IVLIVS CELSVS, *v. infra sub Messiis.*
— C. IVLIVS CELSVS MAXIMIANVS.
— TI. IVLIVS CELSVS POLEMAEANVS.
— (TI. IVLIVS) CANDIDVS CELSVS.
— (Iuventius) Celsus.
— P. IVVENTIVS CELSVS.
— P. IVVENTIVS CELSVS T. AVFIDIVS [H]OENIVS SEVERIANVS.
— T. LORENIVS CELSVS.
— MARIVS CELSVS.
— TI. IVLIVS CANDIDVS MARIVS CELSVS.
— P. MARIVS CELSVS.
— Q. MARIVS CELSVS.
— **Q. Munatius Celsus.**
— L. PVBLILIVS CELSVS.
— L. PVBLIVS (?) CELSVS PATRVINVS.
— . . . [QV]ADRATVS MAESIANVS CELSVS.
— RAGONIVS CELSVS.
— L. SEMPRONIVS CELSVS [SERVI]LIVS FABIANVS.
— CENS. SECVNDINVS *Eph. ep. 8, 719 = D. 5982 a, v.* Secundinus.

651 Censennia, femina locuples *Iuvenal. 6, 136—141.* *St.*

— M. Naevius Censitus.

652 . . . rius Censo . . . . , *nominatur in narratione rerum a. 218 gestarum Dio 79, 2, 4 (loco lacunoso). Fortasse* [Satu]rius Censo[rinus]. *St.*

653 CENSOR, consul iterum cum Lepido iterum *a. inc. T. Britannicus VII 287 cf. p. 307 = D. 2548* (XI kal. Septem.), *Bonnensis Bonn. Jahrb. 135, 25, 62* ([Ce]nso[r]e it. et Lep[id]o cos. VII kal. Oct.), *Mogontiacensis XIII 6779. Hos consules, quorum in fastis mentio nulla fit, a Postumo factos esse probabiliter coniecit Dessau PIR 2[1] L 100, quae coniectura eo comprobatur quod imperatoris nomina in t. Britannico, consulum in t. Bonnensi erasa sunt. Cf. supra n. 466.* *Gr.*

— M. SEDATIVS SEVERIANVS — — — TI. RVTILIANVS CENSOR.

654 Censorinus, cuius dictum *Sen. controv. 3 pr. 12.* *St.*

655 Censorinus, qui a. 238 ad Q. Caerellium scripsit librum de die natali, *qui extat, cf. c. 1, 1; 15, 1; 18, 12; 21, 6, qui liber memoratur Apoll. Sidon. carm. 14 pr. 3 p. 314 Mohr. Cassiod. de artib. ac disc. 5. 6 Migne Lat. 70, 1208. 1213.* Grammaticus doctissimus *Priscian. GL 2, 13. Cassiod. ib. 7, 214,* scripsit librum de accentibus *Priscian. ib. 3, 27. 45—47. Cassiod. de artib. ac disc. 5 Migne Lat. 70, 1212. Cf. Schanz 3³, 219—222. Teuffel⁶ § 379, 4—6. Wissowa RE 3, 1908—1910.* *St.*

656 CENSORINVS, vir militaris et antiquae in curia dignitatis, bis consul, bis praefectus praetorii, ter praefectus urbi, quarto pro consule, tertio consularis, legatus praetorius secundo, quarto aedilicius, tertio quaestorius, extra ordinem quoque legatione Persica functus, etiam Sarmatica; bello Persico Valeriani vulneratus imperator acclamatus est; post septem dies a militibus a quibus factus erat, interemptus est; extat eius sepulcrum circa Bononiam *vita tyr. trig. 33. 31, 12; 32, 8. Plane fictus tam insolenter quam absurde.* *St.*

657 [CEN]SOR[I]N[VS]? *In t. mutilo Poetovionensi III 4052/3 cf. p. 2278 restituit Kubitschek* [Cen]sor[i]no et Urs[o cos.] *nescio num recte.* *Gr.*

— Q. AIACIVS CENSORINVS.

— **Cl(audius) [C]ensorinus.**

— M. Licinius C. Lucretius Censorinus.

— C. MARCIVS CENSORINVS.

— L. MARCIVS CENSORINVS.

— **Saturius Censorinus.**

658 **C. Censorius Niger.** *Tituli Celeiani III 5174. 5181.*

Plenum nomen tituli; Niger Censorius *Fronto.* Procurator Augusti (provinciae Norici) *tituli.* Amicus Frontonis, defunctus Antonino Pio imperante testamento suo Frontonem heredem quincuncis bonorum suorum instituit; Marcio Turboni et Erucio Claro familiarissimus; ex iudiciis imperatoris Pii ei plurimum et honoris et auctoritatis accessit, postea gratia eius apud animum principis imminuta est *Fronto ad Anton. Pium 3 p. 164—166 N. = 1, 254 sqq. Haines.* Strenua opera eius domi bellique *Fronto ib. p. 164 N. = 256 H.* In testamento inclementius progressus est in Gavium Maximum *(ib. 4 p. 167 N. = p. 260 Haines),* qui quo tempore Niger mortuus est etiamtum vivebat *ib. 7 p. 168 N. = p. 258. 260 Haines.* *St.*

659 M. CENSOR(IVS) PAVLLVS, legatus Aug. pr. pr. provinciae Aquitaniae, consul designatus, maritus Cl(audiae) Varenillae *XIII 1129 t. sepulcralis uxoris (v. infra n. 1130). Saec. III potius quam II.* *Gr.*

660 C. CENTVLLIVS FORTVNATVS, M. Aur(elii) Dubitati filius, adulescens clarissimus *V 4870 t. Benacensis; v. supra A 1495.* *Gr.*

— IVLIVS CEPHALIVS.

— C. LVTATIVS CERCO.

661 Cercopithecus *(agnomen fortasse per iocum ei inditum)* Paneros, faenerator, quem Nero praediis locupletatum prope regio extulit funere *Suet. Nero 30, 2.* *St.*

662 Cerdo, sutor *Martial. 3, 16, 1; 4, 59, 1; 4, 99, 1, cf. Heraeus in ed. p. XXII.* *St.*

663 Cerdo, negotiator, *Apul. metam. 2, 13. 14.* *St.*

664 CEREIVS MAECIANVS (Mecianus *libri)*, senator aetate imp. Taciti, patruus Claudii Sapiliani *vita Taciti 19, 3 in epistula ficta.* *Gr.*

665 **Cerellius Apollinaris,** praefectus vigilum a. 212 *VI 1063.* *St.*

666 CERELLIVS FAVSTINIANVS *(fortasse scribendum* Caerellius), homo nobilis ab imp. Septimio Severo occisus *vita Sev. 13, 6. Ad eandem domum haud scio an pertineant* Caerellii Marcianus et Germanilla *(supra n. 154).* *Gr.*

667 CERELLIVS *(an* CAERELLIVS?*)* IVLIANVS, homo nobilis ab imp. Severo occisus *vita Sev. 13, 6.* *Gr.*

668 CERELLIVS MACRINVS, homo nobilis ab imp. Severo occisus *vita Sev. 13, 6; v. supra n. 154.* *Gr.*

669 CERELLIA [PA]V[L]I[N]A (?), clarissima femina *XIII 10020, 1 fragmentum cretaceum in civitate Remorum rep.* *Gr.*

670 **C. Ceri ...,** procurator imperatoris Hadriani provinciae Achaiae *t. Corinthius Amer. Journ. Arch. 37, 568 = Ann. ép. 1934, 3. Potest idem esse* C. Cerealis *n. 675.* *St.*

671 Cerialis, amicus Plinii *epist. 2, 19. Nescio an idem sit* Velius Cerialis. *St.*

672 CERIALIS, **consul ordinarius** a. 106 cum L. Ceionio Commodo *fasti (v. supra n. 604); fuit ut opinor e gente Vettulena.* *Gr.*

673 **Cerialis,** vir **egregius,** procurator Augustorum episcepseos in Aegypto *(traditur* Κελεαρί[ο]υ [τ]οῦ κρα[τ]ίστου ἐπιτρόπου τῶν κυρίων [Σεβαστῶν]) a. 199/200 *P. Hamb. 12 = Wilcken Chrest. 235, cf. Charisteria Rzach (1930), 179. 180.* *St.*

674 **Cerialis,** a censibus et a li[bell]is *(traditur* aliis) sub Caracalla *fragm. Vatic. 204. Immerito Hirschfeld K. V² 66 revocavit, quod ipse sagaciter coniecerat; nam verba* 'a censibus' *item ante* 'a libellis' *leguntur in t. Fulginate XI 5213; neque magis recte hic putatur* Man[ilius] Cerealis *fragm. Vatic. 236, qui intellegendus est praefectus urbi.* *St.*

675 **C. Cerealis,** pr(ocurator marmorum) *inscriptio massae marmoris Carystii incisa Bruzza Ann. dell' inst. 1870, 172, 1 = D. 8717.* C. *est praenomen, non quod dubitanter Hirschfeld K. V.² 164, 1 proposuit nomen Claudii. Aetas aliquatenus inde definitur, quod idem* prob(ans) Crescens *redit in inscriptione a. 132 ibidem rep. (D. 8718). Cf. n. 670.* *St.*

— C. ANICIVS CERIALIS.
— Iulius Cerialis.
— C. IVL(IVS) CERIALIS.
— MANILIVS CERIALIS.
— M. MVNATIVS SVLLA CERIALIS.
— Q. PETILLIVS CERIALIS CAESIVS RVFVS.
— SPICIVS CERIALIS.
— C. STATIVS CERIALIS.
— TVCCIVS CERIALIS.
— Turullius Cerialis.
— Velius Cerialis.
— SEX. VETTVLENVS CERIALIS.
— C. VETTVLENVS CIVICA CERIALIS.

676 Cerobotras (Κηπροβότου *peripl. mar. Erythr. 54*, Κηροβόθρου *Ptol. geogr. 7, 1, 86;* Caelobothras *vel* Celobotras *Plin. n. h. 6, 104)*, nomen regulorum quorundam Indorum (Kēralaputra) *vel potius appellatio tam terrae quam regum; nomen invenitur in inscriptionibus Indicis.* Is qui Vespasiani aetate floruit, cuius regia erat Muziris, memoratur *Plin. l. l. et peripl. l. l.;* regia Carura *Ptol.;* inter oppida regni eorum *nominatur praeterea* Tyndis *peripl. Cf. Lassen Ind. Altertumsk. 1², 188, 1; 3, 193. RE 3, 1275 sq. Wecker ib. 11, 326. Padmanabha Menon History of Kerala 1, (1924), 30—33. D. R. Bhandakar Aśoka² (1932), 41 sqq.* *St.*

— Ceronius *v.* Cecropius.

677 Cerrinius, amicus Martialis, epigrammata composuit *Martial. 8, 18.* *St.*

678 CERRINIVS(?) GALLVS. *Num Suet. Aug. 53, 3, ubi traditur* Gallum Terrinium (*vel* terminum *vel* terrinum), *recte correxerit v. Rohden PIR I¹ C 562* Gallum Cerrinium *propter titulum duobus fere saeculis recentiorem* L. Cestii Galli Cerrinii Iusti Lutatii Natalis *X 3722*, *mihi perquam dubium videtur; v. infra* Gallus. *Gr.*

— L. CESTIVS GALLVS CERRINIVS IVSTVS LV[T]ATIVS NATALIS.

679 Cerronius Bassus. Ad eum scripsit Aurelianus Augustus epistulam *fictam sane omnino vita Aurel. 31.* *St.*

— EGNATIA CERTIANA.
— C. EGNATIVS CERTVS.
— PVBLICIVS CERTVS.
— C. QVINCTIVS CERTVS POBLICIVS MARCELLVS *v. infra sub Publiciis.*
— Quintius Certus.

680 Cervarius Proculus, eques Romanus, a. 65 particeps coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 50*, festinato indicio impunitatem consecutus est *ib. 66. 71.* *St.*

681 **Q. Cervidius Scaevola.** *Plena nomina dig. 28, 6, 38, 3;* Cervidius

Scaevola *ib. 27, 1, 13, 2; 40, 5, 50; ind. auctor. 18 p. LIII* M.;* Cervid[i]us Scaevola *t. Ostiensis XIV 4502; ceterum* Scaevola. Inter iuris consultos celeberrimos *eum nominat Modestinus dig. 27, 1, 13, 2;* auctor prudentissimus iurisconsultorum *cod. Theod. 4, 4, 3, 3.* Imperator M. Antoninus usus est eo praecipue *vita Marci 11, 10;* in auditorio imperatoris Marci *Ulpian. dig. 36, 1, 23 (22) pr., fuit igitur consiliarius Augusti.* Praefectus vigilum a. 175 *tit., cf. vita Marci l. l.* (imperator) habuit secum praefectos, quorum et auctoritate et periculo semper iura dictavit. Magno ingenio de iure aperto respondit *Claudius (Tryphoninus) dig. 35, 1, 109. De loco interpolato vit. Carac. 8, 3 (Scaevolam magistrum fuisse Septimi Severi et Papiniani) v. supra A 388.* Scripsit digestorum libros XL, quaestionum l. XX, responsorum l. sex, regularum l. quattuor, de quaestione familiae l. singularem, quaestionum publice tractatarum l. singularem *ind. auctor.*, notas ad Iuliani et ad Marcelli digesta. *Fragmenta collegit Lenel Palingenesia 2, 215—322, cf. Wickert S. Ber. Berl. 1928, 37—39. Jörs RE 3, 1988—1993. Krueger Gesch. d. Qu. u. Lit. d. röm. R.² 215—220. Teuffel⁶ § 369, 1—4. Schanz 3³, 198 f.* — Filia *fortasse* Attia Cervidia Vestina. *St.*

681a ATTIA CERVIDIA VESTINA, *filia eius qui praecedit ut videtur*, marito posuit *t. VI 1422 = D. 1171 (1)*, honorata publice *t. Lugdunensi XIII 1801 = D. 1172 a (2).* — Attia Cervidia Vestina *t. 1.* [C]ervidia Q. f. Vestina *t. 2.* Clarissima femina *t. 2.* L. Fulvii Gavii Numisii Petronii Aemiliani uxor *t. 1. 2.* *Gr.*

682 Cervius, iratus leges minitatur et urnam *Hor. s. 2, 1, 47.* (Cervius *Ascanii libertus calumniator accusavit Cn. Calvinum *[= Cn. Domitium Calvinum cos. a. 53 et 40 a. C.?]* lege de sicariis *comm. Cruq.) cf.* P. Cervium, . . . 'qui . . . ab isto *(sc.* Verre) iudex reiectus est' *Cic. Verr. 5, 114. Diversus* Cervius, vicinus Horatii *s. 2, 6, 77.* *St.*

683 . . . . S CERVONI[VS], a. 182 cooptatus *in collegium saliorum Palatinorum ut videtur Röm. Mitt. 17, 159 = VI 39442.* *Gr.*

684 C. CERVONIVS PAPVS, consul a. 243 cum L. Annio Arriano. *Tria nomina in dipl. mil. III p. 895 = XIII 1791* C. Cerv . . . . . *VI 32634.* Pappus *vita Gord. 29, 1; ceterum* Papus *vel* Pappus *fasti.* *Gr.*

— Fabius Ceryllianus.

685 Cerylus, libertus, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque ius fisci ingenuum se Lachetem mutato nomine coeperat ferre, irrisus a Vespasiano *Suet. Vesp. 23, 1.* *St.*

— AELIVS CESETTIANVS.

— . . . Quintius Cestianus Ducenius Proculus.

686 C. CESTIVS. *T. sepulcralis in pyramide ad viam Ostiensem sita VI 1374 = D. 917 (1); subscriptiones gemellae statuarum duarum prope sepulcrum Cestii VI 1375 = D. 917 a (2. 3).* — C. Cestius L. f. Pob(lilia) epulo *t. 1*

(sacerdotium in t. bis enuntiatum cognominis instar nomini additum esse ad distinguendum eum a viris cognominibus eiusdem aetatis perspexit Klebs PIR I[1] C 569). C. Cestius *t. 2. 3.* — Tribunus plebis, praetor; VII vir epulonum *t. 1. Vix idem* C. Cestius praetor a. 44 a. C., qui provinciam a M. Antonio sibi oblatam repudiavit *Cic. Phil. 3, 10, 26, neque enim hic quidem diversus videtur a Cestio illo, qui a. 43 proscriptus occidit (App. b. c. 4, 26, 111). — Mortuus est non post a. 12 a. C., cum M. Agrippa inter heredes eius esset (cf. t. 2. 3).* — L. Cestius frater *t. 2. 3. Huius et fratris liberti videntur nominari in t. urbano Not. d. sc. 1923, 368* (L. Cestius L. C. l. Nicephorus *cet.).* — Heredes eius M. Agrippa, M. Valerius Messalla Corvinus (cos. a. 31 a. C.), P. Rutilius Lupus, L. Iunius Silanus, L. Pontius Mela *(cf. t. 1)*, D. Marius Niger *t. 2. 3.* *Gr.*

687 L. CESTIVS, frater C. Cesti L. f. (n. *686*), *cui superstes fuit VI 1375 = D. 917 a. Incertum num idem sit* L. Cestius pr(aetor), *qui una cum* C. Norbano *collega nummos aureos cudendos curavit paulo post Caesaris necem Babelon Monn. rép. Rom. 1, 340, 1—3. v. Bahrfeldt Röm. Goldmünzenpräg. 41 sq. n. 24—26. Praeterea v. in fratre. — Huius filium putaverim* L. Cestium *qui sequitur.* *Gr.*

688 L. CESTIVS, *filius ut opinor eius qui praecedit (vix idem), memoratur* inter testes senatus consultorum factorum d. 23 m. Mai a. 17 a. C. *VI 32323 v. 51. 58.* *Gr.*

689 N. CESTI[VS], consul suffectus cum L. Antistio (Vetere) *a. 55 ut videtur IV 5513 in amphora. V. supra A 776.* *Gr.*

— .... [POM]PONIANVS SECVNDVS P. CEST[IVS] ..... IVS PRISCVS DVCENIVS PROC[VLVS] *v. supra A 1207.*

— ..... SA ...... DVS P. CESTI[VS] ..... [VM]BRIVS DEXTER ...... DVCENIVS ...... *v. supra A 1207.*

— CESTIVS(?) ACIDIVS(?) PERENNIS *(II 258 cf. p. 693) v.* L. Tulcidius(?) Perennis.

690 C. CESTIVS GALLVS, consul a. 35 p. C. *In consulatu:* C. Cestius *VI 33950. IGR 1, 495. Bull. d. inst. 1859, 32 in tegula:* C. Cestio cos. *(potest etiam cogitari de filio). Plin. n. h. 10, 124. Tac. a. 6, 31.* Γάιος Γάλλος *Dio 58, 25, 2.* Gallus *Malal. 243; fasti.* — C. Cestius *Tac. a. 3, 36; 6, 7. Plin. n. h. 34, 48: hunc significari elucet ex Plinii verbis* 'paulo ante (Neronem)'.

Cestium hunc expeditionibus interfuisse nescio quibus apparet ex Plinii loco modo allato: circumtulit...signum, quod secum etiam in proelio habuit. A. 21 C. Cestius senator questus est in senatu de Annia Rufilla *Tac. a. 3, 36.* A. 32 Tiberius admonuit C. Cestium patrem (praetorem *corr. Lipsius vix recte)* dicere senatui quae sibi scripsisset suscepitque Cestius accusationem in Q. Servaeum et Minucium Thermum maiestatis reos *ib. 6, 7 (cf.* quod maxime exitiabile tulere illa tempora, cum primores

senatus infimas etiam delationes exercerent *ib.)*. Consul cum M. Servilio Noniano a. 35 *v. supra;* consularis *Plin. l. l. — Apud Suet. Ti. 42, 2 legendum esse* Cestio Gallo *(traditur* Sestio Gallio *vel alio modo corruptum, corr. Roth et Ihm) admodum improbabile mihi videtur. — Cum a Tacito 6, 7 ad a. 32* pater *appelletur, filius eius cognominis sub idem tempus in senatu fuerit necesse est, scil. is qui sequitur.* *Gr.*

691 C. CESTIVS GALLVS, consul (suffectus) a. 42 p. C. *Nummi Antiocheni in parte adversa caput Neronis et inscriptionem* Im. Ner. Clau. Caesar *exhibentes, in aversa inscripti a)* ἐπὶ Κεστίου Ἀντιοχέων ἔτ(ους) ΔΙΡ *Mionnet 5, 169, 189. Babelon Coll. Wadd. 7259. Br. Mus. Galat. etc. 175, 201. b)* ἐπὶ Γαίου Κεστίου Ἀντιοχέ. ἔτο. ΕΙΡ *Mionnet l. l. n. 190. S. 8, 131, 44. Leake Num. Hell. As. Greece 16. Br. Mus. l. l. 202. c)* ἐπὶ Κεστίου Ἀντιοχέων *Mionnet 5, 169, 191. In nummo musei Neapolitani* ἐπὶ Κεστίου ἔτ. ΑΙΡ *Fiorelli Cat. mus. Napoli 1, 225, 8878* Α *male lectum videtur pro* Δ. — [C. C]estius Gallus *in consulatu VI 2015 = XIV 2241 fasti fer. Lat. Nomina in nummis v. supra.* Cestius Gallus *Tac. h. 5, 10.* Κέστιος Γάλλος *sive* Κέστιος *Ios.* (Κέσσιος *vel* Γέσσιος *saepe in codd.; v. praeterea* A. Caesennius Gallus *supra n. 170).* Κέστιος *Lyd. de mens. 4, 109 W. Cum Gessio Floro confunditur Hieron. chron. 1 p. 185, 2 p. 544 H.; Syncell. 637. chron. Gall. a. 511 Chron. min. 1, 639, 319.*

Filius probabiliter eius qui praecedit. A. 32 in senatu fuisse videtur (cf. n. 690). Consul cum C. Caecina Largo suffectus in locum imp. Claudii cos. II kal. Mart. a. 42 *(cf. Suet. Cl. 14);* ... [A]pr. *VI 2015 (v. supra n. 101).* Consularis *Lydus l. l. Huius nomen vulgo restituitur ap. Tac. a. 15, 25 (ad a. 63)* Suriaeque ex(e)cutio Citio *(sic cod.)*, copiae militares Corbuloni permissae, *sed iure dubitat Klebs PIR[1] C 572, qui monet nummos Cestii videri incipere ab autumno a. 65.* Legatus Aug. pro pr. Syriae *Ios. bell. 2, 280 sq.; 6, 422 sq.; vita 30. 347. 373. Tac. h. 5, 10. Suet. Vesp. 4, 5 (= Oros. 7, 9, 3), ubi nomen eius non enuntiatur,* annis aerae Caesariensis 114 et 115 = *intra autumnum a. 65 et autumnum a. 67 nummi a. b.* Res ab eo autumno a. 66 contra Iudaeos gestae *Ios. bell. 2, 333—335. 499—558 cf. 1, 20 sq.; 2, 562; 3, 9. 414; 5, 41. 267. 302. Tac. h. 5, 10. Suet. l. l. = Oros. l. l. Hieme a. 66/67 in Syria fuit Ios. vita 214. 347. 373. 394.* Fato aut taedio occidit *Tac. h. 5, 10;* a Iudaeis occisus *Lydus l. l. perperam.* *Gr.*

692 L. CESTIVS GALLVS CERRINIVS IVSTVS LV[T]ATIVS NATALIS. *Titulus post mortem (ut apparet ex patera et urceo in lapide expressis) Volturni publice positus X 3722 (1); ad eundem pertinere existimaverim frustulum Salonitanum Bull. Dalm. 37, 42, 4597 a (2).*

Plena nomina exhibet t. 1; t. 2 acephalus est. Honores recensentur in t. 1 ordine temporis servato, eodem fere ordine enumerati fuisse videntur in t. 2

(supplementa debentur Francisco Bulić). IIII vir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis VIII Augustae, quaestor urbanus *t. 1;* ab actis senatus *t. 1* [ab actis] se[natus] *t. 2 (loco non suo ut videtur);* aedilis curulis *t. 1* ([aedilis] c[urulis] *t. 2);* praetor *t. 1;* legatus Augg. *(Marci et Veri vel Marci et Commodi ut opinor)* legionis XX Valeriae victricis *t. 1* ([leg. leg. XX] Val. [victr.] *t. 2);* proconsul provinciae Narbonensis *t. 1* ([procon]suli . . . . . *t. 2);* praefectus aerarii Saturni *t. 1. In t. 1 v. 10 agnoscere sibi visus Zangemeister* COS//1· *restituit* cos. [II], *sed ferri non potest virum nullo consulari officio functum statim ad consulatum alterum pervenisse; immo putaverim in lapide fuisse* cos. [d(esignato)]. — Patronus coloniae (Volturni) *t. 1,* [rei] p(ublicae) Sup[eraequanorum] *t. 2. — Vel idem atque is qui sequitur vel arta necessitudine cum eo coniunctus.* *Gr.*

693 L. CESTIVS GALLVS VARENIANVS LVTATIVS NATALIS AEM[I]LIANVS, L. f., Pomptina, patronus municipii (Gaulitanorum), honoratur a . . . Marcio Marciano amico *X 7506 cf. p. 994 t. Gaulitanus. V. in eo qui praecedit.* *Gr.*

694 L. Cestius Pius, rhetor *Suet. ind. rhetor. 7 (gramm. 31).* Cestius Smyrnaeus rhetor latine Romae docuit *Hieronym. chron. 191. Ol. p. 167 b) H. = p. 249 Fotheringh. (ex Suetonio),* cum Graecus esset *Sen. controv. 7, 1, 27; 9, 3, 13. Laudatur saepissime a Seneca.* Nullius ingenii ⟨amator⟩, Ciceroni etiam infestus, quod ei non inpune cessit, nam filius Ciceronis, proconsul Asiae, Cestium apud se cenantem flagellari iussit *Sen. suas. 7, 12. 13.* Pueri et iuvenes Ciceronis orationes non legebant nisi eas, quibus Cestius rescripserat *controv. 3 pr. 15;* rescripsit Ciceronis actioni habitae pro Milone *Quintil. 10, 5, 20;* in Milonem recitaturum eum Cassius Severus exagitavit *Sen. controv. 3 pr. 16. 17, cf. 7, 3.* Inter auditores eius *nominantur* Aietius Pastor iam senator *contr. 1, 3, 11 et* Quintilius Varus tunc Germanici gener et praetextatus, cui cladem patris obiecit *ib. 1, 3, 10. — Cf. Brzoska RE 3, 2008—2011. Teuffel^7 § 268, 6. Schanz 2, 1^3, 489 sq.* *St.*

695 CESTIVS (?) PROCVLVS (cestus *cod.),* (proconsul Cretae et Cyrenarum) a Cretensibus repetundarum accusatus a. 56 absolutus est *Tac. a. 13, 30.* *Gr.*

696 CESTIVS SEVERVS, crebris apud Neronem delationibus famosus; a. 70 in senatu fuit *Tac. h. 4, 41.* — T. Cest. Severus *quidam XV 2426.* *Gr.*

697 Cestus, puer Instantii Rufi *Martial. 8, 50 (51), 18 sq.; cf. ib. 46.* *St.*

698 *CETHECIVS LABEO, legatus legionis V (Alaudae) a. 28 p. C. *Tac. a. 4, 73. Quod nomen lateat in* cethecio, *non liquet;* Cethego *corr. Lipsius nescio num recte.* *Gr.*

699 [CETH]EGILLA, δᾳδοῦχος in collegio mystarum, qui (Pompeiam) Agrip-

pinillam statua honorarunt *t. surburbanus Amer. Journ. Arch. 37, 215 sq. col. I v. 2. Pleniore nomine sine dubio* Gavia Cornelia Cethegilla. *V. infra sub Gaviis.* *Gr.*

— CORNELIA CETHEGILLA *v. infra* (Gavia) Cornelia Cethegilla.

— CORNELIA CETHEGILLA AEMILIA PLANCINA.

— PVPIENIA SEXTIA PAV[LINA] CETHEGILLA.

700 ..... CETHEGVS, salius Palatinus obiit *a. inc. (non ante a. 191) VI 1981 fasti saliorum. Pertinuit fortasse ad Gavios Cornelios Cethegos.* *Gr.*

— CETHEGVS(?) LABEO *v. supra n. 698.*

701 Cethegus Scipio *in disco aeneo VI 31964 = XV 7147 (propter scripturae genus saeculo II recentior non videtur, ut iudicat Dressel). Ad nobilissimam Corneliorum gentem hunc pertinere non crediderim; discum enim simillimum esse titulis libertorum Aug. quorundam XV 7143—7146 adnotat idem. — Cf. praeterea inscriptionem tegulae IX 6078, 58, ubi traditur* Cethegi et Scipionis. *Gr.*

— TI. CLAVDIVS SAETHIDA CETHEGVS FRONTINVS.

— M. CORNELIVS CETHEGVS, consul a. 170, *pleniore neque tamen integro nomine dictus sine dubio* M. Gavius Cornelius Cethegus; *v. infra sub Gaviis.*

— SER. CORNELIVS CETHEGVS.

— (CORNELIVS) LENTVLVS CETHEGVS.

702 M. Cetius Faventinus, auctor libri artis architectonicae *deprompti ex Vitruvii de architectura, ed. Krohn p. 262—283. Scripsit ante Palladium vel etiam ante Gargilium Martialem, cf. Nohl Comment. Mommsen. 64—74. Wellmann Herm. 43, 17—19. Gensel RE 3, 2013. Teuffel⁷ § 264, 5. Schanz 2, 1³, 545 sq.* *St.*

703 Cetrius Severus, a. 69 tribunus praetorianorum *Tac. h. 1, 31. Idem videtur* Sex. Cetrius Severus speculator, beneficiarius (L. Lusii) Getae (praefecti praetorio *a. 48—51)*, a commentariis custodiarum *t. Pisaurensis XI 6343 = D. 2073, cf. Domaszewski Rangordn. 21.* *St.*

704 Chabrias, Hadriani *videtur* familiaris *M. Ant.* εἰς ἑ. *8, 37.* *St.*

— Cassius Chaerea.

705 Chaeremon, sacerdos Heliopolitanus, Aelium Gallum praefectum Aegypti comitatus est *Strabo 17, 806.* *St.*

706 Chaeremon, Alexandrinus, philosophus, magister Neronis qui imperavit et Dionysii Alexandrini, qui ei successit in schola Alexandrina *Suid. s.* Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος *1128 Adler et* Διονύσιος *1173 A.;* philosophus stoicus *Apoll. Dysc.* περὶ συνδεσμῶν *gramm. gr. 1 p. 248 Schn. Porphyr. de abstin. 4, 6. 8 (inde Euseb. h. e. 6, 19, 8. Hieronym. adv. Iovinian. 2, 13). Origen. contra Cels. 1, 59.* Filius Leonidae, unus e legatis ab Alexandrinis a. 41 ad imperatorem Claudium missis *P. Lond. 1912, Bell Jews and Christians in Egypt p. 23 v. 17.* Fuit sacerdos Aegyptius (ἱερογραμματεύς)

Porphyr. ap. Euseb. praep. ev. 5, 10, 5 (cf. ib. 3, 4, 1, inde Augustin. civ. 10, 11). Tzetzes chil. 5, 395; exeg. in Iliad. p. 123 H., cf. W. Otto Priester und Tempel 1, 87—89; 2, 216 sq. Scripsit historiam Aegyptiorum (Αἰγυπτιακὴ ἱστορία) *Ioseph. c. Ap. 1, 288,* qui refutat eum *293—303; 2, 1,* de vita antiquorum Aegypti sacerdotum *Hieronym. l. l. (haustum ex Porphyr. de abstin. 4, 6* κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους ἱερέας), de sacris litteris (διδάγματα τῶν ἱερῶν γραμμάτων *Tzetzes l. l. 396;* ἱερογλυφικά *Suid. s.* Χαιρήμων, *eodem spectat Tzetzes exeg. l. l.),* περὶ κομητῶν *Origen. l. l. (cf. Iamblich. de myst. 8, 4; 9, 4),* grammatica *ut videtur quaedam Apoll. Dysc. l. l. Fragmenta collegit Mueller FHG 3, 495—499. Hopfner Fontes hist. relig. Aeg. 2, 179—184; 5, 781 sq.*

Ex eo nomen finxisse videtur Martial. 11, 56, 1 (Chaeremon stoice), *nam legatum Alexandrinorum circa a. 96 vixisse nequaquam credibile est. Plane diversus* Chairemon auspex, *cuius libri celeberrimi meminit Galen. in Hippocr. de victu acutor. 1, 15 p. 129 H. (= 15, 444 K.). Cf. Schwartz RE 3, 2025—2027. W. Otto l. l. et 1, 199.* St.

707 Chaerippus, Cilix, videtur praesidem aliquem provinciae de repetundis postulasse *Iuvenal. 8, 95.* St.

708 Chaeron *(traditur* χάρωνος*),* filius Plutarchi et Timoxenae, defunctus prima pueritia *Plut. consol. ad uxorem 5 p. 609 D.* St.

— Claudius Charax.

— Oppius Chares.

709 Charibael, rex legitimus (ἔνθεσμος βασιλεύς) Homeritarum et Sabaeorum, amicus imperatorum Romanorum, ad quos misit saepe legatos cum donis, cuius regia fuit Saphar *peripl. mar. Erythr. 23. 26. 31; aetate fere Neronis et Flaviorum, cf. Kornemann Ianus 1 (1921), 60 sq. Nominantur complures reges huius nominis in nummis et titulis Arabicis (C I Sem. 4, 1. 15. 37. 126. 234. 326. 373. [517]. 601. 610. 627. 637. 791, cf. 232. 455. 491. 516. 549. 582. 912), vide D. H. Mueller RE 3, 2133. Tkač ib. 1 A, 1467 sq. 1461. Mordtmann et Mittwoch Sabaeische Inschriften (1931) p. 5 sq. De nummis cf. Hill Br. M. Arabia cet. p. LXIV sqq. LXVIII sq. 68.* St.

710 Charicles, medicus arte insignis, Tiberio morienti a. 37 adfuit *Tac. a. 6, 50. Suet. Tib. 72, 3. Nescio an idem sit* Charicles, cuius medicamenta *commemorat saepe Galenus (12, 556. 558. 579. 581; 13, 94. 109. 282. 329).* St.

711 Charidemus, qui apro obiectus est *Martial. 1, 43, 14.* St.

712 ... us Charidemus, ἀρχιερεύς, adfinis consularium *(ad eundem pertinere videtur) t. Smyrnaeus CIG 3151 = IGR 4, 1435.* St.

713 Charilas, libertus Augustorum Marci et Veri *Fronto ad Ver. 1, 4 p. 118 N. = 1, 300 Haines. Eundem esse* Charilampen cubicularium *(Galen. 14, 624) suspicatur Ilberg N. Jahrb. 15 (1905), 288.* St.

714 Chariomerus, rex Cheruscorum ob amicitiam Romanorum a Chattis pulsus, sociis assumptis primum acie vicit, dein ab illis desertus a Domitiano obsidibus missis pro subsidiis accepit pecuniam *exc. de leg. 2, 425 sq., 42 De Boor (= Dio 67, 5, 1 p. 176 Boiss.).* *St.*

715 Chariomundus *(codd.* Hariomundus), dux militaris sub Valeriano *vita Aureliani 11, 4 (epistula ficta).* *St.*

716 Chariovalda, dux Batavorum in exercitu Germanici a. 16 fortiter pugnans cecidit *Tac. a. 2, 11* (Batavi *ib. 2, 8).* *St.*

717 Chariovisсus *(libri* Cariovisсus*)*, dux militaris sub Valeriano *vita Aureliani 11, 4, in epistula ficta.* *St.*

718 Charisius, praeses Syriae a. 290 *cod. Iust. 9, 41, 9; 11, 55, 1.* *Gr.*

719 Charitinus *(in lapide* C · HARITINVS), libertus (Augusti), subprocurator (patrimoni per Histriam) imperantibus Philippis Augustis *(intra a. 247 et 249) t. rep. in agro Parentino Inscr. Ital. 10, 2, 216. Cf. Hirschfeld Kl. Schr. 550, 9.* *St.*

720 Charmis, Massiliensis, medicus Plinii aetate Romam venit, multum valuit, senes consulares curavit *Plin. n. h. 29, 10. 22.* De via eius ac ratione medendi extat Senecae adstipulatio *ib. 10, cf. Sen. epist. 53, 3; 83, 5. Idem opinor adfertur Aelian. nat. an. 5, 38; sed diversus fortasse qui memoratur Galen. 14, 114. 126—128.* *St.*

— L. FABIVS CHILO *v.* L. Fabius Cilo.

— Mallius Chilo.

— IVLIA CHILONIS.

721 Chione, meretrix, vestitum scortum *Iuvenal. 3, 135 sq.* *St.*

— Claudius Chionis.

— Aufidius Chius.

— Chosroes *v.* Osroes.

— M. Ulpius Chresimus.

722 Chrestus, geographus Romanus, qui scripsit de Nilo, fuit in Mauretania usque ad Oceanum *Lyd. de mens. 4, 68.* *St.*

— Claudius Chrestus.

— **Geminius Chrestus.**

723 Chryseros, nummularius *Apul. metam. 4, 9. 10.* *St.*

724 Chryseros, nomenclator et libertus imperatoris Marci Aurelii (Μ. Αὐρηλίου Οὐήρου), chronicon composuit ab urbe condita ad mortem imperatoris Veri *(immo* Marci) *Theophil. ad Autolyc. 3, 27 = FGrHist 96 T 1.* *St.*

725 Chrysippus, Mithridatis filius, propinquus Postumii Marini, medici Plinii, qui ei uxorique eius Stratonicae Epigoni et liberis eius Epigono et Mithridati a Traiano civitatem petiit *ad Trai. 11.* *St.*

— CHRYSOGONE *v.* CORNELIA SALONINA AVGVSTA.

726 Chrysogonus, citharoedus, qui magna mercede artem suam docebat *Iuvenal. 6, 74; 7, 176.* *St.*

727 Chrysogonus, qui Valeriano imperante Gothos Nicomediam arcessivit *Zos. 1, 35, 1.* *St.*

728 Chrysomallus, Augusti libertus, procurator (patrimoni per Histriam, *cf. Hirschfeld Kl. Schr. 550, 9) t. Polensis sepulcralis V 37 positus* T. Aelio Callimorpho alumno *unde conicere licet et Chrysomallum T. Aelium appellatum esse, quippe qui ab imperatore Pio manumissus esset.* *St.*

729 *Chumstinctus *(nomen corruptum; cum in codice Leidensi Voss. 8° 54 sane recentiore tradatur* chunistinaus, *Rossbach in ed. p. XVIII et BphW 1919, 1055 sq. coniecit scriptum fuisse* Chunistinctus, *fortasse recte)*, tribunus ex civitate Nerviorum, Druso duce adversus transrhenanas gentes inter primores pugnavit *Liv. per. 141.* *St.*

730 CI......, (cuius uxor)..ensia Polla *memoratur in actis lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 341 v. 22.* *Gr.*

— L. CIARTIVS(?) *v. infra n. 747.*

— CN. PINARIVS AEMILIVS CICATRICVLA.

— CN. PINARIVS AEMILIVS CICATRICVLA POMPEIVS LONGINVS *v. sub Pompeis.*

— P. Cornelius Cicatricula.

— M. TVLLIVS CICERO.

— **Cilnius Maecenas** *Tac. a. 6, 11, recte* C. Maecenas, *ubi vide.*

731 C. CILNIVS PAETINVS, P. f., Pomptina *(origine sine dubio Arretinus cf. Stein Ritterstand 503)*, tribunus militum, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus Ti. Caesaris Aug., proconsul *VI 1376 t. ei positus, qui honores ordine inverso exhibet;* proconsul *versu ultimo videtur postea additum.* *Gr.*

732 C. CILNIVS PROCVLVS *commemoratur in dipl. mil. D. 9054 (1); consulatus eius indicatur in amphora XV 4536 (2); ad eum rettulerim cum propter locum titulorum tum praecipue propter partem nominis, quae superest, et propter honores quosdam fragmenta titulorum Arretinorum Not. d. sc. 1925, 224 (3). XI 1833 (4). Titulus 3 ei positus videtur a provincia nescio qua (v. 5 post* [pro]vincia *punctum agnoscere mihi visus sum in imagine phototypica).*

C. Cilnius Proculus *t. 1. 2.* C. Cilnius C. f...... *t. 4.*..... [Po]m(ptina) Procul[us] *t. 3. Oriundus sine dubio e gente nobilissima Arretinorum (cf. Stein Ritterstand 196, 3); fortasse ex posteris eius qui praecedit. — T. 3 ei dedicatus est imperante Traiano ni fallor (cf. v. 4* [le]g. eiusd(em) pro...), *t. 4 sub Hadriano (cf. v. 4). Honorum exigua pars servatur in t. 3 et 4, in hoc videntur enumerati fuisse ordine chronologico, in illo ordine incerto; priores ignorantur.* Consul *t. 2 suffectus ultimis Domitiani temporibus vel sub Nerva ut opinor; ex mentione consulatus eius in amphora vinaria fortasse licet colligere eum fasces gessisse vindemiarum tempore (scil. mense fere Oct.).* [Legatus Aug. pro pr. provinciae D]almatiae *t. 3.* Legatus Aug. pro pr. Moesiae superioris a. 100 (d. 8 m. Mai) *t. 1; in t. 4*

restituendum videtur [legato divi Traiani Parthici provinc. Dalmatiae] item provin[c. Moesiae superioris]. *In t. 3 v. 2 post* [D]almatiae *extat si recte video littera* C; *cogitari potest de supplemento* c[uratori aedium sacrarum et operum locorumque publicorum] *aut* c[omiti Imp. Caes. Nervae Traiani *cet.*]. *Utrum ib. v. 4 restitui possit* [le]g(ato) eiusd(em) — *sc.* imp. Traiani — pro [pr. prov. Moesiae superioris] *an cogitandum sit de tertia quadam legatione provinciali, de qua nihil traditum est, discernere vix ausim. In t. 4 v. 3 agnoscitur* ..... IIII argente ..., *in t. 3 v. 3* ..... corona mu .... , *videtur reponendum esse* donis militaribus donato ab Imp. Caes. Nerva Traiano Aug. *(vel* a divo Traiano Parthico) bello Dacico corona murali vallari classica aurea hastis puris IIII vexillis IIII argenteis. *Quae dona eum accepisse ex expeditione Dacica prima (a. 101—102) probabile est, neque tamen diiudicari potest, utrum ea assecutus sit ut legatus Moesiae superioris an ut comes imperatoris (v. supra). Ceterorum officiorum vel honorum consularium mentio periit. In t. 4 v. ultimo cernitur* Hadriani Au[g] ......, *restituerim potius* [comiti Imp. Caes. Traiani] Hadriani Au[g.] *quam* [legato Imp. Caes. Traiani] Hadriani Au[g. pr. pr. provinciae *nescio cuius*]; *videtur Hadrianus cum res provinciarum Moesiarum et Daciae ordinaret (a. 118), Cilnium quamvis aetate sine dubio provectum inter comites adlegisse. — Huius filia potest fuisse* Cilnia Procula *quae sequitur.*

733 CILNIA PROCVLA *in titulis libertarum Caeretanis XI 3697. 3698 cf. p. 1343; filia puto* C. Cilnii Proculi *qui antecedit.* *Gr.*

— Betuus Cilo.

— L. Caecilius Cilo.

— L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS LEPIDVS FVLCINIANVS.

— **Iunius Cilo.**

— SEX. PV[L]FENNIVS SALVTARIS M. LVCCIVS VALERIVS SEVERVS PLOTIVS CILO.

— (QVINCTIVS) CINCINNATVS.

— CINCIVS SEVERVS *v.* Cingius Severus.

734 M. Cincius Felix Iulianus. *Tituli Agbienses VIII 1548, cf. 15550 (= D. 6827) (1). 27420 (2).* Filius Cincii C. f. Arn(ensis *tribu)* Victoris, qui pro salute imperatoris Pii civibus suis donationes tribuit *t. 1*, patronus Agbiensium *ib.*, vir egregius, aedilis, II vir c(oloniae) I(uliae) K(arthaginis) *t. 2.* *St.*

— Desidiena Cincia.

— POMPEIA APPIA CINCIA AGATHOCLIA.

735 CINGIVS SEVERVS *memoratur in t. VI 36874 (1), fortasse etiam VI 31135 (2); praeterea v. infra.* — Cingius ..... *t. 1* .... us Severus *t. 2.* Cingius Severus *vita Comm. 20, 3.* Cincius Severus *vita Sev. 13, 9. Tertullian. ad Scapulam 4.* Cingius *rectam nominis formam esse demonstravit Bang Herm. 45, 627 sq. Praenomen fortasse* Gaius *fuit; v. infra.*

Consul suffectus a. inc. haud multo ante curam aedium sacrarum (sc. ante a. 183). Pontifex *vita Comm. 20, 3.* [Curator aedium sacrarum] a. 183 *t. 1 (supplementum certum est) cf. t. 2. Proconsul Africae (ut ex contextu apparet) Tertullian. l. l. Cum veri sit simile Tertullianum hoc loco proconsules enumerare ordine temporis servato, Cingius Severus provinciam rexisse videtur post Vigellium Saturninum proconsulem a. 180, ante Vespronium Candidum; certe proconsulatu non post Commodum functus est. Nescio an huius nomen restituendum sit in fragmento epistylii* pro sal[ute] imp. Commodi *Thuburbo maiore dedicati Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 265, ubi ex nomine proconsulis consulto erasi agnosci possunt litterae initiales* C. C . . . . . . *(cf. Poinssot Bull. tr. hist. 1917, 106 sq.).* Clementer se gessit erga Christianos *Tertullian. l. l.* Post Commodi necem (d. 31 m. Dec. a. 192) collegii pontificum nomine dixit in senatu Commodum iniuste sepultum esse; idem censuit statuas eius abolendas nomenque eradendum esse *vita Comm. 20, 3—5.* Septimius Severus Cincium Severum calumniatus est, quod se veneno adpetisset, atque ita interfecit *vita Sev. 13, 9. Gr.*

736 CINGONIVS VARRO *(nomina in cod. corrupta Tac. a. 14, 45; h. 1, 6;* Cingonii *id. h. 1, 37;* Κιγγώνιος Βάρρων *Plut. Galba 14)* a. 61 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 14, 45.* Consul designatus a. 68 *id. h. 1, 6.* Nymphidio Sabino imperium affectanti orationem ad praetorianos composuit *Plut. l. l.;* a Galba ut Nymphidii socius interfectus est *Tac. h. 1, 6. 37. Plut. Galba 15. Gr.*

737 Cinna Catulus, philosophus stoicus, magister imperatoris Marci *vita Marci 3, 2. M. Ant.* εἰς ἑ. *1, 13* (Κατούλου). *St.*

— **Castrius Cinna.**

— L. CORNELIVS CINNA.

— CN. CORNELIVS CINNA MAGNVS.

— LVCRETIVS CINNA (?) *v.* Q. Lucretius Vespillo.

738 Cinnamus, medicus *Martial. 6, 64, 26. St.*

739 L. Cintasius Casianus, praefectus castrorum a. 162 *t. Syenites III 14147[4]. St.*

740 L. Cirpinius, T. f., tribu Velina, origine Ricinensis, primus pilus iterum, praefectus legionis XXII (Deiotarianae); duumvir iterum quinquennalis *honoratus a municipibus IX 5748 = D. 2687. St.*

— **Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus.**

— **Flavius Citatus.**

741 *CITIVS Syriae praepositus a. 63 *Tac. a. 15, 25; v. supra* C. Cestius Gallus *n. 691. Gr.*

— M. (CEIONIVS) CIVICA BARBARVS.

— M. Helvius Rufus Civica.

— C. VETTVLENVS CIVICA . . . BEA CERIALIS.

— SEX. VETTVLENVS CIVICA POMPEIANVS.
— Iulius Civilis.
742 Civis, causidicus *Martial. 3, 38, 5.* *St.*
743 M. CL......, tribunus militum [legionis] V Macedonicae, [quaestor], aedilis p[lebis], ... *V 4326 fragmentum t. Brixiani.* *Gr.*
— Aelius Cladeus.
744 Cladus *vel* Clad(i)us, oppignerator ('ad Cladi mensam') *Martial. 2, 57, 7.* *St.*
— AEMILIA CLARA.
— DIDIA CLARA AVGVSTA.
745 Claranus, condiscipulus et amicus Senecae, deformi humilique corpusculo, sed pulchritudine animi *Sen. epist. 66. Idem fortasse* Claranus avunculus, filius Clari (avi) *VI 36850; positus est titulus a. 46.* *St.*
746 Claranus, grammaticus *Martial. 10, 21. Auson. epist. 13 (18), 27 p. 244 Peiper. Porphyr. Hor. s. 2, 3, 83. Idem potest esse* Clanarius *Serv. Aen. 11, 316 (schol. Daniel.).* *St.*
747 *Clarius: oratio Plinii pro Clario *(sic ed. Aldina et deinceps plurimae, traditur* proclamo) *epist. 9, 28, 5. Nota inter kalatores pontificum et flaminum a. 101 vel 102 nominari* L. Clartium *(vel potius* C[i]artium, *cf. VI Ind. p. 51 et W. Schulze Lat. Eigenn. 69, 3; 85. 280)* Doryphorum *VI 32445 II 7, cf. 31034, 22, cuius patronus* L. Ciartius *flamen sive pontifex his annis fuit, fortasse non diversus ab amico Plinii.* *St.*
748 CLARVS, consul cum Prisco *t.* pro salute Com(modi) Aug. d. 18 m. Mai *Durae positus Rostovtzeff Excavations at Dura-Europos (I. season) 1929, 42. Consules suffectos a. inc. intra a. 181 et 183 putat editor.* *Gr.*
— ACILIVS CLARVS.
— ASINIVS CLARVS.
— M. Erucius Clarus.
— SEX. ERVCIVS CLARVS.
— C. IVLIVS ERVCIVS CLARVS VIBIANVS *v. infra sub Eruciis.*
— C. ERVCIVS SEX. SERVILIVS CLARVS *v. infra sub Eruciis.*
— GAVIVS CLARVS.
— M. IVLIVS CLARVS.
— Q. IVL(IVS) CLARVS.
— Ragonius Clarus.
— **C. Septicius Clarus.**
— Sicinius Clarus.
— C. SICINIVS CLARVS PO...
— TREBATIVS CLARVS.
749 .... CLASSETIV[S] ... RATVS, clarissimus puer *IX 1574 t. Beneventanus sepulcralis mutilus.* *Gr.*
— **Iulius Classicianus.**

750 **Classicus,** procurator Augusti (Mauretaniae Caesariensis) *t. Caesariensis sepulcralis Ann. ép. 1902, 13. Idem fortasse memoratur in papyris graecis P. Lond. 3, 125 (1); P. Arch. 6, 102 sq. = Bilabel SB 4, 7378 (2).* Κλασσικός *p. 1;* Κλαστικός *p. 2,* ἐπίτροπος *p. 1;* ὁ κράτιστος ἐπίτροπος τοῦ κυρίου ἡμῶν (= vir egregius, procurator Augusti) *p. 2,* a. 103 *p. 2;* a. 104 *p. 1.* *St.*

— CAECILIVS CLASSICVS.

— Iulius Classicus.

— Clasticus *v.* Classicus *(n. 750).*

— T. IV(LIVS?) CLATIVS (?) SEVERVS.

751 CLAVDIANA EVSEBIA, clarissimae memoriae femina, L. Ovinii Curii Proculi Modiani Afrikani cos. uxor *VI 1479 = D. 8093.* *Gr.*

— TERENTIA CLAVDIANA.

— Vibia Severa Claudiana.

752 Claudianus, medicus, amicus Galeni *12, 423.* *St.*

753 . . . . . VS CLAVDIANVS, Xanthius, munera equestria et procuratoria administravit (τὰς ἐν ἱππικῇ [τάξει ἀρχὰς διελθὼ]ν μέχρι ἐπιτροπι[κῶν]), *exinde* primus omnium Lyciorum senator Romanus factus ([τοῦ ἔθνους] πρῶτος συνκλητικὸς [γενόμενος τοῦ δή]μου' Ρωμαίων), legatus [proconsulis] fuit provinciae Achaiae, item Asiae, [legatus *procul dubio*] legionis II Traianae fortis *(cum extra Aegyptum tendebat),* proconsul provinciae Macedoniae *t. Xanthius ab eo positus TAM 2, 282 (cum imagine) = Benndorf-Niemann Reisen in Lykien 92, 76 = D. 8821; aetate Traiani videtur. Idem fortasse memoratur in t. Xanthio TAM 2, 394 = Benndorf l. l. n. 74 = IGR 3, 627:* . . . . υδιανοῦ. *De* Arruntio [C]laudiano, qui Xanthi balneum dedicavit *TAM 2, 361, cogitat Groag.* *St.*

— CLAVDIANVS (?) IVLIANVS, praefectus urbi sub Alexandro *(dig. 31, 87, 3), v. infra* Ap. Claudius Iulianus.

— Asellius Claudianus.

— CARMINIVS CLAVDIANVS.

— M. Ul(pius) Carminius Claudianus *v. supra n. 433.*

— TI. CLAVDIVS CLAVDIANVS.

— T. FLAVIVS ARCHELAVS CLAVDIANVS.

— T. FLAVIVS CLAVDIANVS.

— T. FL(AVIVS) CLAVDIVS CLAVDIANVS.

— Tib. Iulius Claudianus Caesar; *hoc nomine usus est Tiberius, qui postea imperavit, in dedicatione aedis Castorum Dio 55, 27, 4 v.* TIB. CLAVDIVS NERO *(infra n. 941).*

— Claudilla v. Cadilla.

— IVNIA CLAVDILLA.

754 . . CLAVDIVS . . . . . , Ti. [f.], augur, patronus (Capuae) *X 3848 t. Campanus.* *Gr.*

755 Claudius, avunculus (C.) Helvidi Prisci *schol. Iuvenal. 5, 36, quod ex Probo affert Georgius Valla, cuius fides est minima; locus ceterum corruptus.* *St.*

756 Claudius, cui divus Pius rescripsit de poena eorum, 'qui apud iudices instrumenta protulerunt, quae probari non possint' *Callistr. dig. 48, 10, 31; magistratus vel praeses ut videtur.* *Gr.*

757 CLAVDIVS, pater Claudii Pompeiani (Quintiani) *(n. 975), a. c. 182/183* quasi a latronibus occisus *vita Comm. 5, 12 cf. Heer Philol. S. 9, 61 sq. Frater ni fallor* Ti. Claudii Pompeiani cos. II a. 173 *(n. 973); cognomine fortasse usus est Quintiani.* *Gr.*

758 Claudius, latro, qui belli Parthici Septimii Severi tempore Iudaeam et Syriam praedabatur *Dio-Xiph. 75, 2, 4.* *St.*

759 **Claudius,** tonsor (*traditur* censorem), quem Elagabalus praefectum annonae fecit *vita Elag. 12, 1, cf. vita Alex. 22, 2* Heliogabalus ... turpissimis hominibus praefecturam annonae tribuendo. *St.*

— ...... MARCELLVS CLAVDIVS *v. supra B 100.*

760 APPIVS CLAVDIVS, adulter Iuliae Augusti filiae, a. 2 a. C. poenas pependit *Vell. 2, 100, 5. Idem videtur ac* (Claudius) Pulcher III vir monetalis *(n. 985), in quo vide.* *Gr.*

761 APP. CLAVDIVS ....., consul *suffectus a. inc. saec. II (fortasse post a. c. 145, quoniam adest formula* 'qui eorum non haberent' *cf. E. Stein Kais. Beamt. im röm. Deutschl. 287) III p. 1983 dipl. mil. mutilum. Ex cognomine nihil agnosci potest nisi pars inferior hastae rectae ad litteram initialem pertinentis;* I[ulianus] *suppleverunt editores nescio num recte (de supplemento* L[ateranus] *cogitavit Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 118).* *Gr.*

762 (APPIVS?) CLAVDIVS ..... *in domo, quam Neapoli vel in agro Neapolitano filiae aedificavit, titulum versibus conceptum inscripsit X 1688 = D. 1184* '[qui dedit A]eneadum fastis ex ordine consul [nomi]na, progenies Claudius Appiadum, [al]ta Sabinillae dat dulci moenia natae .... anus *(vel* mnus) genitor' *cet.* [Iuli]anus *restituit Borghesi 8, 529 t. referens ad* Appium Claudium Iulianum cos. II a. 224 *(n. 901); ei oblocutus est Buecheler CLE 888 adn., qui* Iulianus *in metrum quadrare negavit supplevitque dubitans* [germ]anus. *Sed cognomen consulis in t. omissum esse iure improbabile existimavit Mommsen. — Mihi quidem veri simile non videtur Claudium aliquem, qui praenomine Claudiorum nobilium Appio (apud Claudios aetatis imperatoriae a gente patricia omnino alienos haud insolito, cf. n. 827. 901. 907. 931) non utebatur, finxisse vel credidisse se ab Appiis Claudiis liberae rei publicae originem ducere.* *Gr.*

763 (Ti. Claudius), pater Claudi Etrusci, libertus Augusti, origine Smyrnaeus *Stat. silv. 3, 3, 60,* Tiberio imperante adulescentulus Romam in aulam venit, ubi libertate donatus est *id. v. 68 sq., cf. v. 43—45, 142.* Impe-

ratorem Gaium in expeditionem Britannicam, fortasse et Germanicam comitatus est *ib. v. 69—75*, a Claudio longius promotus *v. 76 sq.*, dein a rationibus Augusti *v. 86—105 (non ante Neronem, cum eo munere functus esset Pallas apud Claudium et Neronem usque ad a. 55).* A Vespasiano triumpho Iudaico *(a. 71)* interesse permissus *v. 138—142*, in ordinem equestrem receptus est *v. 143—145 (in censura a. 73/4 ut videtur).* Annos natus octoginta a Domitiano relegatus in Campaniam profectus prosequente eum filio nec multo post revocatus est *v. 146—171. Martial. 6, 83; 7, 40, 2, cf. Stat. silv. 1, 5, 65* (fortuna renasci). Obiit nonagesimo fere vitae anno *Martial. 7, 40, 6 (scriptum a. circiter 92);* de morte eius Etruscum consolatur Statius *silv. 3, 3.* Uxor Etrusca soror consularis praematura morte ei erepta *Stat. l. l. v. 108 sqq. 207, cf. Mart. 7, 40, 3—5* reliquit filios duo qui patri supervixerunt, quorum alter fuit Etruscus *(infra n. 860) Stat. v. 122, cf. 114. 125. 145. 148. 153 sq. Martial. 7, 40, 3.* *St.*

764 TI. CLAVDIVS . . . . . , *patronus* Ti. Claudii Diotimi, *qui recensetur inter kalatores pontificum et flaminum* a. 101 *VI 32445*, a. 102 *ib. 31034; pontifex igitur vel flamen. Cf. infra n. 801. 1003.* *Gr.*

765 TI. CLAVDIVS . . . . . , *cuius libertus* Ti. Claudius Heronas *nominatur in laterculo kalatorum pontificum et flaminum* a. 101 *VI 32445; patronus igitur vel pontifex vel flamen fuit.* *Gr.*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS VALERIVS CLAVDIVS AVGVSTVS.

766 TI. CLAVDIVS . . . . LA *(vel* LAS) THEOPROPVS (. . . . λαν *t. casu acc.; suppleri potest* [ʼΑκύ]λαν *vel* [ʼΑπελ]λᾶν, *de lectione* Θεοπρόπο[υ *sc.* υἱόν], *quam proposuerunt Dittenberger et Purgold Inschr. v. Olympia p. 799, vix cogitaverim),* ὁ κράτιστος ὑπατ[ικός], *honoratur t. Chalcetico mutilo IG 12, 1, 959 = IGR 4, 1112. Consul suffectus a. inc. saec. II labentis vel III. Pater huius videtur* Theopropus Olympionica, *quem celebrat t. metricus Olympiae rep. Inschr. v. Olympia 239 = Kaibel Epigr. gr. 934* εὐπατρίδην ʽΡόδιον, συνκλητικῶν γενετῆρα. *Gr.*

767 Ti. Claudius Abascantus, Augusti libertus a rationibus, vixit annos XLV; uxor Claudia Epicharis *VI 8411 = D. 1473. Diversus* Abascantus Attic(ianus) Augusti (servus) a rationibus *VI 8408.* *St.*

768 CL(AVDIVS) ACILIVS CLEOBVLVS *(potius quam* Cleoboles, *cf. n. 838) honoratur t. Ephesio (acephalo) (1) nondum edito, memoratur in t. Allifano (hodie deperdito)* filiae *IX 2334 = D. 1134 (2), in t. perquam mutilo Gortynae rep. Riv. Ist. d'archeol. 1, 1929, 153, 5 (3). — Nomen periit in t. 1.* Cl. Acili Cleobolis *(casu gen.) t. 2.* Κλ. ʼΑκείλ. Κλεόβουλος *t. 3. —* ʽΟ κράτιστος ὑὸς Τιβερίου Κλ. Κλεοβούλου καὶ ʼΑκειλίας Φριστάνης *t. 1;* Tib. Claudi Cleobolis [s]en(ioris) cos. (filius) *t. 2; in nomen fortasse adsumptus ab avunculo (?) M'. Acilio Faustino consule a. 210; cf. supra A 69 (stemma vol. 1 p. 12).* Pater Aciliae Gaviniae Frestanae *t. 2. — Quod titulum*

3 Gortynae in praetorio repertum ipse ut videtur dedicavit, inde fortasse colligere licet eum proconsulem fuisse Cretae et Cyrenarum (supplendum igitur ὁ [κράτιστος ἀνθύπατος], *cf. Guarducci Riv. l. l.).* *Gr.*

— .. [V?]ALERIVS CLAVD(IVS) ... ACILIVS PRISCILIANVS ... *(D. 8979) v. infra sub Valeriis.*

769 Claudius Aelianus. Αἰλιανὸς .... ὁ χρηματίσας Κλαύδιος *Suid. s.* Αἰλιανός (Αἱ *178 Adler 2 p. 168),* Αἰλιανός *Philostr. v. soph. 2, 31 p. 123 K.* Praeneste oriundus *Suid.;* 'Ρωμαῖος *Aelianus ipse var. hist. 2, 38; 12, 25; 14, 45 et Philostr.* 'Αρχιερεύς *Suid. (sacerdotio aliquo Praeneste functus videtur).* Auditor Pausania sophistae *Philostr. l. l. § 3.* Graeco sermone eleganter utebatur perinde ac si Atheniensis fuisset, sed cum declamando impar sibi visus esset, libris conscribendis gloriam petivit *Philostr. § 1.* Romae artem rhetoricam exercebat post Hadriani aetatem *Suid.* In Gynnida *(= Elagabalum)* mortuum *(a. 222)* quaedam composuit *Philostr. § 2.* Numquam fines Italiae, numquam mare egressus est *ib. § 3. Quocum quomodo conciliari possit, quod ipse Alexandreae fuisse* (ἐγὼ ... ἐθεασάμην) *dicat nat. anim. 11, 40, non perspicio, cf. Wellmann RE 1, 486.* Ultra sexagesimum vitae annum vixit, obiit caelebs et orbus *Philostr. § 3.*

Scripsit libros qui extant variae historiae (ποικίλη ἱστορία) XIV, de natura animalium *vel* historiae animalium (περὶ ζῴων ἰδιότητος *vel* περὶ ζῴων ἱστορίαι) XVII, epistolas, praeterea libros περὶ προνοίας *(fragmenta ed. Hercher 2, 190—195) et* περὶ θείων ἐναργειῶν *(ed. Hercher 2 p. 195 sqq.). Cf. Christ-Schmid 2[6], 786—791. M. Wellmann RE 1, 486—488.* *St.*

770 CL(AVDIVS) AELIVS POLLIO, legatus Aug. pr. pr. G(ermaniae) s(uperioris) *XIII 6807 t. Moguntiacensis* positus a beneficiariis consularis. *Idem putatur a viris doctis* [Clau]dius Pollio centurio, qui Diadumenianum filium Macrini cepit (a. 218) *Dio 78, 40, 1 neque diversus* Claudius (?) Pollio ([⟨τοῦ⟩Πολλίω]νος τοῦ Κλ[αυδίου] *ib. 79, 2, 4;* Πολλί[ωνα] *ib. 3, 1 cf. exc. de virt. 2, 401, 403 Roos:* Πολλίωνος), *qui eodem anno* ab Elagabalo inter consulares adlectus Bithyniae, mox Germaniae praepositus est *ib. 79, 2, 4; 3, 1 cf. exc. de virt. l. l. (errore* ὑπάτου), *at monendum restitutiones horum Dionis locorum admodum lacunosorum ab editoribus propositas haudquaquam certas esse.* *Gr.*

771 Claudius Agathemerus, medicus (ἰητήρ) *tit. sepulcralis urbanus, quem versibus graecis conceptum posuit sibi et* Myrtalae uxori *IG 14, 1750 = IGR 1, 282. Eundem perperam viri docti quidam putaverunt* Claudium *agaturinum *vita Persii, cf. eum qui sequitur.* *St.*

772 Claudius Agathinus (agaturini *vel* agaturrini *libri),* medicus Lacedaemonius, amicus Persii *vita Persii p. 65 Jahn-Buecheler-Leo[4] (ubi editur* Agathurnus). *Idem sine dubio* Agathinus medicus Lacedaemonius *Galen. 19, 353 et* Claudius Agathinus ἰητήρ *tit. urbanus sepulcralis, quem versibus*

graecis conceptum posuit uxori suae Felicitati (Φηλικίτα) *IG 14, 2064* = *IGR 1, 360, ceterum* Agathinus. Discipulus Athenaei Attalensis *Galen. 8, 787.* Sectam medicam condidit *id. 19, 353.* Praeceptor Archigenis medici *id. 8, 752. Suid. s.* Ἀρχιγένης. *Aët. 3, 172 p. 187 Corn. (3, 182, vol. 1 p. 148 Mont.), cf. Oribas. 8, 1, 14, 158 vol. 1 p. 252 R.* Scripsit librum de helleboro *Cael. Aurelian. ac. morb. 3, 16, cf. Archigen. ap. Oribas. l. l.*, περὶ σφυγμῶν quem dedicavit Herodoto discipulo suo *Galen. 8, 749. 751*, librum quem περὶ ἡμιτριταίων vocavit *Galen. 17, 1, 120. 228, cf. 942 sq. et 7, 367. 369. 373 sq. Laudatur praeterea Oribas. 10, 7, 394 sqq. vol. 2 p. 49—53 R. Galen. 8, 748. 750. 753. 754. 786. 935 sq. 937. 938; 11, 163; 13, 299. 830. Cf. M. Wellmann RE 1, 745; suppl. 1, 22; idem in libro, qui inscribitur Die pneumatische Schule 11 sq. Ei tribuendum esse coniecit Kalbfleisch fragmentum in papyro Argentoratensi servatum, quod edidit ind. scholar. univ. Rostochiensis 1901, p. 8 sqq.* *St.*

773 **Claudius Agathocles.** *Papyri graecae Wessely Text. Gr. 2, 51 (1). P. Gen. 260—262, Nicole Textes ... de Genève p. 26 sq. et tab. 3 (2). p. 31 (3). 34 (4) = Preisigke SB 15—17.* Κλαύδιος Ἀγαθοκλῆς *p. 1;* Κλαύδιο(ς) ... *p. 2, v. 26,* Ἀγα[θ]οκλῆς *v. 25;* Κ ... *p. 3;* .... κλῆς *p. 4.* Archiereus Aegypti (ἀρχιερεὺς καὶ ἐπὶ τ[ῶ]ν ἱερ[ῶν] *p. 1;* [ἀρχιερεὺς καὶ] ἐπὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱ[ε]ρῶν *p. 2—4)*, a. 153 *p. 1*, a. 155/6 *p. 2. 3.* *St.*

— Claudius Agathurnus, *vide supra n. 772.*

774 [CLAV?]DIVS AGR[IPP]A, legatus Aug. pr. pr. (Germaniae inferioris) *XIII 7798 t. mutilus in castello 'Remagen' repertus. Num eiusdem nomen suppleri possit in fragmento ibidem rep. XIII 7800, perquam dubium videtur neque magis certum, num idem sit atque is qui sequitur (cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschland 81 sq.).* *Gr.*

775 CLAV(DIVS) AGRIPPA, legatus Aug. pr. pr. Moesiae inferioris sub Macrino *nummi Nicopolitanorum cum capitibus Macrini vel Diadumeniani Ant. Münz. Nordgriechenl. 1, 1, 439, 1709; 462, 1819* (ὑ(πατεύοντος) Κλαυ. Ἀγρίππα κτλ.); *436, 1695 sq.; 459, 1803 sq.* (ὑ. *vel* ὑπ. Κ. Ἀγρίππα κτλ.). *Vulgo putatur idem atque* Marcius Agrippa, *v. infra sub Marciis.* *Gr.*

776 TI. CLAVDIVS AGRIPPINVS ...... L(?). NVS *memoratur in actis Arv. VI 2086 (1), in t. heroi a Licinia Flavilla sibi et maioribus Oenoandis exstructi IGR 3, 500 (2), in t. mausolei Opramoae Rhodiapolitani IGR 3, 739 (3), in t. mutilo Patarano IGR 3, 674 = TAM 2, 414 (4).*

Ti. Claudius Agrippinus *t. 1.* Κλα[ύ]διος Ἀγριππεῖν[ος] ..... λ(?).νος *t. 2 col. II v. 71 sq. (cognomen alterum neque* [Δρυαντι]α⟨ν⟩νός *fuisse videtur, id quod supplevit Petersen Reisen im südwestl. Kleinasien 2, 182, neque* [Ἀντωνῖ]νος: *num fuerit* [Λικινι]α⟨ν⟩νός?). Κλαύδιος Ἀγ[ρ]ιππεῖνος *ib. v. 74.* Κλαύδ[ιος Ἀγ]ριππεῖνος *t. 3 col. XVII v. 7 sq. cf. XVIII v. 53 sq.* ..... [Ἀγριπ]πεῖνὸς *t. 4.* — Claudii Dryantiani Patarani, Lyci-

C. Iulius Demosthenes
proc. Aug.

Iulius Antoninus ~

Iulia Lysi

C. Avidius Cassius (Aug.)
supra A 1402

Ti. Claudius Agrippinus *n. 776*
cos.
~ Aelia Platonis

(Avidia Cassia) Alexandria
femina clarissima
supra A 512

~

Ti. Claudius Dryantianus
Antoninus
vir clarissimus
n. 859

Claudia Am
femina cl
~ Sulp
vir cl

Claudius Ca[s]sius
Agrippinus
vir clarissimus
n. 828

Claudia V[e]ttia
Agrippina
femina clarissima
n. 1132

(Claudia) Maeciana
Alexandra
femina clarissima
n. 1100

ClaudiaDryantilla
Platonis *n. 1091*
femina clarissima
~ Cornelius Op-
tat[us] cos. *n. 1409*

Sulp
Ius
proc
Ly

Sulpicia Dr

Stemma.

Licinius Musaeus *(cf. stemma n. 947 appositum)*

~ Licinia Maxima

Lysimache ~ Claudius Dryantianus
Lyciarcha *n. 858.*

776

Claudia Helena
femina clarissima
n. 1097
~ (Ti.?) Claudius (Flavianus?) Titianus
(Q. Vilius Proculus?) vir clarissimus

ia Ammiana Dryantilla
ina clarissima *n. 1069*
~ Sulpicius Pollio
vir clarissimus

Claudia Titiana
femina clarissima
n. 1127

Claudia Iulia *(an* Vilia?)
Procula *n. 1098*
femina clarissima
~ C. Claudius Clemens
Licinianus cos. *n. 837*

C. Claudius Clemens *n. 836*.

a Sulpicius
Iustus
procos.
Lyciae

Sulpicius Pollio
vir clarissimus

SulpiciaAgrippina
femina clarissima
~ Q. (Pompeius)
Sosius Falco
cos. a. 193

?

cia Dryantilla (Aug.)

Gr.

archae, et Iuliae Lysimachae filius *t. 2.* Claudiae Helenae frater *ib.* — *Videtur in senatum adlectus esse ab Hadriano.* Senator *t. 3:* συνκλητικός *dicitur in decretis communis Lyciorum factis sub Q. Voconio Saxa (cos. a. 146) legato (col. XVII c. 59), deinde D. Rupilio Severo provinciam obtinente, qui certe a. 150, 151 legatione functus est (col. XVIII c. 63).* Tribunus plebis: *in t. 2 col. II v. 72 [78] agnoscere mihi visus sum ex imagine prolata Denkschr. Ak. Wien 45, 1896 tab. adnexa ad p. 42* δήμαρχος κ[αὶ ὑ]π[ατικ]ός *(in transcriptione tituli l. l. p. 44 hic versus omissus est); lectio, quam proposuit Petersen Reisen l. l.* δήμαρχος κ[αὶ ἵ]π[παρχ]ος *cogitans scil. de muneribus municipalibus vel provincialibus, parum probabilis videtur,* δημάρχου *enim officium in titulis Lyciis ceteroquin non invenitur; sane mirum et fortasse ex imperitia Graeci hominis, qui titulum concepit, explicandum, quod ex honoribus ab Agrippino ante consulatum gestis tantummodo tribunatus plebis commemoratur.* Ὕπατος *t. 4;* ὑπατικός *t. 2 II v. 65 sq., ubi* pater eius dicitur πατὴρ ὑπατικοῦ; *ib. v. [78], vide supra.* C. Licinius Thoantianus, filius fratris aviae maternae eius, *appellatur* ἀνεψιὸς καὶ θεῖος συνκλητικῶν καὶ ὑπατικῶν *IGR 3, 495.* Consul *suffectus a. inc. (post a. 151 ut videtur) probabiliter sub Antonino Pio.* Frater Arvalis in collegio adfuit a. 155 *t. 1.* — Aelia Platonis *(supra A 307)* uxor *t. 2. 3.* Liberi: Ti. Claudius Dryantianus Antoninus, Claudia Ammiana Dryantilla *t. 2; cf. stemma in tab. propositum. Parentela cum hoc coniunctus videtur* Ti. Claudius Agrippinus Iasonis f. *TAM 2, 2, 422—425. 495. SEG 6, 654. Titulum 4 supplevit Benndorf, cui assentitur Kalinka, in hunc modum* Τιβέ[ρι]ος Κλαύ[διος Τιβερίου Κλαυδίου Ἀγριπ]πείνου ὑπάτου [υἱὸς Κυρείνα ..... τὰς ἐξέ]δρας τῇ γλυκυτάτ[ῃ πατρίδι ἀνέθηκεν], *sed magis cogitaverim libertum Agrippini aliquem posuisse titulum sepulcralem* [Ἀ]δράστῃ γλυκυτάτ[ῃ γυναικί]. *Utrum huius de quo agimus servus fuerit* Ζώσιμος οἰκονόμος Τιβερί[ου] Κλαυδίου Ἀγριππείνου *TAM 2, 2, 437 (t. Pataranus) an Iasonis filii, in medio relinquendum.* *Gr.*

777 **Claudius Alexander.** *Papyri graecae P. Hamb. 12 = Wilcken Chrest. 235 (1). PSI 3, 199 (2). P. Flor. 278 col. IV 22, cf. I 9 (3). P. Oxy. 17, 2117 (4).* Claudius Alexander *p. 1. 2.;* Alexander *p. 3;* Κλαύδι ... *p. 4, cf. Bilabel Ber. L. 2, 105.* Vir egregius (ὁ κράτιστος) *p. 1—3,* epistrategus (Heptanomiae) *p. [2.] 3. 4,* anno 203 *p. 3. 4. 2 (si quidem legendum est* ἑνδεκάτῳ ἔτει *vel* 202 *si* ἐν δεκάτῳ), [ἐπί]τροπος (procurator *sc.* episcepseos, *cf. Charisteria Rzach 179 sq.*) anno 206—209 *p. 1.* *Vix idem* Claudius Alexander sophista *Suid. s.* Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος *1128 Adler.* *St.*

— **T. Ant(onius) Cl(audius) Alfenus Arignotus.**

— [.... Claudius] Alpinus *v. supra B 103.*

778 Claudius Amazoni[c]us, vir egregius, maritus Marciae Aurel(iae) Alexan-

driae clarissimae memoriae feminae *V 4057, cf. p. 1213 = Dessau 8230 t. sepulcralis Mantuae rep., sed fortasse ex urbe Roma eo allatus. St.*

779 Claudius Amphimachus. *Tituli Thyatireni Keil-Premerstein Denkschr. Wien. Ak. 54, 2,29, 53=IGR 4, 1236 (1). 1237=CIG 3488 (2).* Claudius Amphimachus *t. 1; . . .* φίμαχον *t. 2.* Filius Glyconis *t. 1.* Ὁ κράτιστος (= vir egregius) στεφανηφόρος *t. 2,* honoratus a communi Asiae *t. 1.* Neptis Iulia Severina Stratonice *t. 2. St.*

— Cl(audius) Ann(ius) Natalianus *errore traditur in t. Nicopolitano Arch. ep. Mitt. 15, 211; v. infra* Cla(udius) N[at]alianus(?) *n. 939.*

— Claudius Anton[ius] Perigenes, *v.* Claudius Perigenes.

780 CL(AVDIVS) APELLINVS *memoratur in t. VII 1046 cf. Eph. ep. 9 p. 612 Bremeniensi.* C L · AP⊥LINI *(casu gen.) titulus: non est cur Apellini cognomen in suspicionem vocemus, immo novimus* Claudios Apellinos *nobiles Pergenses (IGR 3, 797:* [Κλ. Ἀπε]λλεῖν[ος] ἀρχιερεύς, *eius nepos* Λ. Κλ. Προπινκιανὸς Ἀπελλῖνος χειλ(ίαρχος) λεγ(εῶνος) [β'] Τραϊανῆς); *Apellinus hic potest pertinere ad eandem domum.* — Legatus Aug. (Augg. *t. perperam)* (pr. pr. provinciae Britanniae *inferioris ut videtur)* sub Severo Alexandro *tit. De t. Eph. ep. 7, 1021 v. infra* Claudius Xenophon *n. 1052. Gr.*

781 **Claudius Apollinaris,** praefectus classis Misenensis a. 69 *Tac. h. 3, 57. 76. 77. St.*

782 Claudius Apollinaris, cui divi fratres rescripserunt *Scaevola dig. 22, 3, 29 pr. Gr.*

783 CLA[VDIVS A]POLLIN[ARIS], legatus legionis I Minerviae imperante Commodo *(a. 190?) XIII 7946 t. mutilus Germaniae inferioris. Num pater eius fuerit is qui praecedit, in nomine tam vulgari plane incertum neque magis constat, num ad eandem domum pertineat* Claudius Apollinaris, *cuius mentio fit ut* στρατηγοῦντος τὸ β' *in t. Aezanitico IGR 4, 570 (cf. ib. 566. 578) posito Claudio Stratonico, qui et ipse legatus erat legionis I Minerviae (v. infra n. 1033). Gr.*

784 **Claudius Apollonius,** ὁ κράτιστος (vir egregius), idiologus Aegypti a. 194 *P. Straßb. (P. Arch. 4, 123 sq.) col. V = Wilcken Chrest. 52. St.*

785 TI. CL(AVDIVS) M. APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS. *Tituli Attici:* honoratus a civibus Piraei *IG 2/3², 3978 = Ditt. Syll.³ 862 (1). IG 2/3², 2113 (=IG 3, 1145, imaginem dedit Graindor Album d' inscr. Att. tab. 64) (2). 2114 (= IG 3, 1146), 16 sq. (3). 3608 (3a). Olympicus* positus publice ab Eleis *Inschr. Olymp. 623 (4).*

Tib. Cl. Appius Atilius Bradua Regillus Atticus *t. 1;* M. Atilius Atti[cus] Bradua Regillus *t. 4;* Ti. Cl. Appius . . . . . Bradua *t. 3a;* Tib. Cl. Bradua Atticus *t. 2;* Cl. Bra. . . . *t. 3;* Atticus *Philostr. v. soph. 2, 1, 10 p. 66 K. In consulatu plerumque* Bradua, *interdum* Atticus *VIII 14683 (= D. 6824). XIII 8719.* Filius (natu maximus, *cf. Dittenberger ad t. 4)* Ti.

Claudi Attici Herodis cos. a. 143 *(infra n. 802)* et Appiae Anniae Regillae Atiliae Caucidiae Tertullae *t. 4.* Marathonius (pago) *t. 1. 2.* Patricius (εὐπατρίδης) *t. 1, id quod confirmatur titulo urbano in memoriam matris defunctae posito IG 14, 1392 = IGR 1, 196 = Ditt. Syll.*[3] *858; nam verba* τὸν ἐκ ταύτης παῖδα εἰς τοὺς εὐπατρίδας ἐν Ῥώμῃ ἐνέγραψεν Ἀντωνῖνος αὐτοκράτωρ Εὐσεβής *ad hunc spectare non est cur dubitemus.* Antoninus Pius eum *opinor* in patricios adlegit, ut patrem de uxore amissa consolaretur; *idem significat Marcellus (Sidetes) auctor carminis item memoriae Regillae dicati in Triopeo IG 14, 1389 = IGR 1, 194 v. 24 sqq., ubi de calceo patricio ab imperatore puero permisso agit; nota et fratrem matris (supra A 636) patricium fuisse (Philostr. v. soph. 2, 1, 8 p. 63 K.) et avum maternum (cf. supra A 654). In eodem carmine hic Herodis filius et filia a matre relicti infantes vocantur (v. 16 sq.* παῖδε . . . νηπιάχω), *prorsus immerito, nam post eum natum mater tres vel quattuor alios liberos enixa gravida mortua est; quid? quod Athenais filia natu minima defuncta ante matrem ipsa filiam reliquit. De verbis tituli IG 14, 1392* ἀνενεγκὼν εἰς τὴν βουλήν, συνκλήτου δόγματι *Dittenberger ad Syll.*[3] *858 n. 6 rectius iudicat quam Mommsen St. R. 2*[3]*, 945, 2.* [Υἱὸς] τῆς Ἑλλάδος *t. 3a.*

Pater stultitiam et inertiam eius vituperabat et ob vinolentiam et luxuriam ei iratus moriens nihil tradidit praeter materna bona *Philostr. v. soph. 2, 1, 10. Absurdum est, quod verba Frontonis (ad M. Caes. 3, 3 p. 42 N. = 1, 64 Haines)* 'dicendum est de filio impio et precum paternarum immemore, saevitia et avaritia exprobranda' *ad eum spectare putaverunt tum infantem si omnino iam natum; contra optime ad Herodem ipsum quadrant, de cuius avaritia paternam voluntatem ultimam non sine dolo quodam exsecuti Philostr. v. soph. 2, 1, 4 p. 58 K.*

Consul ordinarius a. 185 cum Materno *fasti.* Archon Athenis imperante Commodo *t. 2. 3;* inter a. 183/4 et 191/2 *cf. Kirchner ad t. 2: Graindor Chronol. des archontes 201 sq.*

Idem videtur Ἀττικὸς τοῦ Ἡρώδου *IG 5, 1, 45.* — Κλ(αύδιος) Ἀττικὸς Μαρα(θώνιος), κῆρυξ βουλῆς καὶ δήμου a. 209 *vel* 210 *IG 2/3*[2]*, 1077 (= IG 3, 10) v. 44 sq. potest esse filius eius.*

Claudia Regilla, uxor M. Antonii Antii Lupi praetoris, patricii, occisi a Commodo *(non ante a. 190)*, cuius adfinis M. Valerius Bradua Mauricus *(supra A 812), si non filia at certe alia parentela cum eo coniuncta est. Ceterum vide, quid de eo exposuerit Dittenberger Herm. 13, 78 sqq. Diversus* M. Atilius Bradua proconsul Asiae *v. supra A 1303.* *St.*

786 CLAVDIVS ARABIANVS, vir nobilis ab imp. Septimio Severo occisus *vita Sev. 13, 7. Ex posteris ut opinor* Cn. Claudii Severi Arabiani cos. a. 146 *(n. 1027).* *Gr.*

— CL(AVDIVS) ARCHELAVS CLAVDIANVS, *recte* Fl(avius) Archelaus Claudianus; *v. sub Flaviis.*

787 Ti. Claudius Archibius, quem imperator Claudius in epistula a. 41 ad Alexandrinos data amicum suum appellat *P. Lond. 1912, Bell Jews and Christians p. 26 v. 108. Idem videtur nominari inter legatos Alexandrinorum ib. v. 18* (Τιβέριος Κλαύδις), *cf. Bell p. 30 sq. Rostovtzeff Journ. Eg. Arch. 12, 29, 1 et Willrich Herm. 60, 488 sq. Cogitari potest de Archibio Apollonii filio grammatico Suid s.* Ἀρχίβιος *4105 Adler. Cf. Fuhrmann Rh. M. 1931, 93—97, qui tamen frustra fulcire studuit, quod coniecerat Bernhardy Suid. 1, 2, 360 s.* Ἐπαφρόδιτος *scribendum* Ἀρχιβίου *pro* Ἀρχίου. *St.*

788 Ti. Claudius Aristio(n). *Tituli Ephesii Jahresh. 1 B. 76 (= Ann. ép. 1898, 66) (1); 8 B. 67 = Ann. ép. 1906, 28 (2). 29 (3). Forsch. Ephes. 3, 132, 46 (4); 4, 85, 5 (5). Num. Ztschr. 52 (1919), 117, 2 (6). 3 (7); 118, 7 = Inscr. Br. Mus. 3, 498 (8). Fragmentum descriptum in schedis Inst. Archaeol. Austr. (9). Plena nomina t. 2. 3. 6—8;* Τι[β. Κ]λ. Ἀρισ[τίω]νος *t. 1;* Τι. Κλ. Ἀρισ . . . . *t. 9;* . . . . ριστίωνος *t. 5;* Claudius Aristio(n) *t. 4. Plin. epist. 6, 31, 3 (ubi nonnulli codd. praebent* Ariston). Fuit Ephesi νεωκόρος τοῦ ναοῦ sub Domitiano proconsule L. Luscio Ocr(e)a *(anno ut videtur fere 90/1) t. 6. 7. 5, cf. Iosephi Keil adn. ad titulos,* ἀρχιερεύς Asiae proconsule M. Fulvio Gillone *(anno videtur proximo) t. 8. 5,* γραμματεύς Ephesi et asiarcha proconsule P. Calvisio Rusone *(supra n. 350) (inter annos circiter 92 et 95) t. 1; eiusdem opinor nomen supplendum est in t. Ephesio nondum edito in schedis Inst. Archaeol. Austr., ubi legitur* γραμματήας Κλαυδίου . . . . . *et ex nomine proconsulis superest* . . . . . σωνος; asiarcha tertium *a. 110 vel paulo post (Ti. Iulius Aquila Polemaeanus qui audit* ὕπατος, *fuit consul suff. a. 110 fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 190 sq. v. 19) t. 2. 3.* Ἀριστίωνος ἀνδρὸς ἀ[ρίστου?] *fit mentio in edicto quodam* A. Viciri [Martialis] proconsulis *(ca. annum 113) t. Ephesius item ineditus.*

Idem Aristio πρύτανις Ephesi *Forsch. Ephes. 1, 203, 1.* Princeps Ephesiorum, homo munificus et innoxie popularis, inde invidia et a dissimillimis delator inmissus; causam dixit apud imperatorem Traianum ad Centumcellas, absolutus est *Plin. l. l. Libertus et* filii liberti eius *memorantur t. 4 positus inter a. 103 et 114.* *St.*

789 TI. CLAVDIVS ARISTOCLES, *honoratus titulis Olympico Inschr. Ol. 462 (1) et Pergameno mutilo Athen. Mitt. 32, 324, 52 (2).* Κλαύδιον Ἀριστοκλέα *t. 1,* Τι. Κλα[ύδιον Ἀρισ]τοκλέ[α] *t. 2, ceterum* Aristocles.

Origine Pergamenus, primum studio philosophiae peripateticae se dedit, deinde Romae ad sophistas se transtulit auditor Herodis; qui postea ei, cum Pergami docebat, discipulos misit *Philostr. v. soph. 2, 3 p. 74 K. (inde Synesius Dio 35 ap. Migne 66, 1113).* Audiverunt eum Aelius Aristides *ib. 2, 9, 1 p. 86. Suid. s.* Ἀριστείδης *3902 Adler,* Athenodorus Aeniensis *Philostr. l. l. 2, 14 p. 98,* Euodianus Smyrnaeus *ib. 2, 16 p. 100,* Rufus Perinthius *ib. 2, 17 p. 101,* Heraclides Lycius *ib. 2, 26, 6.* Rhetor *t. 1.*

Ab imperatore *(Marco puto)* in senatum adlectus *Phot. bibl. 158 p. 100 b* (βασιλικῷ δόγματι τῆς ἐν Ῥώμῃ μεγάλης βουλῆς ἐγένετο κοινωνός), ad consulatum pervenit (ἐτέλει . . . ἐς ὑπάτους) *Philostr. l. l. 2, 3 (consul suffectus a. inc.)*; consularis *t. 1.* Obiit tantum non senex *Philostr. ib.* Ad eum dedit Phrynichus libros priores tres et decimum et tertium decimum praeparationis sophisticae (σοφιστικῆς προπαρασκευῆς) dedicatae Commodo Caesari *Phot. l. l. et p. 101 a; ante annum igitur 177.* Scripsit τέχνην ῥητορικήν, ἐπιστολάς, περὶ ῥητορικῆς libros quinque, μελέτας, πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ διανεμέσει τοῦ χρυσίου *Suid. s.* Αριστοκλῆς *3918 Adler;* scripta edidit in Graecos (συγγράμματα ἐξενηνοχὼς εἰς τοὺς Ἕλληνας) *Synes. l. l.* Librorum eius περὶ φιλοσοφίας adfert septimum *Euseb. praep. ev. 11, 2, 6; 11, 3, 1—9 (cf. p. XXXVII Dind.); 15, 1, 13; 15, 14 (p. XLV),* octavum *ib. 14, 17 (p. XLIV), praeterea libro non indicato 14, 18—21 (p. XLIV); 15, 2, 1—15 (p. XLV); 15, 16, inde Theodoret. graecar. affect. cur. 8, 34; 12, 51. Laudatur in schol. anonymi ad librum rhetoricum* περὶ στάσεων *rhet. gr. 7, 246 (adn.) Walz. Cf. W. Schmid RE 2, 937, 19; Christ-Schmid 2⁶, 697.* *St.*

790 L. CLAVDIVS ARRIANVS, consul *(suffectus a. inc. saec. II ut opinor) honoratur t. Neapolitano IG 14, 743 = IGR 1, 438. Idem ni fallor* Cl. Arrianus συνκλητικός, maritus Cl(audiae) Balbinae *(n. 1080), quae honoratur t. IGR 3, 191 Ancyrano, pater Claudiae Balbinae iunioris (n. 1081) ut videtur.* *Gr.*

791 TI. CLAVDIVS ARTEMIDORVS, ὁ λαμπρότατος ἀνθύπατος (Asiae) *priore saec. III parte ut videtur,* ἀδελφιδοῦς Claudiae Canin[i]ae Severae *(infra n. 1084),* quae ei posuit ἐν τῷ ἰδίῳ ἔργῳ *t. Ephesium Bull. hell. 1, 293, 82. Consul suffectus a. inc. — Origine ni fallor Ephesius, fortasse ex posteris* L. Claudii Artemidori Alcimi, *qui Domitiani temporibus gymnasiarchi munere Ephesi functus est (t. ineditus). Parentela coniunctus videtur cum* Claudia Artemidora *(n. 1075),* M. Claudio Caninio Severo *(n. 824),* Ti. Claudio Hermia *(n. 885),* cuius filia *in t. Ephesio Inscr. Br. Mus. 3, 562 dicitur* ἀνεψιὰ καὶ ἀπόγονος πολλῶν ὑπατικῶν. — *Vix huc pertinet* Claudianus Artemidorus *III 14206, 4 = D. 5981 t. Macedonicus.* *Gr.*

792 Ti. Claudius Asiniu[s] . . . . . Fortunae Pr[imigeniae] dedicavit *t. Praenestinum Eph. ep. 9 p. 435 n. 743; videndum num homo nobilis.* *Gr.*

793 Cl(audius) Athenaeus, amicus M. Aureli Secundini quaestoris *t. Ephesius Forsch. Ephes. 3, 126, 39.* *St.*

794 **Claudius Athenodorus,** praefectus annonae *VI 8470 = D. 1535. Cum* adiutor eius Carpus Augusti libertus Pallantianus *dicatur, servus igitur fuerit quondam Pallantis a. 62 interfecti (supra A 858), saec. I utique tribuendus est. Huius videtur* Ti. Claudius Athenodori libertus Hyginus *tit. Puteolanus Eph. ep. 8, 1, 396.* *St.*

795 CLAVDIVS ATTALVS. *Nummi: a) Pautaliae in parte adversa exhibentes caput Commodi cum barba breviore et inscriptionem* Αὐτ. Καῖ. *(vel* Κ.) Μ. Κόμοδος, *in aversa* ἡγε(μονεύοντος) Κλ. Ἀ[ττά]λου *vel* [Κλ. Ἀ]ττάλ. *vel* Κλαυ. Ἀτ[τ]άλου Οὐλπίας Παυταλίας *(vel similiter) Ruzicka Bull. Inst. arch. Bulg. 7, 75, 181—183, b) Nicopolis ad Istrum ab altera parte exhibentes caput Commodi barbati iuvenile et inscriptionem* Αὐτ. Καῖ. Μ. Αὐρ. Κόμμ., *in aversa* ἡγεμ. Κλ. Ἀττά[λ]ου Νικ[οπολειτῶν π]ρὸς Ἴστρο(ν) *Regling Bl. f. Münzfreunde 1926, 476 (tab. 321, 3).* — Κλαύδιος Ἄτταλος *Dio.*

Legatus Aug. pr. pr. Thraciae *nummi. Dio 79, 3, 5* imperante Commodo *nummi primis Commodi annis, ut apparet ex imagine imperatoris in nummis repraesentata (cf. Ruzicka Num. Z. 1921, 195 et Regling l. l., qui statuunt Attalum provinciae praefuisse ante Iulium Castum (a. 184/5) et Caecilium Maternum supra n. 58; aliter sed vix recte Stein Thrac. 38).* A Septimio Severo tempore belli Nigriniani (a. 193/194) senatu motus, ab Antonino Severi filio restitutus, *a. 218 vel 219* proconsul Cypri sorte factus ab Elagabalo occisus est, quod in Thracia Valerium Comazontem propter maleficium quoddam inter classiarios transtulerat *Dio 79, 3, 5; 4, 3.* *Gr.*

796 L. (?) CLAVDIVS ATTALVS. *Tituli Aphrodisienses:* fratri posuit *CIG 2805 a = Wadd. 1615 (1);* frater ei posuit *CIG 2805 b (2);* honoratur publice *CIG 2781 b add. p. 1111 = Wadd. 1596 cf. Rev. ét. gr. 19, 120 (3); memoratur in t.* consobrinae *CIG 2819 b + add. p. 1115 = Wadd. 1597 (4).*

Λούκιος (?) Κλαύδιος Ἄτταλος *t. 3 (in lapide nunc cernitur* ... ιον, *priorum editorum alter legit* Λούκιον, *alter* Τιβέριον, *hic fortasse recte; cf. n. 798).* Κλαύδιος Ἄτταλος *t. 4.* Ἄτταλος *t. 1. 2. —Origine Aphrodisiensis.* L. Antonii Claudii Dometini Diogenis *(n. 853)* filius *t. 3.* Claudii Diogenis frater *t. 1. 2. 4 natu minor, cum nomen eius in t. 4 postponatur.* Consobrinus Claudiae Antoniae Tatianae *t. 4; floruit igitur aetate Septimii Severi (v. n. 1071).* Συνκλητικός *t. 3. 4.* Εὐεργέτης τῆς πατρίδος *t. 3.* — *Idem fortasse* Ti. Cl. Attalus *n. 798.* *Gr.*

797 P. Cla(udius) Attalus. P. Cl. Attalus *vel* Cla. Attalus, C. Attalus, Attalus *nummi;* Attalus *Philostr.* Filius (Antoni) Polemonis *(supra A 862) Philostr. v. soph. 2, 25, 2 p. 110 K. Plenius fortasse* P. Antonius Claudius Attalus.

Sophista, civis Phocaeensis et Laodicenus *nummi Smyrnaei Br. Mus. Ionia 307, 511 sq.; 308, 515 sq. = Mionnet 3, 232, 1299—1304; Suppl. 6, 344 sq., 1713,* quos dedicavit imperante Marco, *cf. Münsterberg Num. Ztschr. 1915, 119.* Idem dedicavit Phocaeensibus *Br. Mus. Ionia 222, 138; 223, 141,* Laodicenis *Imhoof-Blumer Kleinas. Münzen 269 sqq., 34—43. Br. Mus. Phrygia 294 sq., 102—107; 321, 206 sq. Mionnet 4, 324, 746 sq.* Ἐπινίκιον dedicavit Laodiceae sub Pio *Imhoof-Blumer l. l.*

271, 43; 526. Br. Mus. Phrygia p. LXXIX. 294, 101. Mionnet 4, 324, 748. Archiereus (Asiae) *Imhoof-Blumer 270, 37. 38. Br. Mus. Phrygia 294 sq., 102 sq. Idem sine dubio* Cla. Attalus, prytanis et logista Synnadensium sub Pio et sub Marco et Vero *Imhoof-Blumer 294, 17; 295, 21. Br. Mus. Phrygia p. XCIX. 395, 17; 401, 49 sq. Mionnet 4, 369, 992, cf. Münsterberg Beamtenn. 171. 172.* Filia Callisto *Philostr. l. l.*

St.

798 TI. CL(AVDIVS) ATTALVS, συνκλητικός, *memoratur in t. sepulcrali* Ἀχιλλέως πραγματευτοῦ *Aphrodisiadensi CIG 2831 cf. Rev. ét. gr. 19, 264. Bull. hell. 52, 414. Nescio an idem sit* L. (?) Claudius Attalus *n. 796.*

Gr.

799 TIB. CL(AVDIVS) ATTALVS, συνκλητικός, Τιβ. Κλ. Στασιθέμιδος υἱός, *honoratur t. TAM 2, 1, 280 = IGR 3, 613 Xanthio, quem posuit* Κλ. Τηλέμαχος ὁ θεῖος *(v. infra n. 1037).* *Gr.*

800 C. CLAVDIVS ATTALVS PATERCVLIANVS *posuit Pergami in domo sua titulos versibus conceptos IGR 4, 415 (1). 416 (2), probabiliter etiam epigramma mutilum apud Pergamum rep. Ath. Mitt. 24, 184, 42 (3); memoratur in t. mutilo Tralliano D. 8836 (4); incertum est, utrum ad hunc an ad patrem cognominem pertineant tituli Pergameni IGR 4, 413 (5), 414, plenius Ath. Mitt. 35, 480 (6).*

Γ. Κλ. Ἄτταλ[ος Πατε]ρκλιανός *t. 6 (nisi patris est).* Κλαύδιος Ἄτταλος Πατερκλιανός *t. 4; ceterum* Ἄτταλος. — *Origine sine dubio Pergamenus. Ex t. 3* παιδὸς ὁμωνυμίη γε ..... Ἀττάλου ἐστὶ πατήρ ..... *videtur colligi posse eum cognominem patris fuisse; itaque fortasse non hic sed pater eius is est, cuius beneficia in Pergamenos collata commemorantur in t. 6 (cf. Hepding Ath. Mitt. 32, 365).* — Consul *t. 1 suffectus a. inc. aetate fere Septimii Severi (cf. Jahresh. 10, 295 sqq.).* Consularis *t. 4;* ἡγεμὼν Βειθυνίας (*i. e.* legatus Aug. pr. pr. Ponti et Bithyniae) *ib.* — Femina *quaedam, cuius nomen periit, (C. Iulii Philippi filia?) dicitur* ἀνεψιαδῆ eius, ἀδελφιδῆ Flaviorum Antonini, Damiani, Phaedri consularium, συγγενὴς Menyllii? (*an* M. Tullii?) Attali consularis *t. 4.* *Gr.*

801 TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES, pater sophistae cognominis. *Tituli:* ei dedicatus *latinus Corinth, Latin inscr. 58 = Ann. ép. 1919, 8 (1);* honoratus *IG 2/3², 1073 (2). 1074 (= Graindor Album d'inscr. Attiques 35, 47 pl. XXXVII) (3). IG 3, 665 = 2/3², 3595 (4),* a Gytheatis *IG 3, 668 = 2/3², 3596 = 5, 1, 1171 (5),* a phylis Atticis *sine dubio omnibus, quarum extant tituli (IG 2/3², 3597 a—e = 3, 669—673), quos posuerunt* Ptolemais *IG 3, 669 (6),* Oeneis *ib. 670 (7),* Cecropis *671 (8),* Antiochis *672 (9), fragmentum, ubi nomen phylae non servatum est 673 (10), Eleusine* Ἐφημ. ἀρχ. *1896, 47, 40 = IG 2/3², 3598 (11), titulo Thebano IG 7,2509 = Ditt. Syll.³ 854 n. 7 (12), Megarensi IG 7, 88 (13). Sacerdotium eius memoratur IG 3, 476 (14). 478 (15). 485 (16) = 2/3², 3295—3297.*

3298 (17). 3307 = Ditt. Or. Gr. 574 (18). Nominatur ut patronomus Spartae in t. Lacedaemoniis IG 5, 1, 32 A (19). 62 (?) (20). 287 (21). 288 (22). 677 (?) (23). Nomen eius in sedili theatri Dionysii IG 3, 310 = 2/3², 5090 (24). De eo agitur in epistula [Sa]cerdotis proconsulis *Hadriano imperante scripta t. Gythii rep. IG 5, 1, 1147 (25). Praeterea nominatur in titulis filiorum: Herodis IG 3, 69 = 2/3², 3191 (26). 160 = 2/3², 3602 (27). 667 = 2/3², 3601 (28). 675 melius 2/3², 3603 (29). Ditt. Syll.³ 859 A (30).* Ἐφημ. ἀρχ. *1894, 206 sq., 30 = Ditt. Syll.³ 854 = IG 2/3², 3604 B (31), Herodiani IG 12, 5, 631 = Ditt. Syll.³ 855 (32), patris* Ἀθηνᾶ *18, 439 (33), uxoris IG 3, 674 = 2/3², 4063 (34).*

Plena nomina t. 4. 8. 9. 34, item fuerunt t. 6. 7. 10; Ti. Claudius Atticus *t. 1. 12. 13. 22. 31.* Claudius Atticus *t. 2, v. 9. t. 5. 14. 17. 18. 21. 31;* Cl. Herodes *t. 15 (quem quominus ad filium referamus obstat, quod eodem tempore eodemque loco—Athenis in Olympieo — positus est cum aliis sacerdotium eius exhibentibus t. 14. 16. 17. 18).* Τι. Κλ.... *t. 16;* ... διος Ἀττικός *t. 25, v. 21 (v. 13* ... ττικός); ... τικόν *t. 2, v. 3; t. 11;* Τι. Κ... *t. 3; ceterum* Atticus *(cf. epigramma sepulcrale ap. Philostr. v. soph. 2, 1, 15 p. 73 K.).*

Filius Ti. Claudi Hipparchi *(n. 889) t. 1. 33. Philostr. v. soph. 2, 1, 2 p. 56 sq. K. Suid. s.* Ἡρώδης *545 Adler (ubi errore traditur* Πλουτάρχου), Μαραθώνιος (pago Attico) *t. 2. 4. 6—12. 34. Suid. l. l.,* tribu Quirina *t. 1.* Cum ob immensitatem thesauri quem se invenisse contendit, imperatori Nervae scripsisset interrogans, quid sibi faciendum esset, imperator ei thesaurum concessit; inde homo antea patris bonis publicatis pauper (*tamen* aliquot domus prope theatrum quaesierat) statim praedives factus est *Philostr. l. l. 2, 1, 2 (= Zonar. 11, 20). Suid. l. l. Liban. or. 4, 7 p. 289 F. (Herodem thesaurum invenisse narrat schol. Aristid. 3, 739 Dind., perperam). Eum significare videtur Iuvenal. 11, 1 cum dicit* 'Atticus eximie si cenat, lautus habetur'.

Praetoriis ornamentis ornatus ex senatus consulto *t. 1. Postea in senatum adlectus est inter praetorios sine dubio.* Consul *t. 13. 30, cf. schol. Aristid. l. l.* (Herodes) ἀπὸ ὑπάτων κατήγετο; *Philostr. 1, 25, 6* ἐξ ὑπάτων; consul iterum *Philostr. 2, 1, 1 p. 55* (Herodes ἐτέλει μὲν ἐκ πατέρων ἐς τοὺς δισυπάτους). *Suid. l. l.* τοῖς δισυπάτοις συγκατελέχθη, *suffectus in utroque consulatu;* λαμπρότατος [ὑπατικός] *t. 25, v. 13;* ὁ κράτιστος [ὑπατικός] *ib. v. 22.* Proconsul Asiae (ἦρξε τῆς Ἀσίας) *Suid. l. l. nisi errat deceptus eo, quod filio, cum in Asia legatus esset, re familiari Atticus subvenit, v. infra. Plane incertum, num idem sit* Atticus ὑπατικός *supra A 1338. Pontifices (vel flamines) a. 101 et 102 Tiberios Claudios duos fuisse ex nominibus kalatorum efficitur VI 31034, 19. 32445 a 3. 10; nescio an alteruter idem sit ac Ti. Claudius Atticus.*

In patria fuit ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν *t. 4. 5. 6. [7.] 8—10. 12,* ἀπὸ προ-

γόνων *t. 31*, διὰ βίου *t. 4; ἱερεὺς t. 14—16. [17]. 18, iam ante annum ca. 126 t. 4.* Patronomus Spartae *t. 19—23*, sub Hadriano *t. 19.* Κηδεμὼν τοῦ ἔθνους *(scil. Eleutherolaconum) t. 5.* Filium, cum in Asia (legatus ad corrigendum statum liberarum civitatium *circa a. 134 vel 135)* impensas ab imperatore Hadriano ad aquam in Troade perducendam datas multum egressus esset, suis opibus adiuvit *Philostr. 2, 1, 3 p. 57. (Cave putes eius vel filii nomen subesse in t. valde mutilo Alexandreae Troadis rep. CIG 3579). Neque multo post videtur obisse; certe filius post eius mortem* ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν *fuit viva etiamtum Regilla uxore (Ditt. Syll.³ 856) defuncta sub Pio (a. 160 vel 161), Atticum vero iam ante annum 145 mortuum esse inde efficitur, quod Fronto in epistula ad M. Caesarem data (3, 3 p. 42 N. = 1, 64 Haines) inter annos 143 et 145* 'de filio (Attici) impio et precum paternarum immemore' *dicit, id quod ad testamentum Attici spectat.*

Vibullia Alcia Agrippi[na] uxor *t. 2. 31. 32. 34.* Filii L. Vibullius Hipparchus Ti. Claudius Atticus Herodes *(is qui sequitur)*, Ti. Claudius Atticus Herodianus *t. 32.* Liberalitatem praecipue Atheniensibus praestitit *Philostr. 2, 1, 3.* Scopelianum sophistam hospitio recepit *ib. 1, 21, 7. Cf. P. Graindor Hérode Atticus. Un milliardaire antique (1930), 19—38.*

St.

802 TIBERIVS CLAVDIVS ATTICVS HERODES, *pleno nomine* L. VIBVLLIVS HIPPARCHVS TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES, sophista, consul a. 143. *Tituli latinus origine incerta Ditt. Syll.³ 863 n. 1 (1), graeci (t. 31 bilinguis)*

A) honoratus publice *IG 3, 666 = 2/3², 3600 (2), item ut videtur 675 (male) = 2/3², 3603 (3),* ab Eleis *Inschr. Olymp. 622 (4),* a Corinthiis Eleusine *IG 2/3², 3604 B = Ditt. Syll.³ 854 (5),* a Delphis *Fouilles de Delphes 3, 3, 66 cum imagine p. 52 = Ditt. l. l. 859 A (6),* ab amphictyonibus *Fouilles de Delphes l. c. 73 = Ditt. 859 B (7),* honoratus agone *t. Eleusinius* Ἐφημ. ἀρχ. *1893, 67 sq. (8),* hymnus in eius honorem compositus *t. Marathonius Svensson Bull. hell. 50, 528 (cum imagine) = IG 2/3², 3606, cf. Graindor Mus. Belge 1912, 69—90; Hérode 127 sq. 236. Wilamowitz S. Ber. Ak. Berl. 1928, 26 sqq.; Herm. 64, 489 sq. (9).*

B) Ipse dedicavit templum Athenae *IG 3, 69 = 2/3², 3191 (10),* Triopeum ad viam Appiam *IG 14, 1389 = IGR 1, 194 = Wilamowitz l. l. 9—11 (11). IG 14, 1390 = IGR 1, 195 (12); monumenta incerti generis IG 3, 403 = 2/3², 5189 (13). 667 = 2/3², 3601 (14); in memoriam uxoris posuit ad Triopeum IG 14, 1392 = IGR 1, 196 = Ditt. l. l. 858 (15), uxori posuit IG 2/3², 4072 = Ditt. l. l. 857 (16), Polydeucioni alumno IG 3, 811 = 2/3², 3969 (17). 813 = 2/3², 3970, cf. Amer. Journ. Arch. 1929, 402 (18), Achilli alumno IG 2/3², 3977 cf. Wilhelm Jahresh. 28 B. 166—172 (19), amico IG 3, 663 = 2/3², 3605 (20), amici filio t. Corcyraeum IG 9, 1, 732 (21).*

C) *Nominatur ut archon Athenis IG 3, 69 a* = $2/3^2$, *3190 (22). 735* = $2/3^2$, *3733 (23). 736* = $2/3^2$, *3734 (24), ut agoranomus 160* = $2/3^2$, *3602 (25), in catalogo epheborum IG* $2/3^2$, *2090 (= 3, 1132) = Ditt. l. l. 870 (26), in lege sodalicii Iobacchorum IG* $2/3^2$ *1368 = Ditt. 1109 (27), in fragmento t. imperatoris Marci ab Atheniensibus positi IG* $2/3^2$, *3409 = SEG 3, 236 (28), in t. matris Inschr. Olymp. 621 (29), in t. sepulcrali uxoris IG 3, 1417 = Ditt. 1238 (30), in t. bilingui ad Triopeum uxoris memoriae posito VI 1342 = IG 14, 1391 = IGR 1, 193 = D. 2930 (31), in t. uxoris IG* $2/3^2$, *3607 = Ditt. 856 (32), Delphicis Fouilles de Delphes 3, 3, 67. 71 cum imagine p. 52 (= Ditt. 859 E. C male) (33. 34), ib. 72 (= Ditt. 859 D) (34a), in t. patris uxoris Inschr. Ol. 619 (35), avi materni uxoris ib. 620 (36), in t. Lacedaemonio Attici filii IG 5, 1, 45 (37), eiusdem Inschr. Olymp. 623 (38). IG* $2/3^2$, *3608 (38 a), Regilli filii Inschr. Olymp. 626 = Ditt. 865 = D. 8824 b (39), eiusdem in t. Delphico Fouilles de Delphes l. c. 70 (p. 52) = Ditt. 860 A (40), in t. Elpinices filiae IG 3 1333, cf. Foucart Rev. phil. 1901, 91 (41), eiusdem Inschr. Olymp. 624 = Ditt. 863 (42), eiusdem in t. Delphico Fouilles de Delphes l. c. 68 (p. 52) = Ditt. 860 B (43), in t. Acraephiensi Bull. hell. 16, 463 (44), in t. Athenaidis filiae IG* $2/3^2$, *4073 (45). 4074 (46). Inschr. Olymp. 625 = Ditt. 864 = D. 8824 b (47), Delphico Fouilles de Delphes l. c. 69 (p. 52) = Ditt. 860 C (48), filii adoptivi IG* $2/3^2$, *3979 (49), Polydeucionis alumni IG 3, 815* = $2/3^2$, *3972 (50). 816* = $2/3^2$, *3973 (51), eiusdem in t. Delphico Fouilles de Delphes 74 (p. 52) = Ditt. 861 (52); in titulis reliquis exedrae Olympiae: Anniae Faustinae, uxoris imperatoris Marci Inschr. Olymp. 614 (53), filii imperatoris Marci ib. 615 (54), filiae imperatoris Marci ib. 616 (55).*

Ad Herodem hunc videntur pertinere t. Eleusinius IG $2/3^2$, *4779 (cf. Graindor Hérode 95). 3599. 4780; plane incertum num eius nomen restituendum sit IG 3, 165. 822 a (p. 505). 826* = $2/3^2$, *4992. 3193. 3960. IGR 3, 938.*

L. Vibullius Hipparchus Ti. Claudius Atticus Herodes *t. 1;* Λ. Βιβούλλιο[ν Ἵππαρ]χον Τιβέρ[ιον Κλαύδιον] Ἀττικὸν Ἡρῶ ..... *t. 3;* .... βουλλίου Ἱππάρχου Τιβε.. ου Ἀττικοῦ Ἡρώδου *t. 41;* .... ύλλιον Ἵππαρχον Τιβ. Κλαύδιον ... κὸν Ἡρώδην *t. 6;* Βιβούλλιο .... *t. 7;* Ti. Claudius Atticus Herodes *t. 5. 21,* Tib. Claudius Herodes *t. 23;* Claudius Herodes *t. 20. 27 (v. 25* Herodes). *32. 33. 45;* ... αυ. Ἡρῶ .... *t. 44;* Τιβ. Κλ. Ἡρῶ ... *t. 26 (v. 10* Herodes); ... ιον Ἀτ[τ]ικὸν Ἡρώδ ... *t. 4;* Τ .... ίῳ Ἡρώδῃ *t. 8, ceterum* Herodes, *quo distinguitur a patre qui uno nomine semper* Atticus *nuncupatur; in t. 22* Τιβερίου . λ . υδίου Ἡρώδου Μαρ(αθωνίου) *adiecto* νε(ωτέρου), *ut distingueretur a patre. Sophista is de quo agimus ipse* Atticus *solus nisi in consulatu (in titulis latinis; in titulis et in chronicis graecis* Herodes *IG 14, 1055 b = IGR 1, 146. Chron. min. 1, 224 M., sed*

et in chronicis latinis ib. 286. 425) non dicitur; praeterea in consulatu Ti. Claudius Atticus Herodes *VI 20217. 24162. 29335. A. Bellino Inscripções Romanas de Braga (1895) p. XI.* Ti. Claudius Atticus *XIV 3692. Apud scriptores* Herodes, *si excipis Gellium, qui eum* Herodem Atticum *appellat 1, 2, 1; 9, 2, 1; 19, 12, 1* (Herodes *1, 2, 6. 13; 9, 2, 2. 4. 6; 18, 10, 1), item vita Marci 2, 4; Veri 2, 5;* Claudius Herodes *Dio exc. 71, 35, 1;* Ἡρώδης Ἰούλιος χρηματίσας *Suid. s. v. 545 Adler, perperam.*

Ti. f., Quirina *t. 1,* pago Marathonius *t. 3. 4. 10. 16. 22. 23. 41 (cf. Inschr. Olymp. 611). Suid. l. l. Epigramma sepulcrale ap. Philostr. v. soph. 2, 1, 15 p. 73 K.* Atheniensis *t. 6. Philostr. l. l. 2, 1, 1 p. 55 K. (Suid. l. l.). Pausan. 1, 19, 6; 2, 1, 7; 6, 21, 2; 7, 20, 6; 10, 32, 1.* Filius Ti. Claudi Attici Herodis *(qui praecedit)* et Vibulliae Alciae Agrippi[nae] *t. 3. 5. 6. 10. 14. 25. 29. Suid. l. l. Philostr. l. l. 1, 21, 7; 2, 1, 2. 3. 15 (epigramma sepulcrale) p. 34. 56. 57. 73. More aetatis suae* genus ab Aeacidis repetivit *Philostr. 2, 1, 1. Suid. l. l.;* e Cerycum gente fuisse contendit *t. 11 A v. 31. De maioribus eius vide ad Ti. Claudium Hipparchum avum eius paternum. Natus circa a. 101, cum decederet anno fere 177,* annos natus circiter septuaginta sex *Philostr. 2, 1, 15.*

Eruditus est Romae in domo P. Calvisii (Tulli Rusonis) avi imperatoris Marci *M. Caes. ad Front. 3, 2 p. 41 N. = 1, 60 Haines.* Athenis magistro usus est Scopeliano *Philostr. 1, 21, 7 p. 34; 2, 1, 14 p. 71,* grammaticis Theagene Cnidio et Munatio Tralliano, in philosophia (L. Calveno) Tauro Tyrio Platonico *id. 2, 1, 14, cf. 1, 25, 7. Gell. 18, 10.* Favorinum magistri et patris loco habebat, qui heredem eum instituit et librorum suorum et domus in urbe sitae et servi cuiusdam natione Indi *Philostr. 1, 8, 3 p. 10; 2, 1, 14 p. 71. Suid. l. l.* Audivit Secundum Atheniensem sophistam *Philostr. 1, 26 p. 54; 2, 1, 14,* et Smyrnae (Antonium) Polemonem tum demum, cum iam ipse docebat *id. 1, 25, 6. 7 p. 47 sq.; 2, 1, 14. Suid.*

Fuit quaestor imperatoris Hadriani inter amicos *(i. e.* quaestor candidatus Augusti), tribunus plebis, praetor *t. 1.* Ἦρχε .... τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐλευθέρων πόλεων *Philostr. 2, 1, 3. 8;* τὰς ἐλευθέρας τῶν πόλεων ... διωρθοῦτο *id. 1, 25, 6* = legatus Augusti pro praetore missus ad ordinandum *(vel* corrigendum) statum liberarum civitatium provinciae Asiae, proconsule Antonino qui postea imperavit, cum quo contentio orta est *(circa a. 134/5);* aquam (Alexandream) Troada perduxit *(vide in patre). Num vere ad eum spectet t. Smyrnaeus CIG 3187 = IGR 4, 1410 suo iure dubitat Lafaye, veri similius t. Ephesius CIG 2978 illo tempore positus est* Attico Herodi *filio potius quam patri.* Consul ordinarius a. 143 cum C. Bellicio Torquato *fasti (v. supra);* ὕπατος *t. 16; Philostr. 1, 25, 6;* [ὕπ]ατος *t. 41;* ὕπατος *t. 33. 38 a;* ἀπὸ ὑπάτων *schol. Aristid. p. 739 Dind.;* consulari honore praeditus *Gell. 1, 2, 1;* consularis vir *id. 9, 2, 1; 19, 12, 1.* Post mortem uxoris *(circa a. 160)* δευτέραν κλήρωσιν τῆς ὑπάτου ἀρχῆς ἀναβαλέσθαι *cum dicit Philostr. 2, 1, 8*

parum diligenter, utrum consulatum alterum an proconsulatum sive Asiae sive Africae significare velit, difficile est ad diiudicandum; hoc praetulerim, cum propter vocabulum κλήρωσις *(= sortitio) tum quia temporis ratio melius proconsulatui convenit, quem ut nescio qua causa iterum sortiretur ei permissum est.*

Athenis fuit agoranomus *t. 25*, archon *t. 22—24. Philostr. 2, 1, 5,* τρίτου ἀπὸ τῆς Καίσαρος 'Αδριανοῦ ἐπιδημίας *t. 22. 23, id est a. 126/7, cf. Graindor Chronol. des archontes p. 127—129,* ὁ κράτιστος ἀρχιερεύς *t. 26 (a. 165);* ὁ ἀρχιερεύς *t. 32 (uxore etiamtum viva). 38a;* ὁ κράτιστος ἱερεύς *t. 27 v. 25, cf. v. 9,* ἐξηγητής (sc. μυστηρίων) *t. 16.* Honoratus *certe ante a. 126 t. 2, impubes t. 5, cum in parva basi statua eius posita esset (quod* υἱὸς 'Ελλάδος *appellatur, id sane etiam de adulto dici potest).* Adulescens (νέος ἔτι) in oratione coram imperatore *(Hadriano)* in Pannonia habita cum sermone excidisset, in Istrum se praecipitare voluit *Philostr. 2, 1, 14 p. 72 sq. K.; id hieme 117/8, dum Hadrianus ad Istrum commoratur (cf. Premerstein Klio Beih. 8, 53. 57 sq. 72. 84. Graindor Hérode 47), videtur accidisse.*

Testamentum patris, qui Atheniensibus quotannis minam viritim distribuendam reliquit, cum dolo exsolvit *Philostr. 2, 1, 3. 4 p. 57 sq.; eo spectat, quod* Fronto in eum egit causam dicturus 'de filio impio et precum paternarum immemore, saevitia et avaritia exprobranda', praeterea de hominibus liberis crudeliter verberatis et spoliatis, uno vero etiam occiso *ad M. Caes. 3, 3 p. 42 N. = 1, 64 Haines;* item acturi erant hanc causam Capreolus et Marcianus et Villianus *ib. 3, 4 p. 43 N. = 1, 66 Haines,* Marco Caesare Frontonem monente ut Herodi parceret *ib. 3, 2. 5. 6* et reconciliante hunc Frontoni *(M. Caes. ad Front. 4, 2 p. 60 sq. N. = 1, 76 Haines)*, qui postea se Herodi vel amicissimum esse professus est *Fronto ad Antoninum imp. 2, 8 p. 111 N. = 2, 220 Haines cum lectione emendatiore Hauleri; ad Verum imp. 2, 9 p. 138 N. = 2, 234 Haines. Inde ad Herodem videtur* Fronto epistulam dedisse, qua de filio amisso eum consolatur *epist. 3 p. 243 sq. N. = 1, 168. 170 Haines, eandem sine dubio, quam* ut scribat Marcus Caesar eum rogat *1, 6 p. 17 N. = 1, 162 Haines. Quae epistula a. 143 scripta videtur esse propter mentionem consulatus in responso Frontonis ib. 1, 7 p. 18 N. = 1, 164 H., cf. Hanslik Opusc. phil. d. kath. Phil. (Vindob.) 6 (1934), 29 sqq.*

Adversarii ei extiterunt Quinctilii quo tempore ἦρχον τῆς 'Ελλάδος (ὁπότε ἄμφω τῆς Ελλάδος ἠρχέτην) *Philostr. 2, 1, 10. 11 p. 65 sqq.; sunt fratres Sex. Quinctilius Condianus et Sex. Quinctilius Valerius Maximus, quorum ille proconsul Achaiae, hic legatus eius videtur fuisse circa a. 148—150, consul uterque a. 151.* Quos, quia Atheniensium querimonias quasi Herodis dominatione oppressorum *(cf. schol. Aristid. l. l.* ὡς δυνάστου) imperatori detulerunt, criminatus est quod populum Atheniensium in se instigassent *Philostr. l. l. 11.* (Appius Annius Atilius) Bradua Regillae Herodis uxoris

defunctae frater, cos. a. 160, eum in senatu accusavit, quod causa eius mortis fuisset, sed eo crimine Herodes absolutus est *Philostr. l. l. 8 (v. supra A 636).*

A. 162 imperatorem Lucium Verum in bellum Parthicum proficiscentem hospitio recepit *(cf. vita Veri 6, 9)* non sine quadam suspicione Marci *Philostr. 11.* Belli Marcomannici tempore Athenis oratione habenda in certamen cum Alexandro Seleuciensi (Peloplatone) descendit et amplis donis ornatum dimisit *Philostr. v. soph. 2, 5.* Neque multo post Herodis adversarii qui principem locum obtinebant, (Ti. Claudius) Demostratus (quocum clam se coniunxerat Iulius Theodotus *Philostr. v. soph. 2, 2),* (Aelius) Praxagoras, (M. Valerius) Mamertinus, cum eos populum in se concitasse apud proconsulem accusaret, ad imperatorem Marcum tum temporis Sirmii degentem *(inter annos circiter 170 et 174)* occulte abierunt, ut actionem praecurrerent *Philostr. v. soph. 2, 1, 11.* Qua in causa cum Demostratus acerrime in Herodem invectus esset *(Philostr. l. l. 8. 13),* is autem animi non compos voces contumeliosas etiam in imperatorem iactasset, Marcus satis habuit in Herodis libertos, qui item accusabantur, admodum leniter animadvertere *Philostr. 2, 1, 11. 12.* In reditu morbo correptus Orici commoratus Athenas revertit *Philostr. l. l. 12. Huc spectare t. Eleusinium* Ἐφημ. ἀρχ. *1894, 171, 13 = IG 2/3², 4781 coniecit Graindor Marbres 94 sq.; Hérode 226 sq.* In patriam redeuntem ephebi Attici sollemniter receperunt carmine celebrantes *t. 9, cf. Philostr. l. l.* Avidio Cassio res novas molienti *(vere 175)* nihil scripsit nisi Ἡρώδης Κασσίῳ· ἐμάνης *Philostr. 13.* Athenis scholam habebat disciplinae sophistarum institutam *schol. Aristid. l. l.* et eius consilio imperator Marcus professores cathedrarum philosophicarum elegit *Philostr. v. soph. 2, 2.* Litteris ad Marcum missis imperatorem sibi reconciliavit, qui de morte uxoris *(Anniae Galeriae Faustinae defunctae a. 176)* conquestus est *Philostr. v. soph. 2, 1, 12 p. 70.* Mortuus est tabe confectus Marathone annos natus fere septuaginta sex *Philostr. l. l. 15 (= Suid.).*

Vir summa liberalitate beneficia innumera tam in homines quam in civitates contulit, cum et a patre et a matre immensas divitias accepisset *Philostr. l. l. 1. 2; accedit quod* uxorem duxit e nobili gente. Villas possedit Athenis proximas cum hortis et aquis amoenissimis omni apparatu ornatas, Cephisiae *Gell. 1, 2, 1. 2; 18, 10, 1. Philostr. 12* et Marathone *Philostr. ib., cf. 2, 8, 1,* Corinthi, *ubi reperta est imago eius inscripta* Ἡρώδης ἐνθάδε περιεπάτει *Bull. hell. 44, 171 sq. = SEG 2, 52 = Corinth Gr. inscr. 85 (phototypice expressa ap. Graindor Hérode fig. 5),* prope Thyreas Cynuriae Ἀθηνᾶ 18, 439. 443, *cf. Bull. hell. 38, 360* alias, agrum in quo Triopeum in via Appia tertio ab urbe lapide constituit, alia fana consecravit *t. 11. 12. 15. 31.* Athenis impensa sua Panathenaica et Panhellenia instituit *Philostr. 2, 1, 5,* ibi stadion panathenaicon marmore exornatum

perfecit *Philostr. l. l. 4. 5. Paus. 1, 19, 6. Suid.*, iuxta hoc aedificium fanum Fortunae dicavit *Philostr. 5*, Odeum in memoriam Regillae uxoris extruxit *Philostr. 5, 8. Paus. 7, 20, 6. Suid.* Item theatrum tectum Corinthi aedificavit *Philostr. 5 (idem sine dubio* odeum *Paus. 2, 3, 6, cf. Broneer Am. Journ. Arch. 32, 447—473)*, Apollini Pythio stadium Delphis dedicavit *Philostr. ib. Paus. 10, 32, 1*, templum Neptuni Isthmii statuis replevit *Philostr. ib. Paus. 2, 1, 7*, statuam Aphrodites dedicavit *Damasc. v. Isidor. p. 128, 87 West. = Phot. bibl. 242, p. 342.* Summa erat eius munificentia erga Olympios, quibus nomine Regillae uxoris aquaeductum cum exedra *(de alia exedra, quam Delphis aedificavit, cf. Fouilles de Delphes 3, 3, p. 49—55)* posuit *t. 4. 29. 35. 36. 38. 39. 42. 46. 53—55. Inschr. Olymp. 610. Philostr. 5, cf. Lucian. Peregr. 19. 20*, in templo Cereris signum deae et Proserpinae collocavit *Paus. 6, 21, 2*, fluminis alveum intra ripas contineri iussit *Philostr. l. l. 9.* De civitatibus Peloponnesi, Boeotiae, Euboeae optime meritus est *Philostr. l. l. 6*, in Thermopylis thermas aegrotantibus salutares instauravit *ib.*, Isthmum ut perfoderet, ab imperatore petere ausus non est *ib.* Oricum iam ad extrema redactum restituit *Philostr. 5. 12*, Canusium aqua in urbem ducta adiuvit *ib. 5.* Ephebos Athenienses vestimentis atris ad id tempus amictos albis chlamydibus donavit *Philostr. 5, cuius rei mentio fit t. 9. 26*, a. 165 *t. 26 (Marcus et Verus Parthici, nondum Medici nuncupantur).*

Uxorem duxit Appiam Anniam Regillam Atiliam Caucidiam Tertullam, quam amisit circa a. 160 *(v. supra A 720)*, enixam quattuor liberos, e quibus duo matri superstites extiterunt *t. 11 I 15 ratione non habita* pueruli qui vix natus mortuus est *a. 143 (vide supra) M. Caes. ad Front. 1, 6 ex lectione Hauleri Wien. St. 29, 328 = 1, 162 Haines (p. 17 N.).* Filii Ti. Cl. M. Appius Atilius Bradua Regillus Atticus, (Ti.) Claudius Herodes L. Vibullius Regillus, filiae Appia Annia Claudia Atilia Regilla Elpinice Agrippina Atria Polla *(supra A 706, ubi addendum est nomen Claudiae)*, Marcia Annia Claudia Alcia Athenais Gavidia Latiaria. *Non solum matri, sed unus etiam patri supervixit Regillus Atticus consul a. 185 (supra n. 785), ante patrem certe, sed post sororem defuncta est Elpinice (Philostr. 10), ergo Athenais ante matrem obiit, item Regillus Herodes, quem primum liberorum Herodes videtur amisisse, cf. Dittenberger Herm. 13,83. Regillum Herodem et Athenaidem natu minores fuisse quam ceteros Herodis filios inde apparet, quod hi in sua quisque, illi in una eademque basi constituti fuerunt t. 39. 47; ex ambitu horum titulorum facile cognoscitur Regillum Herodem sorore minorem itaque omnium Herodis filiorum natu minimum fuisse. Quaenam cuique ex statuis Olympiae repertis tribuenda sit, id prorsus incertum viri docti alii aliter definire temptaverunt. Liberos superstites matri num optimo iure* νηπιάχω *poeta dixerit t. 11 I 16, valde dubitandum est. Iam vero Athenais L. Vibullio Hipparcho nupta peperisse*

filiam videtur cognominem; ad eius enim maritum et filium ni fallor pertinent tituli Inschr. Olymp. 627. 628. Sed Claudia Athenais uxor L. Vibulli Rufi IG 2/3,[2] *3980 soror potius Attici patris Herodis quam filia Herodis est.*

Herodes adoptavit (L. Vibulli) Rufi filium, qui nuncupatus est inde L. Vibullius Cl. Herodes *t. 49.* In lugenda uxore modum excessit *Philostr. 8—10. Lucian. Demon. 33, cf. t. 15. 30. 31;* in eius memoriam Triopeum ad viam Appiam condidit *vel* in praediis eius *(t. 31)* iam antea conditum dedicavit, ubi Regilla versibus Marcelli (Sidetae) celebrabatur *t. 11 (cf. 12)*, Athenis Odeum fecit *(v. supra)*. Non minus vehementer filias lugebat *Philostr. 10*, ne filiolum quidem vix natum iam mortuum esse aequo animo tulit *M. Caes. ad Front. 1, 6 (v. supra)*. Demonax philosophus eum reprehendit, quod filium mortuum *(Regillum Herodem ut videtur)* immoderate luxit *Lucian. l. l. 25; non filius sed unus ex alumnis dilectis (v. infra) significatur Gell. 19, 12, 2, ubi* stoicus quidam Herodi obiecit, quod minus sapienter et parum viriliter dolorem ferret ex morte pueri, quem amaverat.

Alumnos complures coluit, Vibullium Polydeucionem Hipparchi filium, quem tamquam filium suum amavit *t. 17. 18. 50. 51 (cf. IG 3, 814. 1418). 52. Philostr. 10 (ubi* Polydeuces *vocatur)*, quem praematura morte sibi ereptum esse impatienter tulit *Philostr. l. l. Lucian. Demon. 24. 33* (Polydeuces), Achillem *t. 19. Philostr. l. l.*, Memnonem *Philostr. l. l.* Aethiopem *Philostr. v. Apoll. 3, 11 (traditur* Μένωνα), *cf. Graindor Bull. hell. 39, 402—412.* Hos omnes immature defunctos supra modum luxit, imagines eorum consecravit alias in nemoribus, in agris alias, alias ad fontes cum execrationibus eius qui concisurus eas vel loco moturus esset *Philostr. v. soph. 2, 1, 10 p. 65 sq. Harum inscriptionum non paucae repertae sunt plane eodem modo conceptae atque imprecationes ad tuendum monumentum sepulcrale Regillae t. 30, quas quotquot innotuerunt adhuc numero viginti composuit Graindor Hérode 115, 1; 235, vicesimum edidit Wilhelm Jahresh. 28 B. 172—182.* Quorum monumentorum tamquam supervacaneorum Quintilii *(v. supra)* eum criminati sunt *Philostr. 10.* Alcimedontis liberti filias geminas quas perinde ac si ipsius filiae essent dilexit, cum Sirmii fulmine occisae essent, impatientissime deflevit *Philostr. 11.*

M. Antonius Gordianus, qui a. 238 cum filio imperator factus est, ab eo genus repetivit *Philostr. v. soph. praef., nescio quo pacto.* Familiares habuit Lucium philosophum *Philostr. v. soph. 2, 1, 8. 9 p. 64 sq.*, Fl. Dorotheum *t. 20*, Nymphium Corcyraeum *t. 21*, inimicos praeter supra nominatos Philagrum sophistam *Philostr. l. l. 2, 8, 1. 2 p. 83—85.* Cum Barbaro consule *(v. supra n. 602)* collocutus est *Philostr. 1, 25, 7 p. 50 K.*, epistulas ad Barbarum dedit *ib. p. 48.* Peregrinus Proteus conviciis eum insectabatur, quae Herodes aequo tulit animo *Philostr. 2, 1, 13*

p. 71. Lucian. Peregr. 19. Libertus eius Alcimedon *Philostr. 2, 1, 8. 11 p. 63. 68*, servus Autolecythus Indus *(cf. W. Schmid Atticismus 1, 195, 6)* a Favorino ei legatus *Philostr. l. l. 1, 8, 3 p. 10.*

Oratorum omnium temporis sui longe clarissimus, graeca facundia celeber, in omni genere dicendi peritissimus *Gell. 1, 2, 1; 9, 2, 1; 19, 12, 1. Lucian. Peregr. 19. Philostr. v. soph. passim.* Magistrum imperator Pius eum instituit filiorum adoptivorum, qui postea simul imperaverunt, qui et amicum eum appellaverunt, Marci *Dio 71, 35, 1. Vita Marci 2, 4, cf. M. Caes. ad Front. 1, 6, 17 N. = 1, 162 Haines* et Veri *vita Veri 2, 5.* Audiverunt eum Romae (Claudius) Aristocles Pergamenus *Philostr. 2, 3, 1. 2 (= Synesius Dio 35 ap. Migne 66, 1113)*, Athenis A. Gellius, Servilianus vir clarissimus *Gell. 1, 2, 1*, Chrestus Byzantius *Philostr. 2, 11, 1. 3 p. 94. 95*, Ptolemaeus Naucratites *ib. 2, 15, 1 p. 98*, Rufus Perinthius *ib. 2, 17*, Onomarchus Andrius *ib. 2, 18*, (Iulius) Theodotus Atheniensis *ib. 2, 2*, Aelius Aristides *Suid. s.* Ἀριστείδης *3902 Adler, cf. schol. Aristid. l. l. Philostr. 2, 9, 1 p. 86;* eorum qui scholis eius interfuerunt, decem praestantissimi quasi quoddam seminarium constituerunt, quod clepsydrium vocavit, inter eos Amphicles Chalcidensis, *cui positum esse hermam haud longe a Chalcide prope vicum Politika Euboeae ab Herode (Ditt.[3] 1240) vidit Wilhelm Beitr. z. griech. Inschr. 98*, Hadrianus Tyrius, qui postea laudationem eius funebrem habuit, Sceptus Corinthius *ib. 2, 10, 1 p. 90; 5, 3 p. 79. Suid. s.* Ἁδριανός *528 Adler*, Pausanias Caesariensis Cappadociae *ib. 2, 13. Praeterea dicuntur* Herodis discipuli Domitianus *t. 48 et* Flavius Macer amicus *t. 45.*


Scripta eius enumerantur Philostr. 2, 1, 14 (= Suid.) ἐπιστολαί, διαλέξεις, ἐφημερίδες, ἐγχειρίδια *(cf. Gell. praef. 7)*, καίρια (= κηρία ?, *cf. Gell. ib. 6 cum adn. Hertzii; contra W. Schmid BphW 1904, 155)* τὴν ἀρχαίαν πολυμαθείαν ἐν βραχεῖ ἀπηνθισμένα (σύγγραμμα πολυμαθές, λόγοι αὐτοσχέδιοι *Suid.). Hisce omnibus deperditis ne ex orationibus quidem eius ulla tulit aetatem excepta unica quae* περὶ πολιτείας *inscribitur, quae tamen num genuina sit a nonnullis dubitatur.*

Uberrime de eo egit P. Graindor Hérode Atticus et sa famille. Un milliardaire antique, 1930, cf. praeterea Münscher RE 8, 921—954. 1308—1310. Christ-Schmid 2[6], 694 sqq. Stemma familiae eius proposui appositum. St.


803 TI. CL(AVDIVS) ATTICVS HERODIANVS, Ti. Claudi Attici (Herodis) et Vibulliae Alciae (Agrippi[nae]) filius, honoratus a civitate Iulietarum in insula Cea *IG 12, 5, 631 = Ditt. Syll.[3] 855. Est igitur frater Ti. Claudi Attici Herodis sophistae (qui praecedit), natu minor, ut indicat cognomen alterum. St.*

804 Claudius Augustalis, amicus Columellae *11, 1, 1. 2.* *St.*

805 **[Ti]b. Claudius Augustanus,** Tib. f., Quirina, procurator Augusti provinciae Britanniae, pater Bellici Sollertis *(supra B 103) t. Veronensis V 3337.* *St.*



[1]) *Inschr. Olymp. 621; sed potest hic fuisse maritus Claudiae Alciae alicuius sor*
[2]) *Rev. arch. 6 (1917), 24.*
[3]) *Kolbe Ath.. Mitt. 46, 105 sqq., cf. Graindor Athènes sous Hadrien (1934), 29; al*
[4]) *Kolbe l. l. Graindor l. l. p. 156.*



cuius sororis Ti. Claudi Hipparchi praeterea ignotae.

4), 29; ab eo fortasse Herodes nomina L. Vibullius Hipparchus *accepit.*

St.

806 T. CL(AVDIVS) M. AVRELIVS ARISTOBVLVS. *Tituli Africani VIII 608 (et 11772 = D. 637) (1). 624, cf. 11782 (2). 4645 = D. 5714 (= Gsell ILA 1032) (3). 5290 = D. 5477 (= Gsell 179) (4). 11774 (5). 23413 (6). 23658 (7). Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 90 = Ann. ép. 1913, 29 (8). Gsell 2048 (9). Nomen eius supplendum est VIII 11768. 23657.*

T. Cl. . . . . . Aristobulus *t. 9;* M. Aur. Aristobulus *t. 5;* Aurelius Aristobulus *t. 1—4. 6—8; ceterum* Aristobulus.

Vir insignis, praefectus praetorio Numeriani et Carini a Diocletiano in officio retentus *Vict. Caes. 39, 14.* A. 285 Carinus cum Aristobulo consul processit *cons. Constantinop. Chron. min. 1, 229,* occiso Carino Diocletianus II et Aristobulus consules fuerunt *ib. Amm. Marc. 23, 1, 1. fasti.* Augusto et Aristobulo consulibus X kalendas Septembris *acta Sanctor. Claudii, Asterii alior. ap. Ruinart Acta martyr. (1731) p. 236.* Clarissimus vir, proconsul Africae *tituli, quater minimum t. 4,* ante a. 293 *t. 3. 5. 9,* a. 294 *t. 1; cum a. 295 esset praefectus urbi, proconsul Africae fuit a. 290 (vel paullo ante) — 294, cf. Pallu de Lessert Fastes des prov. Afr. 2, 1—4.* Praefectus urbi inde a d. 11 Ian. 295 ad d. 19 Febr. a. 296 *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 66. Ei rescripserunt imperatores a. 293 (vix 290, cf. Mommsen Ges. Schr. 2, 278 sq.), cum regeret provinciam (Africam) cod. Iust. 2, 13 (14), 1.* *St.*

807 TIB. CL(AVDIVS) AVRELIVS ATTALVS, ὁ τῆς κρατίστης μνήμης γενόμενος ἀνὴρ Τιβ. Κλ. Ἀρσινόης τῆς καὶ Τηλεμα[χίδος] *TAM 2, 1, 281 t. Xanthius. Pater fortasse* Ti. Claudii Aurelii Telemachi *(n. 809). V. infra n. 1037; stemma p. 254 exhibetur.* *Gr.*

808 Ti. Claudius Aurelius Mucianus Apollonius Beronicianus, ὁ κράτιστος (vir egregius) *t. Aphrodisiensis Rev. ét. gr. 19, 251.* *St.*

— L. TI. CLAVDIVS AVRELIVS QVINTIANVS *v. infra* Ti. Claudius Quintianus *n. 992.*

809 TI. CL(AVDIVS) AVR(ELIVS) TELEMACHVS, ὁ κρά(τιστος) συνκλητικός, nepos Ti. Claudii Telemachi *(n. 1037) TAM 2, 1, 194 t. Xanthius; filius puto* Ti. Claudii Aurelii Attali *(n. 807) et* Ti. Claudiae Arsinoes Telemachidis *(n. 1074); cf. stemma infra p. 254. Incertum num idem commemoretur in t. item Xanthio ib. 279; v. infra n. 1037.* *Gr.*

810 **Cl(audius) Aur(elius) Tiberius,** δο[υκηνάριος δι]καιοδότης τῆς λαμπρο-τ[άτης Ἀλεξαν]δρέων πόλεως (= ducenarius iuridicus Aegypti et Alexandreae), ab imperatoribus Philippis promotus *titulum posuit Philippopoli Bataneae Prentice Greek and Lat. inscr. 400 = Ann. ép. 1908, 274. Idem fortasse* . . . . rel. Tiberius, trib. c[oh. vig.] sub Gordiano *VI 32759.* *St.*

811 Sex. Claudius Autobulus, filius viri cognominis, e posteris Plutarchi sextus (ἕκτος ἀπὸ Πλουτάρχου), philosophus *t. Chaeronensis IG 7, 3425 = Ditt.*[3] *844 B. Pater eius potest fuisse e (Mestri) Autobuli, filii Plutarchi, nepte genitus vel nepos (Mestri) Autobuli filiae.* *St.*

812 Tib. Claudius Balbillus *(traditur* Βάρβιλλος), unus e legatis Alexandrinis a. 41 ad imperatorem Claudium missis *P. Lond. 1912, Bell Jews and Christians in Egypt p. 23 v. 16*, amicus Augusti (τῶ ἐμῶι ἑτέρωι *sic) v. 105 (cf. v. 36* ὁ ἐμοὶ τιμ[ι]ώτατος). *Idem sine dubio* Balbillus *in actis Isidori et Lamponis martyrum qui vocantur Alexandrinorum P. Berol. 8877 col. II 30. [18], quae edidit Uxkull S. Ber. Berl. 1930, 664 sq. Cf. quae disputavi Aegyptus 13 (1933), 123—136. 331 sq. Sed nihil obstat, quominus patrem eum fuisse procuratoris Asiae (cf. eum qui sequitur) ponamus.* *St.*

813 **Ti. Claudius Balbillus.** *Tituli in Aegypto positi CIG 4699 add. p. 1187 (= Ditt. Or. Gr. 666) (1). 4957 (= Ditt. Or. Gr. 669) v. 28 (2). Ann. serv. Ég. 13, 96 = Preisigke SB 5797 (3). Papyrus Graux n. 2, Bull. de l'inst. fr. d'arch. or. du Caire 21 (1923), 196 = Preisigke SB 7462. Tria nomina t. 1. 3. pap.;* C. Balbillus *Tac. a. 13, 22; ceterum* Balbillus.

Praefectus Aegypti *Tac. l. l. Plin. n. h. 19, 3. Sen. n. q. 4, 2, 13. t. 1. 3.*, a. 55 *Tac.*, a. 59 *t. 3 (si quidem annus sextus Neronis recte legitur).* A freto Siciliae Alexandriam venit *Plin. l. l.* Perfectus in omni litterarum genere rarissime auctor de proelio delphinorum cum cocodrillis commisso *adfertur Sen. l. l. — Eius videtur libertus IG 14, 1323 = IGR 1, 288. Perquam dubium num idem sit* Claudius Balbillus *BGU 3, 776 col. II 17, cf. Preisigke BL 66.*

Potest idem fuisse [Ti. Claudi]us Balbillus, Ti. Claudi [. . . . . .] f., Quirina *tituli Ephesii graecus Forsch. Ephes. 3, 41, lat. ib. 42 (supplevit J. Keil sagaciter quidem, sed non omnino certo), positus ei post mortem imperatoris Claudii (13. Oct. 54).* . . . . ον Βάλβιλλον *t. gr.;* . . . . us Ti. Claudi . . . f. Quir . . . . lbillus *t. lat.*

Praefectus fabrum divi Claudi, [tribunus militum] legionis vicesimae, donis donatus militaribus *(in expeditione Britannica a. 43)*, ad legationes et resp[onsa graeca (?)] imperatoris Claudi, [procurator] aedium divi Augusti et [Sarapidis (?) e]t lucorum sacro[rumque (?) omnium qu]ae sunt Alexan[dreae et in tota Aegypt]o et supra mu[s]eu[m] e[t ab Alexandri]na bybliothece et archi[ereus et ad Herm]en Alexandreon pe[r annos . . .] *t. lat.*, ἐπίτροπος τοῦ [Σεβαστοῦ] *t. gr.* ([proc. Asiae] *t. lat.). Nuperrime de tit. Lat. fusius egit Henne, Mél. Jorga (1933) 435 sqq., qui certius quam par est hunc procuratorem eundem esse ac praefectum Aegypti posuit. — Haud scio an filius sit eius, qui praecedit.*

Parum liquet, num idem fuerit Tiberius Claudius ΒΛΛ *(cogitari potest de Blasto)*, procurator Augusti, *cui positus est t. Deliacus Bull. hell. 3, 160 temporibus Claudii vel Neronis. Neque diiudicare ausim, utrum eius an Balbilli astrologi (supra B 38) filiae filia fuerit Iulia Balbilla, in cuius epigrammate CIG 4730 (cum lectione magna ex parte diversa a prioribus, quam protulit Peek Mitt. d. Inst. äg. Altert. 5 (1934), 96 sq.) nominatur* Βάλβιλλος τ'ὁ σόφος. *Sed hic certe idem est atque* Cl. Balbillus, pater

Claudiae Capitolinae βασιλίσσης honoratae publice *tit. Pergameno Ath. Mitt. 32, 336 = IGR 4, 459. Cf. quae de his viris uberius tractavi Aegyptus 13 (1933), 123—136. 331 sq., ubi tamen non recte iudicavi t. Pergamenum alienum esse a Balbillo avo Iuliae Balbillae. Verum enimvero si recte Peek legit et interpretatus est epigramma, Balbillus* ὁ σοφός *non avus, sed pater Balbillae fuerit, inde diversus propter nomen et temporis rationem a Claudio Balbillo hoc de quo supra agimus. St.*

814 [CLA]VDIVS BASS[VS CAPI]TOLINVS, consul *(suffectus a. inc. saec. II vel III), memoratur in frustulo VI 31697;* ... meria *(Numeria?)* [Ma]rcella *ibidem nominata vel uxor vel filia eius. — Idem fortasse* Claudius Capitolinus *n. 826. Cf. n. 1085. Gr.*

815 CL(AVDIVS) BELLICVS. *Nummus Hadrianopolitanus in parte adversa exhibens caput Commodi admodum iuvenile cum inscriptione* Αὐ. Κ. Λ. Αὐρ. Κόμοδος, *in aversa* ἡγ(εμονεύοντος) Κλ. Βελλικο(ῦ) Ἀδριανοπόλει(τῶν) *Mionnet 1, 386, 145 (Rec. d. planches p. 69) cf. Kubitschek Num. Z. 1911, 161.* Legatus (Aug. pr. pr. Thraciae) *fortasse Marco etiamtum superstite (intra a. 177 et 180) cf. Kubitschek l. l. Stein Thrac. 32. Gr.*

816 TI. CLAVDIVS BI[TH]YNICVS, proconsul (Lyciae et Pamphyliae) *IGR 3, 807 t. Sidensis. Vix ante imp. Commodum. — Fortasse ex posteris* Ti. Claudii Ti. fil. Cornelia Bithynici, II viri quinquennalis *cet.* Aeclani aetate Hadriani *IX 1414 = D. 5877. Gr.*

817 **Tib. Claudius Blastus,** procurator imperatoris Domitiani inter a. 81 et 84 in Aegypto *CPR 1 (= Mitteis Chrest. 220 = Wessely Text. gr. 1, 1) v. 5. 25; imago Führer durch die Ausstellung Papyrus Erzh. Rainer (1892) tab. VI. (²1894, tab. IX). Potest fuisse procurator idiologi. St.*

— TI. CLAVDIVS BRADVA ATTICVS *v. supra n. 785.*

818 (TI. CLAVDIVS) BRASIDAS. Brasidas quidam Lacedaemonius vir praetorius aetate imp. Marci, divortio cum uxore facto filios emancipavit *Scaevola, quem affert Ulpianus dig. 36, 1, 23 (22) pr.* Lacedaemonii cuiusdam aetatis Augusti, qui genus ad Brasidam nobilissimum illum ducem rettulit, *mentionem facit Plutarchus apophthegm. Aug. 14 p. 207 F; huius sine dubio posteri nomina quae sunt* Ti. Claudius Brasidas *gerentes in titulis Spartanis saec. p. C. II saepe inveniuntur (stemma domus huius proposuit Kolbe IG 5, 1 p. 131, cf. Box Journ. Rom. St. 21, 202 sqq.). Brasidas praetorius videtur idem esse atque* Ti. Claudius Brasidas *II,* qui *medio fere saec. altero* patronomi munere in patria functus est *IG 5, 1, 71. 161. 312. 501. SEG 2, 59. Gr.*

— TI. CLAVDIVS BRITANNICVS *vide* TI. CLAVDIVS CAESAR BRITANNICVS.

819 Tib. Claudius Bucolas, Augusti libertus *t. Caeretanus XI 3612 = D. 1567 (1);* Bucolas l(ibertus) *fistulae plumbeae urbanae XV 7279 (= D. 8679) (2). 7280 (3).* Procurator a muneribus, procurator aquarum *t. 1;* procurator (aquarum) sub Domitiano *t. 2. 3,* procurator castrensis *t. 1. St.*

— NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS *vide* L. DOMITIVS AHENOBARBVS *(is qui vulgo* imperator Nero *appellatur).*

— TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS *vide* TI. CLAVDIVS NERO GERMANICVS *(is qui vulgo* imperator Claudius *dicitur) infra n. 942.*

820 TI. CLAVDIVS CAESAR BRITANNICVS. *Tituli: ei positus Veiens vel Caeretanus XI 3602 = VI 14953 = D. 221 (1), cum patre et Agrippina et Nerone Nemorensis Eph. ep. 7, 1242 = D. 220 (2), in arcu videtur Claudii fuisse t., cuius fragmentum ad eum rettulit Mommsen magna cum probabilitate VI 922 (3). Tit. graecus Cibyraticus Denkschr. Wien. Ak. 45, 1, 2 = IGR 4, 899 (fortasse idem est n. 898) (4). Nomen eius inscriptum in massa plumbi in Britannia rep. VII 1202 (5). Nominatur in t. patris Aezanitico Wadd. 856 = IGR 4, 559 (6), in t. sacerdotis Wadd. 858 = IGR 4, 584 (7), in t. nutricis urbano Diss. Pontif. Accad. arch. 15 (1921), 285 (8), in t. servi XIV 2769 = XV 7149 = D. 1632 (9), in t. liberti patris VI 8873 = D. 1750 (10). Nummi RIC 1, 128. 133. Mattingly Br. Mus. 1, 196. 199. Imhoof-Blumer Numism. Ztschr. 1915, 85—93, cf. Numism. Chron. 1930, 330—332. Tessera ap. Rostowzew Syll. 2, 11.*

Ti. Claudius Caesar Britannicus *nummi. t. 4;* Ti. Claudius [Caesar] Britannicus *t. 1;* [T]i. Claudius Britannicus [Caesar] *t. 2;* [Ti.] Claudius C[aesar Bri]tannicus *t. 3;* Ti. Claudius Britannicus *t. 9;* Τιβερίου Κλαυδίου Καί ... *t. 7;* Καῖσαρ Βρι[ταννικ]ός *t. 6;* Κλαύδιος Τιβέριος Γερμανικὸς ὕστερον δὲ καὶ Βρεττανικός *Dio 60, 12, 5;* Γερμανικὸς Πρεταννικός *in nummo Apameno Imhoof-Blumer l. c. 1915, 90;* Τι. Κλαύδιος Γερμανικός *in nummo Cretensi ib. 89; ceterum* Britannicus.

Filius imperatoris Claudi et Valeriae Messalinae *Suet. Claud. 27, 1. Dio l. l. Zonar. 11, 10 (= Dio 60, 31, 6a p. 7 Boiss.). Tac. a. 11, 32. 34. Ios. bell. 2, 249; ant. 20, 149. Iuvenal. 6, 124 et schol.; schol. 6, 116. 434.*

Natus est vicesimo imperii patris die *(12 m. Febr. 41) Suet. Claud. 27, 2 (quae obstare videntur verba* 'inque secundo consulatu' *[= a. 42], siquidem genuina sunt, ad ea quae sequuntur pertinent), utique ante d. 29 m. Augusti a. 41, cum in nummis Alexandrinis primo Claudi anno repraesentetur Vogt Alex. Münzen 1, 24 sq.;* propinquo die, quo quartum decimum aetatis annum explebat Britannicus a. 55 *Tac. a. 13, 15;* Nero *(natus d. 15 m. Dec. a. 37)* biennio maior natu *ib. 12, 25 errore, quare* 'triennio' *coniecerunt Freinsheim Nipperdey alii.*

Primum Claudius Tiberius Germanicus, deinde post Britanniam victam Britannicus cognominatus est, quo cognomine praecipue nuncupatus est *Suet. Claud. 27, 1. Dio 60, 12, 5; 22, 2. Eutr. 7, 13, 3.* Augustum eum nominari Claudius non passus est *Dio 60, 12, 5. Tamen in nummis aliquot dicitur* Britannicus Aug. Natalem eius pater non celebravit *Dio 60, 12, 5,* celebraverunt praetores ultro editis ludis et epulis *ib. 60, 17, 9.*

Educatus est per Sosibium *Tac. a. 11, 1. 4. Dio exc. 60, 32, 1. 5* in aula

simul cum Tito, qui postea imperavit *Suet. Tit. 2.* A. 47 ludis saecularibus Troiam lusit *Tac. a. 11, 11.* C. Silius cum a. 48 etiamtum vivo Claudio nuptias cum Messalina pararet, Britannicum adoptaturum se esse pollicitus est *Tac. a. 11, 26.* Nerone a. 50 adoptato desolatus paulatim etiam servilibus ministeriis *Tac. a. 12, 26.* Ludis circensibus a. 51 Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste travecti sunt *ib. 12, 41.* Qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur remoti, etiam libertorum si quis incorrupta fide, depulsus *(cf. Tac. a. 13, 15);* apud Claudium incusatus est, quod Neronem adoptatum sive Domitium sive Ahenobarbum ex consuetudine salutasset, quibus quasi criminibus commotus Claudius optimum quemque educatorem filii exilio aut morte affecit, in his Sosibium, datosque a noverca custodiae eius imposuit *Tac. l. l. Suet. Nero 7, 1. Dio exc. 60, 32, 1. 5. 6.* Sub exitum vitae Claudius signa quaedam paenitentis de Neronis adoptione dedit et subinde obvium sibi Britannicum artius complexus hortatusque est, ut cresceret rationemque a se omnium factorum acciperet, cumque togam virilem ei destinasset adiecit, 'ut tandem populus Romanus verum Caesarem habeat' *Suet. Claud. 43, cf. Dio exc. 60, 34, 1. Ios. ant. 20, 151.* Moriente Claudio Agrippina eum variis artibus demorata est, ne cubiculo egrederetur, priusquam Neronis imperium firmatum esset *Tac. a. 12, 68, cf. Dio-Xiph. 61, 1, 1.* Nerone imperante Iulius Densus, eques Romanus, cui favor in Britannicum crimini datus est, non receptus est inter reos *Tac. a. 13, 10.* A. 55 iussu Neronis veneno interfectus corpusque eodem die in campo Martis sepultum est *Tac. a. 13, 15—17 (cf. 14, 63; 15, 62). Suet. Nero 33, 2. 3; Tit. 2. Dio exc. 61, 1. 7. Ios. ant. 20, 153; bell. 2, 250. Octavia v. 166—173. 45 sq. 67. 103. 112 sqq. 178. 182. 226. 242. 342. Aelian. nat. anim. 5, 29. Eutrop. 7, 14; 3 (nomine non posito).*

Memoratur praeterea Tac. a. 12, 2. 9. 65. 69; 13, 14. 19. 21; 14, 3. Suet. Nero 6, 4. *St.*

— CLAVDIVS CA[E?]SIVS AGRIPPINVS *v. infra* Claudius Ca[s]sius Agrippinus *n. 828.*

821 TIB. CL(AVDIVS) CALLIPPIANVS ITALICVS, ὕπατος (consul *suffectus a. inc. saec. III),* πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος τῶν Σεβαστῶν λογιστὴς καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν ἐλευθέρων πόλεων *(i. e.* legatus Augustorum pro pr. missus ad rationes putandas et corrigendum statum liberarum civitatium provinciae Achaiae, *cf. v. Premerstein RE 4, 1651) honoratur publice t. Attico IG 3, 631 = 2/3², 4215.* *Gr.*

822 Ti. Cl(audius) Candidus *memoratur in fragmento t. Ancyrani III 6752 semel tantum et male descripto. Num in lapide fuerit* Ti. Cl. Candidi tribuni [l]e[g. XV] Apollin(aris), *ut coniecit Mommsen, dubitari potest.* *Gr.*

823 TIB. CL(AVDIVS) CANDIDVS, *Titulus eius Tarraconensis II 4114 = D. 1140 (et add. p. CLXXIV). Tria nomina tit.;* Candidus *Dio.* Praefectus

cohortis secundae civium Romanorum, tribunus militum legionis II Augustae, praepositus copiarum expeditionis Germanicae secundae *(Marci et Commodi a. 178/9)*, procurator vicesimae hereditatium per Gallias Lugdunensem et Belgicam et utramque Germaniam, allectus inter tribunicios, item praetorios *(cf. vita Pert. 6, 10)*, curator civitatis Teanensium, legatus pro praetore provinciae Asiae, logista civitatis Nicomedensium item Ephesiorum, dux exercitus Illyrici expeditione Asiana *tit.* prope Nicaeam Pescennium Nigrum vicit a. 194 *Dio-Xiph. 74, 6 (cf. vita Severi 8, 17)*, item Parthica *tit.* a. 195 Nisibi in gentes vicinas missus *Dio-Xiph. 75, 2, 3*, item Gallica *(contra Clodium Albinum a. 196/7)*, consul *(suffectus anno incerto, fortasse iam ante expeditionem Gallicam)*, legatus Augustorum pro praetore provinciae H(ispaniae) c(iterioris) et in ea dux terra marique adversus rebelles H · H · P · P · (= hostes publicos), item Asiae item Noricae, quindecimvir sacris faciundis *tit. Domaszewski Roem. Mitt. 20, 159, cum nomen eius erasum et postea in litura repositum sit, magna cum probabilitate coniecit Candidum a Plautiano occisum, sed memoriam eius Plautiano sublato a Severo restitutam esse.* *St.*

824 M. CLA(VDIVS) CANINIVS SEVERVS honoratur publice una cum Aelia Pithiade consobrina *titulis Rhodiis (mutilis) IG 12, 1, 95 a. b = IGR 4, 1127 a. b (1. 2); ad eundem videtur pertinere fragmentum acephalum t. honorarii Maiuri Nuova sill. epigr. di Rodi 6, 3 (3).* Μ[ᾶρκος] Κλα. Κανείνιος Σεβῆρος *t. 2.* Μά[ρ]κο[υ] ..... ρου *t. 1.* — *Origine Rhodius ut videtur.* Pater eius M. A......, *si verba* υἱὸν Μάρκου Ἀ...... *t. 2 v. 7 recte ad Severum referuntur.* — Ὁ κράτιστος ἔφηβος *t. 1. 2.* Beneficia ab eo in cives collata *t. 2. 3.* Aelia Pithias *(supra A 306)* ἀνεψιά eius *t. 1 cf. 2.* Claudia Caninia Severa *(infra n. 1084) aut soror aut filia. Eiusdem stirpis sine dubio* ... Κλαύ. Κανείνιος ... [Ἑλ]λάνεικος Σεβ[ῆρος], *qui a Rhodiis honoratur Maiuri l. l. 4, 2; idem inter propinquos Pithiadis recenseri videtur t. 1 v. 5 (fortasse etiam t. 3 v. 2 nominatus).* *Gr.*

825 Claudius Capito, qui in senatu egit pro Bithynis *Plin. epist. 6, 13, 2.* *St.*

826 CLAVDIVS CAPITOLINVS. *Tituli Philadelpheni:* ipse dedicavit Νύμφαις καὶ Μούσαις *t. metricum Rev. bibl. 37, 579 = Ann. ép. 1929, 171 (1); memoratur in t.* posito a beneficiario *D. 9258 (2). Idem memorari videtur in t. Tralliano (acephalo) fortasse filiae vel sorori eius posito Ath. Mitt. 21, 113, minus recte IGR 4, 1340 (3) cf. Jahresh. 10, 282 sqq., fortasse etiam in fragmento item Tralliano Wadd. 602 (4).*

Claudius Capitolinus *t. 2;* Καπιτωλῖ[νος] *t. 1;* Κλ. Καπιτωλειν ... *t. 3;* .... ΛΕΙΝ .. ΙΙΟΝΟ ... *(casu acc.) traditur t. 4.* — *Ex t. 1. 2 probabiliter colligere licet eum legatum Aug. pr. pr. Arabiae fuisse.* Proconsul (Asiae?) *priore parte saec. III t. 3, si quidem ad hunc pertinet.* Ὁ λαμπρό-

[τατος] *[t. 4]. Nescio an idem sit* [Cla]udius Bass[us Capi]tolinus consul *(n. 814). — Femina quaedam artissima necessitate cum hoc coniuncta, filia ni fallor vel soror,* nupsit T. Flavio Stasicli Metrophani senatori *t. 3; ei nomina fuisse* Claudiae Capitolinae *elucet ex nomine filii eius minoris* T. Flavii [Capi]tolini *(cf. Jahresh. l. l.). — Plane incertum num ex eadem familia fuerint feminae Christianae (?)* Καπετωλῖνα ἡ ἀξιολογ(ωτάτη) καὶ θεοσεβ(εστάτη) *CIG 2924 t. Trallianus,* Κλαυδία Καπιτωλῖνα *IG 14, 1354 t. urbanus.* *Gr.*

827 CLAVDIVS CASSIANVS, ὁ κράτιστος ὑπατικός, honoratur publice a Lacedaemoniis *IG 5, 1, 552. Tempus eius inde fere definitur, quod* M. Aelius Leontas, *qui de statua erigenda curavit, in aliis titulis exeuntis fere saeculi II comparet ib. 541. 555 (ubi unius imperatoris mentio fit, fortasse Commodi). Potest fuisse ex posteris* Appii Claudii Ti. Claudii Hylli Justi filii Quirina Cassiani Cyprii Salaminii, *qui memoratur in t. Ephesio Forsch. Ephes. 3, 144, 60 (Hyllus Iustus, Appii Claudii Cassiani pater, fuit* ἀρχιερεύς Cypri *IGR 3, 981, avus ut opinor eius* Ὕλλος Ὕλλου eodem munere functus est a. 4 p. C. *ib. 994 = Ditt. Or. Gr. 582).* *Gr.*

828 CLAVDIVS CA[S]SIVS *vel* CA[E]SIVS AGRIPPINVS *(traditur* ΚΑΙϹΙΟϹ; Κά[σ]σιος *supplendum esse coniecit Dessau Z. f. Num. 22, 202),* Ti. Claudii Dryantiani Antonini ex (Avidia Cassia) Alexandria filius *IGR 3, 500 II v. 78 sq. (v. infra n. 859).* Senatorii ordinis *ib. II v. 67 sq., ubi* proavus eius *dicitur* ἐπί[παππος συν]κλητικῶν *Cf. vita Avid. Cassii 13, 6* vixerunt igitur posteri Avidii Cassii securi et ad honores admissi sunt *(scriptoris verba quae sequuntur § 7* sed eos Commodus — — — omnes vivos incendi iussit quasi in factione deprehensos *absurda sunt).* *Gr.*

829 Ti. Claudius Celsus Orestianus, (Ti.) Claudi Polemonis *(infra n. 963)* filius, tribu Quirina, maritus Flaviae Lyciae, archiereus Asiae templorum (duorum Romae et Augusti) Pergamenorum, honoratus publice *t. Cibyratico Denkschr. Ak. Wien. 45, 1, 3, 8 = IGR 4, 908. Cum Pergamenorum secunda neocoria memoretur, tit. positus est inter Hadriani et Caracallae aetatem.* *St.*

830 **Cl(audius) [C]ensorinus,** vir egregius (ὁ κράτιστος), procurator Augusti (provinciae Thraciae) a. 184/5 *t. Nicopolitanus ad Istrum IGR 1, 573 (cf. 1417) = Rev. arch. 10 (1907), 417, 5.* *St.*

831 Claudius Charax. *Tituli Pergameni Wiegand Abh. Berl. Ak. 1932, 5, 48, 13 (1); 52, 4 (2), cf. Hepding Philol. 88, 93. Nomen gentile in titulis, apud scriptores* Charax.

Origine Pergamenus, philosophus, sacerdos *(Asclepii sine dubio) Suid. s.* Χάραξ. Pergami propylon *(cf. Wiegand l. l. 7—11)* dedicavit *t. 1,* imperatori Pio posuit *t. 2.* Scripsit Ἑλληνικῶν libros quadraginta *Suid.* et Χρονικά *non minus libris undecim. — Idem videtur memorari* Charax *M. Antonin.* εἰς ἑ. *8, 25, 2. Fragmenta collegit Jacoby FGrHist 103. Cf. Schwartz RE 3, 2132 sq., 19. Christ-Schmid 2*[6]*, 762 sq.* *St.*

832 [C]laudi[us] Chionis, filius Claudi Philostrati *(stemma familiae eius nobilis Milesiae dedit Haussoullier Rev. de phil. 44, 68)*, praefectus fabrum Romae, tribunus *(legionis vel cohortis)* Alexandreae, comes (συν[έ]γδημος) ad aerarium delatus [M]essallae proconsulis Asiae, apud quem unus simul muneribus functus est ab epistulis, a responsionibus ad legationes *(vel* a rescriptis), ab edictis ([μ]όνος ὁμοῦ π[ίσ]τιν ἐπιστο[λῶ]ν, ἀποκρ[ιμ]άτω[ν], διαταγμάτ[ων], κλήρου, *ubi vox ultima obscura est, nisi errore scripta pro* καιροῦ) *t. Milesius Ditt. Or. Gr. 494 = D. 8860.* *St.*

833 Claudius Chrestus, vir egregius, p(atronus) p(erpetuus) civitatis Hadrumetinae vixit annos LV *t. sepulcralis Compt. rend. 1911, 515 = Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 59.* *St.*

834 TI. CLAVDIVS CLAVDIANVS *posuit t. Pannonicum III 3387 (1); ei positus est t. Calamensis VIII 5349 = Gsell ILA 279 (2) mutilus et minus accurate descriptus; memoratur in titulis Rusicadensibus VIII 7977 = D. 1146 (3)* uxori, *VIII 7978 = D. 1147 (4)* sorori *positis, in t. III 905 (5) Potaissensi, in columnis miliariis Pannoniae inferioris III 3745 (6), 10616 (7). Kuzsinszky Aquincum (1934) 192, 500 (8).*

Tria nomina exhibent t. 1. 4—8. Cl. Claudianus *t. 3.* .. Cl....... Claudia .... *t. 2. — Origine sine dubio Africana, fortasse Cirtensis fuit (cf. t. 3. 4).* T[i. f.] *t. 2* (P. f. *legerunt priores in nomine sororis t. 4 vix recte, cf. Gsell l. l. adn.).* Quirina (tribu) *additur nomini sororis t. 4. Nescio an loco equestri natus a Septimio Severo inter tribunicios adlectus sit (cf. Stein Ritterst. 287. 319, 5); potest idem esse* Ti. Claudius Claudianus, praefectus cohortis I Bracaraugust(anorum), qui Dianae Nemorensi aram dedicavit *Naronae III 1773 = D. 3245.* Clarissimus vir *t. 2. 4 (cf. infra).* Candidatus Aug. (Auggg. *minus accurate t. 4)* et eis devotissimus praetor tutelarius *t. 4. [2].* Legatus legionis XIII geminae et V Macedonicae piae *t. 4 cf. t. 2;* legatus Aug. legionis V Macedonicae a. 195 sub P. Septimio Geta legato Aug. pr. pr. *t. 5.* Praepositus vexillationum Daciiscarum *(sic) t. 4 cf. t. 2.* Legatus Auggg. *(sic)* pr. pr. c(larissimus) v(ir) consul(aris) provinc(iarum) et exerc(ituum) Pann(oniarum) inferior(is) et superior(is) *t. 4;* co(n)s(ularis) duarum Pannoniarum *t. 3 cf. t. 2, unde noli colligere Claudianum post consulatum provincias Pannonias duas simul rexisse (cf. Ritterling Arch. epigr. Mitt. 20, 36 sq.; Archaeol. Ertesitö 41, 293). Immo fuit* legatus Aug. *(t. 1;* Augg. *t. 6. 7. 8)* pr. pr. (Pannoniae inferioris) *a. 196/197 t. 1,* a. 198 *t. 6. 7 (in locum eius videtur successisse L. Baebius Caecilianus v. supra B 14), consul suffectus (vel adlectus inter consulares) a. c. 199, postea* legatus Aug. pr. pr. Pannoniae superioris. *Tempus legationis huius inde fere efficitur, quod a. 201 Fabium Cilonem, a. 207 Egnatium Victorem huic provinciae praefuisse constat.* — Sacerdos Laurent(ium) Lavinat(ium), sacerdos septem[vir] epulonum *t. 4 cf. 2.* — [P]omponia Germanilla uxor *t. 3.* Claudia Gallitta soror *t. 4 (v. n. 1095). Gr.*

— T. FL(AVIVS) CLAVDIVS CLAVDIANVS.

835 **Claudius Clemens,** procurator Vespasiani Corsicae *X 8038*, praefectus classis (Alexandrinae) a. 86 *dipl. mil. III p. 856 (et p. 1064. 1964).* *St.*

836 C. (?) CLAVDIVS CLEMENS (... ς Κλαύδιος Κλήμης), C. Claudii Clementis Liciniani *(qui sequitur)* et Claudiae Iuliae *(vel* Viliae) Proculae filius *IGR 3, 500 III v. 24 sq.* *Gr.*

837 C. CLAVDIVS CLEMENS LICINIANVS (Λικιννι[α]νός *t.)*, ὑπατικός (consul *suffectus a. inc. aetate fere imp. Commodi)*, maritus Claudiae Iuliae *(an* Viliae?) Proculae *(n. 1098)*, pater (C. ?) Claudii Clementis *IGR 3, 500 III v. 21 sq. t. mausolei Oenoandei; cf. stemma propositum sub n. 776. Idem fortasse memoratur in t. Ephesio* Ulpii Lolliani Onesimi [πρ]ογόνων ὑ[πα]τικῶν Κλήμεντος κ[α]ὶ Κλημεντε[ί]ν[ο]υ *Forsch. Ephes. 3, 106, 17.* *Gr.*

838 TI. CLAVDIVS CLEOBVLVS *(potius quam* Cleoboles, *cf. infra) memoratur in titulis Ephesio (adhuc inedito)* filii *(1)*, *Allifano (deperdito) IX 2334 = D. 1134 (2)* neptis. — Τιβερίου Κλ. Κλεοβούλου *t. 1.* Tib. Claudi Cleobolis [s]en(ioris) *t. 2. Ex t. 1 collato t. Gortynio Riv. Ist. d'arch. 1, 153, 5, in quo filius eius nominibus* Κλ. Ἀκείλ. Κλεόβουλος *utitur (v. n. 768), videtur colligi posse* Cleobulus, *non* Cleoboles *rectam nominis formam fuisse. — Origine Ephesius ut videtur.* Ὁ λαμπρότατος *t. 1.* Consul *t. 2 suffectus a. inc. saec. III ineuntis.* — Maritus Aciliae Fristanae *(vel* Frestanae) *e gente Glabrionum t. 1;* pater Cl(audii) Acilii Cleobolis *(vel potius* Cleobuli) *t. 2 cf. 1 (ubi nomen filii periit);* avus Aciliae Gaviniae Frestanae *t. 2. Cf. stemma supra vol. 1 p. 12 propositum.* *Gr.*

839 **Claudius Cleogenes,** ὁ κράτιστος, epistrategus (Heptanomiae) a. 241 *Mitteis Chrest. 93 (= P. Lips. 32, 9 et P. Strassb. 41, 18).* *St.*

840 Ti. Claudius Cleonymus, Heracliti filius, tribu Quirina, frater C. Stertini Xenophontis *(civitate donatus ab imperatore Claudio, cum Xenophontis patronus esset C. Stertinius Maximus cos. ord. a. 23)*, tribunus militum legionis XXII primigeniae in Germania *tit. Cous Ditt. Syll.³ 805 = IGR 4, 1060.* Uxor Claudia Phoebe *ib. Stemma vide infra n. 959.* *St.*

841 CLAVDIVS [CO?]GIDVBNVS, r(ex?), lega[tus] Augusti n(ostri) (?) Brit(anniae) *t. Regnensis VII 11 et p. 305. Plane incertum, num significetur* rex Cogidumnus *Tac. Agr. 14.* *St.*

842 **Claudius Constans,** procurator Augusti (Mauretaniae Caesariensis), cuius ducatu instantiaque victoria contra Musulamios civitatesque alias parta est *VIII 9288. Saec. III ut videtur.* *St.*

843 .. VS CLAVD[IVS] ..... CORNELI[ANVS?]. *Titulum mutilum Pompeiopoli Paphlagoniae rep. IGR 3, 134 in hunc fere modum restituerunt editores:* .. ον Κλαύδ[ιον] ..... [ὑ]πατικοῦ [υἱὸν] ..... Κορνηλι[ανὸν ...... ἀρχι]ερέα Σε[β(αστῶν?), τῶν δέκα ἀνδ]ρῶν ἐπ[ὶ Ῥώμης] (= X virum stlitibus

iudicandis; *magis cogitaverim de munere triumviri monetalis),* [χ]ιλίαρχον [πλατύσημον] λεγ(ιῶνος) γ' Κυρ[ηναικῆς, τα]μίαν τοῦ [Καίσαρος] ἀποδεδ-[ειγμένον, τὸν] πάτρων[α καὶ σωτῆρα καὶ εὐεργέ]την καὶ κτ[ίστην τῆς πόλεως ἡ] πατρί[ς] *cet. Dubium mihi non videtur, quin hic iuvenis originis consularis summis honoribus affectus a civibus suis pertineat ad domum consularem Claudiorum Severorum Pompeiopoli oriundam vel certe de Pompeiopolitanis optime meritam (cf. infra n. 1023 sqq.); notandum quoque eum tribunatu militari functum esse in provincia Arabia, cuius primus post Arabiam provinciam constitutam legatus conditor huius domus fuerat (v. infra n. 1023). Neque video cur negandum sit in lapide fuisse* [Γναῖ]ον Κλαύδ[ιον Σεουήρου ὑ]πατικοῦ ..... [υἱὸν] Κορνηλί[α (tribu) Σεουῆρον] *vel* [Γναῖον Κλαύδιον Σεουῆρ]ον Κλαυδ[ίου Σεουήρου ὑ]πατικοῦ .... [καὶ] Κορνηλί[ας .... υἱόν], *scil. cogitandum de* Cn. Claudio Severo cos. II a. 173, *quem* πάτρωνα καὶ κτίστην Pompeiopolitanorum *fuisse constat (v. n. 1024). Gr.*

844 Claudius Cossus, unus e legatis Helvetiorum a. 69 ad Vitellium missis, qui civitati Aventico impunitatem impetraverunt *Tac. h. 1, 69. St.*

845 CL(AVDIVS) DEMETRIVS, ἀνθύπατος τῆς Ἀχαΐας καὶ πρεσβ(ευτὴς) Σεβ(αστοῦ) καὶ ἀντιστράτηγος καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν ἐλευθέρων πόλεων (*i. e.* proconsul Achaiae simulque legatus Aug. pr. pr. missus ad corrigendum statum civitatium liberarum Achaiae), pater Claudiae Baebiae Baebianae, quae publice honoratur *t. Olympico Inschr. v. Olympia 941. Idem potest esse is qui sequitur. Gr.*

846 M. CL(AVDIVS) DEMETRIVS, ὁ λαμπρότατος ὑπατικός, *(consul suffectus a. inc.),* legatus Augustorum (Severi et Antonini) pr. pr. (Bithyniae et Ponti) *IGR 3, 6 t. Nicomedensis* Iuliae Domnae *positus. Ex nominibus Augustae fortasse licet colligere Demetrium sub initium imperii Severi et Antonini provinciae praefuisse. — Qui quominus idem intellegatur atque is qui praecedit, non obstat, quod ille legatus dicitur Augusti non Augustorum. Gr.*

847 **Tib. Cl(audius) Demetrius,** domo Nicomedia, vir egregius, procurator Augustorum nostrorum (Alpium maritimarum), item (procurator) ducenarius episcepseos chorae inferioris *(sc. Aegypti; de hoc officio disputavi Charisteria Rzach, 1930, 176—180) t. Cemenelensis V 7870 (et Pais Suppl. Ital. 1015) = D. 6762. — Idem fortasse* Tib. Cl. Demetrius, miles frumentarius legionis XV Apollinaris, postea centurio *VI 36853. Filius eius videtur is qui praecedit. St.*

848 Claudius Demianus, ascitus a Fortunato liberto L. Antistium Veterem a. 65 accusavit, a quo proconsule Asiae ob flagitia vinctum Nero in praemium accusationis exsolvit *Tac. a. 16, 10. St.*

849 Ti. Clau(dius) Demostratus. *Tituli Attici IG 2/3², 1132 (=Ditt. Syll.³ 692 B) v. 40 (1). 2342 (2). 3609 (3). 3613 (4). 4088 (5). Eleusinius 4071 (6).*

Τιβ. Κλ. Δημόστρατος *t. 3.* Κλαυ. Δημοστράτου *t. 5. 6, ceterum* Demostratus. Filius Ti. Claudi Sospidis *t. 2, cf. IG 3, 677,* Atheniensis pago Melitensis *t. 6, cf. 3. 4.* Causam egit adversus Herodem (Atticum) *Philostr. v. soph. 2, 1, 8 p. 63 sq.* Cum in contione Atheniensium is et (Aelius) Praxagoras et (M. Valerius) Mamertinus societate facta cum (Iulio) Theodoto in Herodem invecti essent, hic eos in ius vocavit; Athenienses hi Sirmium ad imperatorem Marcum effugerunt, qui non illum quidem ipsum, sed libertos eius damnavit *ib. 2, 1, 11. 13 p. 67—69. 71; 2, 2 p. 73 sq. Quarum inimicitiarum, quae, cum Quinctiliis Achaeam administrantibus (circa a. 150) coeptae essent, usque ad bellum quod Marcus Sirmii degens (intra a. circiter 170 et 174) contra Germanos et Sarmatas gessit permanserunt, narratio a Philostrato in brevius contracta est.* Archon Athenis *t. 1. 6. (De tempore cf. Graindor Chronologie des archontes 140 sq., 104).* Uxor Philiste, filia Aeli Praxagorae, *adversarii Herodis (v. supra) t. 2,* filii (Claudia) Praxagora *ib.,* Claudius Philippus *t. 5,* Ti. Claudius Lysiades *t. 4,* (Claudia) Philippe *t. 6,* fratres Ti. Claudius Lysiades *t. 3,* qui fuit socer Iuli Theodoti sophistae (*v. supra*) *IG 3, 680; t. Eleusinius mutilus* Ἐφημ. ἀρχ. *1896, 38, 25,* Ti. Cl. Leonidas *t. 3,* soror Cl(audia) Philippe *t. 6.* E Philippe filia avus Menandrae, quae dicitur ἀδελφιδῆ C. Claudi Titiani (Demostrati) senatoris *(v. infra n. 1044) t. 6. Quare in titulo Demostrati potius quam unius e fratribus eius IG 3, 677 supplendum esse crediderim* [συγγενῆ] συνκλητικῶν *pro* [τὸν ἀπὸ]. *Noli confundere eum cum Demostrato (Petiliano? cf. Hauler Wien. St. 28, 170) Fronto ad Antonin. imp. 2, 8 p. 111 N. = 2, 220 Haines; ad Verum 2, 9 p. 137 N. = 2, 234 H., cf. Graindor Un milliardaire antique. Hérode Atticus et sa famille (1930), 78 sq., qui recte eos distinxit.*

Subieci stemma (quod plenius composuit Graindor Bull. hell. 38, 428/429). St.

850 Claudius Didymus, grammaticus graecus, scripsit περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ, περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας, ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλέωνος *alia Suid. s.* Δίδυμος *874 Adler, cf. Cohn RE 5, 473, 10. St.*

851 CLAVDIVS DIOGENES. *Tituli Aphrodisienses:* fratri posuit *CIG 2805 b (1),* qui in vicem ei dedicavit *ib. 2805 a = Wadd. 1615 (2); memoratur in t.* consobrinae *CIG 2819 b add. p. 1115 = Wadd. 1597 (3).* — Κλαύδιος Διογένης *t. 3.* Διογένης *t. 1. 2.* — *Aphrodisiade oriundus.* Frater L.(?) Claudii Attali *(n. 796), filius ergo* L. Antonii Claudii Dometini Diogenis *(n. 853).* Consobrinus Claudiae Antoniae Tatianae *(n. 1071) t. 3.* — Συνκλητικός *t. 3. Cf. n. 796.* — *Ab hoc diversus* [... Κλ.] Διο[γένης ... Κλ. Ἀτ]τάλου υἱ[ός] *t. mutilus Aphrodisiensis Rev. ét gr. 19, 122, 49. Gr.*

852 **Claudius Diognetus.** *Papyri graecae: P. Paris. Wilcken Chrest. 81 (1). P. Flor. 278 col. I 8. IV 21 (2). P. Giss. 48 = Wilcken Chrest. 171 (3). P. Hamb. 11 (4). P. Oxy. 8, 1113 (5).* Claudius Diognetus *p. 1. 5;* Κλαυλίου

(sic) Διοκνή . . . *p. 4; ceterum* Diognetus. Ὁ κράτιστος *p. 2—5,* ἐπίτροπος *p. 1. 2. 4. 5,* διαδεχόμενος τὴν ἀρχι[ερ]ωσύνην *(= vice archiereos Aegypti). Videtur fuisse procurator usiacus.* A. 197 *p. 1,* a. 202 *p. 4,* a. 202/3 *p. 3. 5,* a. 203 *p. 2, cf. P. Arch. 4, 165—167; 6, 215. Idem fortasse* κράτιστος Diognetus, *ad quem data est epistola Ps. Iustini ed. Gebhardt-Harnack patr. apost. op. 1, 216 sqq. = Wilamowitz Gr. Leseb.⁵ 357—363.* *St.*

853 L. Antonius Claudius Dometinus Diogenes. *Tituli Aphrodisienses: publice honoratus CIG 2777 (1), memoratur in t. Attali filii CIG 2781 b p. 1111 = Wadd. 3, 1596 (2) et CIG 2843 (3). Rev. ét. gr. 19, 260 sq., 154 (4). 155 (5). Plena nomina exhibet t. 2;* Λ. Ἀν. Κλ. Διογένους Δομετείνου *t. 5;* Λ. Ἀ. Κλ. Διογένους *t. 3;* Διογένους *t. 4;* . . . . τεῖνον Διογένην *t. 1.* Filius Ti. Cl. Hermiae Dometini *t. 4, cf. CIG 2781 c (p. 1112).* Στεφανηφόρος *t. 4. 5,* τὸ ζ̄ *t. 3.* Ἀσίας ἀρχιερεύς, νομοθέτης *t. 1. 2,* γυμνασίαρχος δι' αἰῶνος *t. 1.* Pater L. (?) Claudi Attali senatoris *(n. 796) t. 2, ergo et Claudi Diogenis (n. 851).* *St.*


854 CL(AVDIVS) DOMITILLIANVS PROCVLVS (Δομετιλλιανὸς Πρόκλος *t.),* ὁ κράτιστος συνκλητικός, ἱερεὺς τοῦ πατρῴου Διονύσου, honoratur publice *t. Sagalassensi IGR 3, 356.* Civis Sagalassensis *t. — II saec. ut videtur.* *Gr.*

— [Ti.] Claudius Doryphorus *v.* Doryphorus.

855 TI. CLAV(DIVS) DRACO *memoratur in t.* sororis *Inscr. Br. Mus. 3, 562 (1) Ephesio,* matris *IG 12, 1, 95 = IGR 4, 1127 (2) Rhodio.* — Τιβ. Κλ. Δράκων *t. 1.* Τιβέριος Κλαύ. Δρά . . . *t. 2.* — Ti. Claudii Hermiae *(n. 885)* et Aeliae Pithiadis filius *t. 1. 2;* Claudiarum Sosipatrae, Theonidis, *tertiae, cuius nomen in t. periit, frater t. 1.* — Ὁ κράτιστος *t. 1;* [ὁ λαμπρ]ότατος ὑπατικός *t. 2. Consul suffectus a. inc. saec. III.* *Gr.*

856 (CLAVDIVS) DRVSVS, filius Claudii, qui postea imperavit, et Plautiae Urgulanillae *Suet. Claud. 27, 1 (qui unus e scriptoribus nomen ponit; notandum est id praeterea traditum esse in anonymi* περὶ τοῦ Καισαρείου γένους *ed. Lambros* Νέος Ἑλληνομνήμων *1, 1904, 152).* A. 20 destinata est ei filia Seiani (Aelia Iunilla *supra A 297) Tac. a. 3, 29 (cf. 4, 7. 39);* desponsa ei filia Seiani *Dio 58, 11, 5; exc. 60, 32, 1.* Decessit paucis diebus postquam filia Seiani ei desponsa est, piro per lusum in sublime iactato et hiatu oris excepto strangulatus *Suet. l. l. (ubi pro* pompeium puberem *Lipsius* Pompeis impuberem *coniecit nescio an recte). Memoratur ut mortuus Dio exc. 60, 32, 1.* P. Plautius Pulcher, frater Urgulanillae, *dicitur* avonculus Drusi, Ti. Claudi Caesaris Augusti fili *t. Tiburtinus XIV 3607 = D. 964.* *St.*

857 NERO CLAVDIVS DRVSVS, *post mortem* NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS. *Tituli Vicetinus V 3109 (1), Brixianus V 4310 (2), Saepinas IX 2443 = D. 147 (3), Antiochenus Pisidiae Journ. Rom. Stud. 2, 100, 32 (4), Epidaurenses IG 4, 1², 595 (5). 596 (6), Olympicus Inschr. Olymp. 369 (7). Honoratus ab Atheniensibus IG 3, 443 = 2/3², 3249 (8). Fragmen-*


Aelius Praxagoras
Ti Claudius Sospis
Ti. Claudius Lysiades
Cl. Philippe
Ti. Cl. Leonidas
Ti. Clau. Demostratus ~ (Aelia) Philiste
(n. 849).
Iulius Theodotus sophista ~ Aelia Cephisodora
Claudius Philippus
Ti. Claudius Lysiades
(Cl.) Philippe
(Cl.) Praxagora ~ Xenagoras
Menandra, ἀδελφιδῆ
C. Claudi Titiani Demostrati
n. 1044.

St.

tum t. urbani Bull. com. 51, 66 = Ann. ép. 1926, 42 (9), quo civitates (Italiae?) eum honoraverunt. VI 31273 = D. 148 (10). Memoratur in miliariis viae Claudiae Augustae a Claudio positis V 8002 (= D. 208) (11). 8003 (12), in t. Gabino domus imperatoriae Claudii XIV 2794 (13), in t. matris Anticariensi II 2038 (14), Superaequano IX 3304 (15), Veleiati XI 1165 (16), in t. Antoniae uxoris Iliensi Wadd. 3, 1039 = D. 8787 (17), Marruvino IX 3663 = D. 149 (18) cet. Elogii in foro Augusti positi pars extat Not. d. sc. 1933, 460, 82 = Ann. ép. 1934, 151. Nummi caput eius et nomen exhibentes imperante Claudio signati RIC 1, 128, 58; 131. Mattingly Br. Mus. 1, 178 sq. 181 sq. 186 sq. 192—194. 199, sub Tito RIC 2, 145, 225. Mattingly Br. Mus. 2, 288, 292.

Praenomen ei olim fuit Decimus, mox Nero *Suet. Claud. 1, 1*, defuncto senatus decrevit Germanici cognomen ipsi posterisque eius *ib. 1, 3, v. infra. Inde plene nominatur* Nero Claudius Drusus Germanicus *in nummis et t. 3. 4. [11] et in elogio*, Drusus Germanicus *t. 14. 15 et in titulis filii V 24. 6416 = D. 198. 107.* Nero Claudius Drusus *t. [1.] 2. 5. 7. 8. 9. 16;* Drusus Claudius Nero *t. 6;* Drusus Claudius *t. 17;* Claudius Nero .... *t. 18;* Drusus *t. 11—13 et passim in titulis imperatoris Claudii et uxoris et in titulis Atticis sacerdotum Drusi (v. infra). In consulatu* Nero Claudius Drusus Germanicus *VI 37063;* Nero Claudius Drusus *Dio ind. l. 55. VI 457 (et 30771) = D. 93;* Nero Claudius .... *VI 31702;* Drusus Nero *Cassiodor. Chron. min. 2, 135. Apud scriptores* Claudius Drusus Nero *Dio 48, 44, 4;* Drusus Germanicus *Val. Max. 4, 3, 3. Sen. ad Polyb. 15, 5. Strabo 7, 291. Tac. h. 5, 19; Germ. 34. Plin. epist. 3, 5, 4;* Nero Drusus *Porphyr. c. 4, 4, 1;* Claudius Drusus *Flor. 2, 22. Tac. a. 1, 3. Oros. 6, 21, 12;* Drusus Claudius *Vell. 2, 95, 1; 97, 2; ceterum* Drusus. *Hic et Tiberius frater qui postea imperavit nuncupantur* Nerones *Hor. c. 4, 4, 28; 4, 14, 14 et Porphyr., item consol. Liv. 1. 145. 383. Suet. Tib. 4, 3:* Tiberius Drususque Nerones.

Filius Ti. Claudi Neronis et Liviae Drusillae, quae gravida C. Caesari (postea Augusto) nupta intra mensem tertium eum peperit fuitque suspicio ex vitrico per adulterii consuetudinem eum procreatum esse *Suet. Claud. 1, 1; Tib. 4, 3 (cf. Aug. 62, 2). Vell. 2, 95, 1. Dio 48, 44. Tac. a. 1, 10, cf. 5, 1.* Ti. filius *t. 2. 3. 5. 7. 8. 10. elog. Dio ind. l. 55.*

A. 38 C. Caesar Liviam duxit *Dio 48, 43, 6*, statim post divortium *(a. 39 Dio 48, 34, 3)* cum Scribonia factum *Suet. Aug. 62, 2*, Tiberio (qui natus est d. 16 Nov. a. 42 a. C.) trimo *Vell. 2, 94, 1*, a. d. XVI kal. Febr. *fasti Verulani Not. d. sc. 1923, 196, i. e.* die 17 Ian. a. 38. Natalis Drusi idem fuit atque M. Antoni triumviri *Suet. Claud. 11, 3, cf. Dio 60, 5, 1, cuius natalis est a. d. XIX kal. Febr. fasti Verul. l. l.*, natus igitur est Drusus d. 14 m. Ian. anni 38, defunctus d. 14 Sept. *(v. infra)* a. 9 annum agens tricesimum *Vell. 2, 94, 3.* Liviae iam erant filii Tiberius et Drusus *epit.*

de Caes. 1, 23. Sed dissentiunt auctores, cum praegnantem Liviam abductam esse a Caesare tradant (Suet. Aug. 62, 2; Tib. 4, 3. Tac. a. 1, 10. Porphyr. c. 4, 4, 27–28) et intra Caesaris penates enixam esse (Vell. 2, 95, 1. Tac. a. 5, 1. Dio 48, 44, 4), quamquam Suet. Claud. 1, 1, cum intra mensem tertium eam peperisse Drusum dicit, versiculo quodam quod affert (eundem Dio 48, 44, 5) ad hanc opinionem perductus videtur esse, et Dio quod narrat 48, 44, 3 Liviam epulis nuptialibus praesentem adfuisse, id minime credendum est, si tribus diebus ante filium peperit. Totam quaestionem tractavit Carcopino Rev. hist. 161, 225—236 nec tamen absolvit.

Caesar puerum patri remisit, qui postea moriens ipsum tutorem reliquit *Dio 48, 44, 4. 5.;* ab Augusto educatus institutusque *Hor. c. 4, 4, 26–28. Porphyr.* A. 19 Augusto auctore senatus decrevit, ut Druso quinque annis maturius quam per leges liceret honores petere *Dio 54, 10, 4. Tac. a. 3, 29, ut vicesimo pro quinto et vicesimo vitae anno quaestor fuerit anno fere 18.* Q(uaestor) *elog.*

Eius et Tiberii fratris nomine Augustus senatu censente anno 16 munera gladiatoria edidit; eodem anno, cum Tiberius praetor Augustum in Galliam comitaretur, Drusus ex senatus consulto in Tiberii locum praeturam gessit *Dio 54, 19, 5. 6 (sed cf. infra). Errore igitur Suet. Claud. 1, 2* 'in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici .... belli'.

Bellum contra Raetos gessit a. 15, quibus victis ornamenta accepit praetoria *Dio l. l. 22, 1—3.* Una cum Tiberio Raetos Vindelicosque adgressus perdomuit *Vell. 2, 95, 2. Liv. per. 138. Strabo 4, 206 (cf. 7, 292). Flor. 2, 22. Suet. Tib. 9, 1. Dio l. l. 4. 5. Hor. c. 4, 4, 1—28; 14, 8—24 (cf. Suet. v. Hor. p. 46 Reiff. Porphyr. 4, 1, 1; 4, 4, 1; 4, 14, 7—9. 34—35). consol. Liv. 15 sq. 175. 385 sq.;* Alpes bello patefecit *t. 12. 13.*

A. 13 Augustus cum Romam redisset, Drusum in Germania *(immo in Galliis)* reliquit *Dio 25, 1;* Drusus in Gallia censum egit *Liv. per. 138. 139. XIII 1668 (= D. 212) II 35 sqq.* A. 12 kalendis Augustis Luguduni aram Romae et Augusti dedicavit *Liv. l. l. Dio l. l. 32, 1. Suet. Claud. 2, 1 (qui diem tradit, in indicando anno 10 errare videtur, cf. Hirschfeld CIL XIII p. 227).* Germanos Rhenum transgressos reppulit et bellum eorum finibus intulit *Dio l. l.* Res ab eo a. 12 gestae contra Usipetes, Frisios, Bructeros, Chaucos *Dio l. l. 32, 2. 3. Tac. a. 4, 72 (cf. 2, 8); Germ. 34. Strabo 7, 290. 291, Suet. Claud. 1, 2,* fossa ducta, cui inde Drusi(a)nae nomen fuit *ib. Tac. a. 2, 8.*

Ineunte hieme Romam reversus a. 11 praetor urbanus (ἀστυνόμος) factus est, quamquam ornamenta praetoria iam adeptus erat *(cf. supra) Dio l. l. 32, 3; 34, 1;* [p]r(aetor) urb(anus) *elog.;* post praeturam confestim inito consulatu *Suet. Claud. 1, 3 perperam.* A. 11 Usipetes devicit et per Sugambrorum fines ad Visurgim in Cheruscorum terram progressus est, quos perinde subegit ac Tencteros et Chaucos, in reditu apud

Arbalonem *(Plin. n. h. 11, 55)* magno periculo liberatus castella erexit ad Rheni ripam in finibus Chattorum *(Tac. a. 1, 56)* et ad confluentem Elisonis *(Aliso ut videtur, cf. Vell. 2, 120, 4. Tac. a. 2, 7)* Lupiaeque *Dio l. l. 33, 1—4 (cf. Obsequ. 72). Liv. per. 140. Flor. 2, 30. Oros. 6, 21, 15.* Quas ob res ornamentis triumphalibus honoratus ovans urbem ingressus est *Dio l. l. 33, 5. Suet. Claud. 1, 3,* imperium proconsulare, quando praeturam peracturus esset (ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ), accepit, sed imperatoris nomen quo a militibus appellatus est, Augustus ei denegavit *Dio l. l.*, postea tamen Augustus eum imperatorio nomine auxit *Tac. a. 1, 3 (cf. Val. Max. 5, 5, 3), quod in nummis et t. 1. 3 legitur;* imp(erator) [est appellat]us [i]n Germania *elog.* Eodem anno defunctam Octaviam, sororem Augusti, laudatione funebri pro rostris cohonestavit *Dio 35, 5.* A. 10 trans Rhenum bello adversus Chattos aliosque Germanos prospere gesto *Dio 36, 3. Liv. 141* cum Augusto, qui in Gallia Lugdunensi degebat, Romam rediit *Dio 36, 4.* A. 745 = 9 consul cum T. Quinctio Crispino Sulpiciano *fasti (v. supra); t. 1. 3. [elog.]. Vell. 2, 97, 3. consol. Liv. 139. 141. 177. 200. 293. 336. 457 et passim in titulis Atticis sacerdotum Drusi* ὑπάτου *(v. infra).* Fuit et augur *t. 3. 9. elog.* Apud Lingones templum Augusto dedicavit *Cassiodor. Chron. min. l. l.* In Germaniam profectus Chattos debellavit, Sueborum terram invasit, gentem subegit, Marcomannos devicit, inde Cheruscorum agros vastavit, Visurgim traiecit, ad Albim flumen pervenit *Dio 55, 1, 2. consol. Liv. 17—20. 311—314. Liv. 142. Flor. 2, 30.* Inde tropaeis erectis *(cf. Flor. 2, 30, 23. Ptol. 2, 11, 13)* recessit a muliere quasi divina quadam monitus et priusquam ad Rhenum perveniret, morbo absumptus est *Dio 55, 1, 3. 4. Suet. Claud. 1, 2,* in aestivis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata *Suet. l. l. 1, 3* (Nonnulli tradere ausi suspectum eum Augusto interceptum veneno *ib. 1, 4, id quod refellit ipse Suetonius l. l. 1, 5);* inter Rhenum et Salan fluvium *Strabo 7, 291,* ex fractura equo super crus eius conlapso tricesimo die quam id acciderat mortuus *Liv. 142.* Augustus ubi eum periculosa valetudine correptum esse cognovit ad eum Tiberium misit, qui ingenti celeritate profectus vivum etiamtum fratrem convenit *Dio 55, 2, 1. Liv. l. l. Val. Max. 5, 5, 3. Sen. ad Polyb. 15, 5. Plin. n. h. 7, 84. consol. Liv. 89—94.* Drusus mortuus est agens annum tricesimum *Vell. 2, 97, 3; praeterea Sen. ad Marciam 3, 1. Plin. epist. 3, 5, 4. Liv. l. l. consol. Liv. 99. Ovid. ex Ponto 2, 8, 47; fasti 1, 597. Porphyr. Hor. c. 4, 4, 27—28.* Infer(iae) Dr[usi] a. d. XVIII kal. Oct. *fasti Antiates CIL I² p. 248, cf. p. 329.* Tiberius corpus eius pedibus toto itinere praegrediens Romam usque pervexit *Dio 55, 2, 1. Suet. Tib. 7, 3, cf. Claud. 1, 3. Liv. 142. Sen. ad Marciam 3, 1. 2. consol. Liv. 171—177.* Augustus asperrimo hiemis Ticinum usque progressus non abscedens a corpore simul urbem intravit *Tac. a. 3, 5.* Corpus in campo Martio crematum in mausoleo Augusti conditum est *Dio 55, 2, 3. Liv. per. 142. Suet. Claud.*

1, 3. consol. Liv. 67 sqq. 161 sqq. 217—266. Laudationem eius funebrem habuit Tiberius in foro, Augustus in circo Flaminio *Dio 55, 2, 2 (immo in circo Flaminio Tiberius, quippe cui pomerium intrare nondum liceret ib.). Liv. 142. Tac. a. 3, 5. consol. Liv. 209;* Augustus defunctum pro contione laudavit nec contentus elogium tumulo *(v. infra)* versibus a se compositis insculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit *Suet. Claud. 1, 5. Elogium in foro Augusti positum v. supra.*

Germanici cognomen ipsi posterisque eius senatus decrevit *Suet. Claud. 1, 3. Dio 55, 2. 3. Flor. 2, 30, 28. consol. Liv. 337 sq. 457. Ovid. fast. 1, 597; trist. 4, 2, 39. Porphyr. Hor. epist. 1, 3, 1, v. supra.* Res a Druso in Germania gestae *brevi comprehenduntur Vell, 2, 97, 2. 3. Sen. ad Marciam 3, 1; ad Polyb. 15, 5. Plin. epist. 3, 5, 4. Flor. 2, 30. Oros. 6, 21, 12. 15. 16; 7, 32, 12. Tac. Germ. 37. Eutrop. 7, 9. Anonymi* περὶ τοῦ Καισαρείου γένους *ed. Lambros* Νέος Ἑλληνομνήμων *1 (1904), 150. XIII 1668 (= D. 212) col. II 36:* patri meo Druso Germaniam subigenti. Senatus inter alia arcum cum tropaeis via Appia decrevit *Suet. Claud. 1, 3, cf. not. reg. I; idem videtur significari Dio 55, 2, 3. Suet. Claud. 46:* monumentum Drusi; exercitus honorarium ei tumulum *(v. supra et VI 31199 a 15:* [tumu]lum Drusi) excitavit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret Galliarumque civitates publice supplicarent *Suet. Claud. 1, 3 (prope aram Ubiorum, cf. Kornemann Mausoleum 83);* cenotaphio ad Rhenum honoratus *Dio l. l.;* apud Mogontiacum monumentum *Eutr. 7, 13, 1 (aut minus accurate aut diversum intellegitur), cf. Riese Ber. röm. germ. Komm. 8, 3, 74a.* Veterem aram Druso sitam haud procul a saltu Teutoburgiensi *(fortasse eo loco quo mortuus est Drusus)* a Germanis disiectam restituit Germanicus a. 16 honorique patris ipse cum legionibus decucurrit *Tac. a. 2, 7.* Praeter fossam Drusianam *(v. supra)* et agger coercendo Rheno ab eo inchoatus *Tac. a. 13, 53; h. 5, 19.* Ab eo nomen traxit in Germania in Tungris pes Drusianus *Hygin. de cond. agr. p. 86 Th.* Herodes rex Iudaeorum ab eo nomen dedit Drusium turri insignissimae portus Caesariensis *Ios. bell. 1, 412; ant. 15, 336.* Ἀρχιερεῖς Δρούσου ὑπάτου iidemque archontes eponymi *passim in titulis Atticis usque ad Hadriani tempora, cf. Graindor Chronol. des archontes 18 sq.; Athènes sous Auguste 157.*

Ingenium ac mores *Vell. 2, 97. Suet. Claud. 1.* Favor populi Romani in eum *Tac. a. 2, 41; 6, 51.* Credebatur civilis animi fuisse nec dissimulasse umquam pristinum se rei p. statum, quandoque posset, restituturum *Suet. Claud. 1, 4; Tib. 50, 1. Tac. a. 1, 33; 2, 82.*

Uxor Antonia minor, filia triumviri *(supra A 885),* liberi Germanicus, Livilla *vel* (Claudia) Livia Iulia, Claudius qui postea imperavit.

Amicus Sex. Vistili *Tac. a. 6, 9. Memoratur praeterea Tac. a. 1, 41. 43; Germ. 34. 37. Suet. Aug. 71, 3 (nomine non apposito). Oros. 7, 32, 12.*

Claudian. consul. Stil. 1, 193; paneg. de IV. consul. Honor. 455. Incertum utrum eius an Drusi Caesaris et eius uxoris meminerit Iunior poeta tit. gr. Sinuessanus IG 14, 889 = IGR 1, 408, neque magis certum, ab utro eorum aqua Drusi *appellata sit, quae* inventa perductaque est a Druso *Pol. Silv. 1, 546 M. Drusi Caesaris potius quam eius, postea* Ti. Caesaris Augusti et Liviae liberti et servi Drusiani *Huelsen Röm. Mitt. 3, 224. Hunc Drusum celebrari a Diodoro anth. Pal. 9, 405 magna cum probabilitate censet Cichorius Röm. Stud. 300 sq. Memoratur nomine non posito anth. Pal. 6, 244 (= Geffcken Griech. Epigr. n. 343) v. 5.* *St.*

— NERO CLAVDIVS DRVSVS = DRVSVS IVLIVS CAESAR.

— NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS CAESAR = NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS *(vulgo* imperator Nero) *vide* L. DOMITIVS AHENOBARBVS.

— Ti. Claudius Drusus *vide* TI. CLAVDIVS NERO GERMANICVS *(vulgo* imperator Claudius), *infra n. 942.*

858 Claudius Dryantianus, Pataranus, Lyciarcha, pater consularis (Ti. Claudii Agrippini, *n. 776, ubi stemma proponitur)*, socer et avus et proavus senatorum, maritus Iuliae Lysimachae. Filia Claudia Helena. *Oenoandis in monumento sepulcrali Licinniae Flavillae Denkschr. Wien. Ak. 45, 1, 42 sqq., 60 = IGR 3, 500, col. 2, 63—73.* *St.*

859 TI. CLAVDIVS DRYANTIANVS ANTONINVS *memoratur in t. Oenoandeo genealogiam Liciniae Flavillae exhibente IGR 3, 500.* — Τιβέριος Κλαύδιος [Δρυ]αντιανὸς Ἀντωνεῖνος *ib. II v. 75 sq.* Δρυαντιανὸς Ἀντωνεῖνος *ib. v. 78 sq.* Druncianus *vita Marci 26, 12.* Druentianus *vita Avid. Cassii 9, 3 (his locis* Dryantianus *reponendum esse perspexit Hirschfeld).* Dryantianus (Depitianus *vel sim. libri plerique, alii* Driantianus) *cod. Iust. 9, 8, 6 pr. (restituit Dessau Zeitschr. f. Num. 22, 202).*

Ti. Claudii Agrippini *(n. 776)* et Aeliae Platonidis filius *tit.* Uxor (Avidia Cassia) Alexandria, C. Avidii Cassii filia *vita Marci 26, 12. vita Cassii 9, 3 cf. ib. 10, 10; 11, 4; 12, 6 sq. in epistulis fictis (in titulo nomen uxoris contra usum ceteroquin adhibitum omittitur).* Senator *vita Cassii 9, 4. cod. Iust. 9, 8, 6 pr.;* avus eius dicitur πάππος [κ]αὶ ἐπί[παππος συν]κλητικῶν κ[α]ὶ ὑπα[τικῆς γενεᾶ]ς *tit. II v. 67 sq.* Cassiani furoris socius (a. 175) *cod. Iust. l. l. (v. supra A 1402).* Cassio interfecto Dryantianus et Alexandria liberam vagandi potestatem habebant commendati amitae marito *vita Marci l. l.; vita Cassii 9, 3. 4 (ubi perperam traditur* quos quidem (Antoninus) amitae suae marito commendavit), *scil. Claudio Titiano ut putaverim, cuius uxor Claudia Helena soror fuit Agrippini, patris Dryantiani (cf. stemma sub n. 776 propositum).* Divus Marcus bona eius post mortem fisco vindicari iussit *Paulus cod. Iust. l. l.* — Liberi: Claudius Ca[s]sius *(vel* Ca[e]sius) Agrippinus, C[la]udia V[e]ttia Agrippina,

(Claudia) Maeciana Alexandra, Claudia Dryantilla Platonis *titulus II v. 78 sq. III v. 1—4.* *Gr.*

860 Claudius Etruscus *(sic Stat. silv. 1 pr. 3 pr.; ceterum* Etruscus), filius liberti Augusti Smyrnaei; patrem senem amisit *Stat. silv. 3 pr. 3, 3, 60—62. 66—69, cf. 43—46. 142,* matre Etrusca, sorore viri consularis *(Tettii Iuliani?),* multis annis ante defuncta *Stat. silv. 3, 3, 108—137. 207. Martial. 7, 40, 5.* Ipse in ordinem equestrem ante patrem *(a Vespasiano, anno puto 73/4)* ascitus est *Stat. silv. 3, 145.* Patrem a Domitiano relegatum in Campaniam eius precibus commotus imperator revocavit *Stat. ib. v. 154—171. Martial. 6, 83.* De morte patris eum consolati sunt *Stat. silv. 3 pr. 3, 3. Martial. 7, 40.* Balneum ab eo extructum celebrant *Stat. silv. 1 pr. 1, 5 (cf. Apoll. Sidon. carm. 22 epist. 6 p. 336 M.). Martial. 6, 42.* Fratrem eius *memorat Stat. silv. 3, 122, cf. 114. 145. 148. 153 sq. Martial. 7, 40, 3,* item in ordinem equestrem receptum *ib. 145* et patri superstitem *Martial. 7, 40, 3.* *St.*

861 CL(AVDIVS) EVDAEM(ON), *cuius uxor nominari videtur inter* matronas (clarissimas), quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt *VI 32329 v. 18:. . . .* nis Cl. Eudaem . . . . *Vel idem vel necessitudine cum eo coniunctus L. Cl. Iberinus Eudaemon (n. 891).* *Gr.*

862 Claudius Eumolpus, advocatus Flavi Archippi Prusiade, deinde Nicaeae eidem adsistebat in accusando Dione Cocceiano *Plin. ad Trai. 81, cf. 82. Idem potest esse* Claudius Eumolpus poeta, cui Delphi proxeniam decreverunt *Fouilles de Delphes 3, 1, 118 n. 210.* *St.*

863 Claudius Faventinus, centurio per ignominiam a Galba dimissus a. 69 classem Misenensem ad defectionem traxit fictis Vespasiani epistulis *Tac. h. 3, 57.* *St.*

— Claudius Felix *v.* Claudius Vindex.

— Claudius Felix *(errore) v.* Antonius Felix *(supra A 828).*

864 Ti. Claudius Felix, Augusti libertus a rationibus *VI 8413 = D. 7859.* *St.*

865 Ti. Cl(audius) Felix, duovir (coloniae Capuae), amicus L. Ti. Claudi Aureli Quintiani, consulis a. 235 *(v. infra n. 992) X 3850 = D. 1181.* *St.*

866 **Claudius Firmus,** praefectus Aegypti, ὁ λαμπρότατος *P. Oxy. 9, 1194. Idem sine dubio* Claudius Fir . . . [ἡ]γεμών a. 264/5 *Pap. Berol. n. 1463, quam communicavit Wilcken cum Huntio l. l. Cf. eum qui sequitur.* *St.*

867 **Claudius Firmus,** λαμπρότατος ἐπανορθωτής (= corrector) *t. Alexandrinus Ditt. Or. Gr. 711, prorsus alienus a Firmo, qui Aureliano imperante rebellavit, quamquam aliter iudicant Clermont-Ganneau Rev. bibl. 29, 403—406, qui eum correctorem fuisse Vaballathi Augusti coniecit (at mirum esset, cum Augusti nomen in titulo erasum sit, ministri eius integrum esse), et Wilcken S.-Ber. Berl. 1927, 273 sq.; P. Arch. 9, 99. Et nomen huius postea*

adiectum esse Wilcken sine idonea causa posuit; etenim post annum regni indicatum temporis insuper definitio per nomen praesidis vel alius magistratus data in Aegypto ipsa plus semel invenitur. cf. IGR 1, 1176, 1177. 1273 et (die neglecto) ib. 1050. 1057. 1086. 1099 = Ditt. Or. Gr. 673. Recte tamen Wilcken reiecit id quod olim proposui Claudium Firmum correctorem fuisse Augustamnicae; fuit corrector nescio cuius partis Aegypti Diocletiani ut videtur aetate. Nam ante Diocletianum in Aegypto nemo praeter praefectum ipsum vocabulo λαμπρότατος *ornabatur. (Domitius Philippus* ὁ λαμπρότατος στρατηλάτης *Kalén Berl. Leihgabe n. 9 num ad Aegyptum pertineat incertum). Cave putes* ἐπανορθωτής *appellationem eandem esse ac restitutoris (Wilcken P. Arch. l. l. Cantineau Journ. Asiat. 222, 217—220), qua non solum Aurelianus, Domitius Alexander, Licinius, Constantinus, verum in nummis etiam Valerianus, Gallienus, Claudius Gothicus, Probus, Postumus atque iam Hadrianus (cf. Strack Unters. zur röm. Reichspräg. 2, 61 sq.) usi sunt. Appellationem* διασημότατος ἐπανορθωτής *habes infra in Claudio Theodoro aetate Gallieni. — Hic Claudius Firmus neque cum eo qui praecedit neque qui sequitur (qui num diversi sint diiudicari nequit) componendus est.* *St.*

868 **C. Claudius Firmus,** ὁ κράτιστος (= vir egregius), procurator Augustorum provinciae Galatiae, *item* vicesimae hereditatium per Hispaniam Baeticam et Lusitaniam, praefectus vehiculorum per Gallias Lugdunensem Aquitanicam Narbonensem *t. Ancyranus IGR 3, 181. Cf. eum, qui praecedit.* *St.*

869 CLAVDIVS FLAVIANVS, cui divus Pius rescripsit *Ulpian. dig. 5, 1, 2, 3, unde praetor fuisse videtur.* *Gr.*

870 TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS, Ti. Cl(audii) Paulini *(n. 954)* et Cl(audiae) Marciolae *(n. 1106)* filius, honoratur publice a Cibyratis a. 184 *IGR 4, 911. Fortasse pater* Ti. Claudii Paulini *n. 955.* *Gr.*

— TIB. CL(AVDIVS) FLAVIANVS TITIANVS Q. VILIVS PROC(V)LVS L. MARCIVS CELER M. CALPVRNIVS LONGVS *v. infra sub Viliis.*

871 Cl(audius) Flavius Anton(ius) Attalus Perigenes. *Tituli Myonnesi* Μουσ. καὶ βιβλ. σχολ. Σμύρν. *1878/80, 172, 349 (= Wadd. 3, 133 minus plene = Bull. hell. 46, 353, 68 = SEG 2, 644) (1). 350 (2). Rhodius Rev. ét. gr. 16, 184 sq., cf. 419 (3).*

Plena nomina t. 2; Flavius .... es *t. 3;* Perigenes *t. 1.* Ὁ κράτιστος *t. 1—3.* Uxor Claudia Dioclea *t. 2. 3,* filius Anton[ius] Claudius Perigenes *t. 3, filia videtur* (Claudia) Perigenis *t. 1. Vix ad eundem pertinet t. Ephesius Wadd. 172.* *St.*

872 TI. CLAVDIVS FRONTINVS *memoratur in titulis Messenio* patris *IG 5, 1, 1455 (1), Abellinatibus* filiorum *X 1123 = D. 1086 (2), X 1122 = D. 1087 (3), Spartano IG 5, 1, 533 = D. 8831 (4)* filii minoris, *Abellinate* nepotis *X 1124 = D. 1088 (5).*

Ti. Claudius Frontinus *t. 5.* Claudius Frontinus *t. 1. 3.* Cl. Fronti... *t. 2.* Τιβέριος Φροντεῖνος *t. 4.* — *Ex gente nobilissima Messeniorum cf. Paus. 4, 32, 2, ubi* Σαιθίδας *pro* Αἰθίδας *recte emendatur.* Claudii Hostilii Cae[liani?] et (Claudiae) ..... nepos *t. 1;* filius Ti. Claudii Saethidae Caeliani *(infra n. 1004),* qui fuit ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν διὰ βίου *et* Ἑλλαδάρχης ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν διὰ βίου *t. 1 cf. IG 5, 1, 512. 1451, qui t.* M. Aelio Aurelio Vero Caesari *(intra a. 139 et 161)* positus est *(cf. praeterea Amer. Journ. Arch. 1926, 361); ad nepotem eius cognominem (1004 a) hos titulos rettulit Kolbe (ad 1451) haud recte: nihil enim obstat quominus statuamus Saethidam seniorem vitam protraxisse usque ad tempora Antonini Pii; idem videtur* [Σ]αιθίδας vir ditissimus, *qui commemoratur a Pausania l. l.* — Tribu Quirina *(cui adscripti filius et nepos t. 3. 4. 5).* — *In senatum adlectus ni fallor ab Hadriano (nota filios eius cooptatos esse inter sodales Hadrianales).* Consul *t. 2. 3. 5 suffectus a. inc. aetate Antonini Pii ut videtur. Hic potest esse* Claudius Frontinus, ad quem imp. Titus Antoninus rescripsit *Iulian. dig. 4, 2, 18 pr.* — Pater Ti. Claudii Saethidae Caeliani et Ti. Claudii Frontini Nicerati *t. 1—4;* avus Ti. Claudii Saethidae Cethegi Frontini *t. 5.* — *In finibus Abellinatium praedia eum acquisivisse apparet ex titulis filiorum nepotisque X 1122—1124.* *Gr.*

873 TI. CLAVDIVS FRONTINVS NICERATVS posuit una cum fratre imp. Vero a. 164 *t. Messenium III 495 (1);* ei positi sunt publice *tituli Abellinas X 1122 = D. 1087 (2); Spartanus IG 5, 1, 533 = D. 8831 (3) et Argivus IG 4, 588 (4) gemelli scripti inter annos 172 et 175, cum imp. Marco Germanici tantummodo cognomen additum sit; memoratur in t.* avi *Messenio IG 5, 1, 1455 (5), in t. Abellinate* filii *X 1124 = D. 1088 (6).*

Nomina plena extant vel certo restituuntur t. 1—4. Κλαύδιος Νεικήρατος *t. 5.* Ti. Claudius Frontinus *t. 6.* Quirina (tribu) *t. 2. 3.* Ti. Claudii Saethidae Caeliani nepos *t. 5,* Ti. Claudii Frontini cos. filius *t. 2—6,* Ti. Claudii Saethidae Caeliani frater *t. 1. 5 natu minor.* — *Honores usque ad praeturam recensentur in t. 2—4.* X vir stlitibus iudicandis *t. 2* (τῶν δέκα ἀνδρῶν τῶν τὰ φονικὰ δικασάντων *t. 3. 4 errore Graeci hominis, qui hos titulos concepit),* tribunus laticlavius legionis IIII Flaviae, quaestor pro praet. provinciae Achaiae *t. 2—4.* [Ab] actis senatus, a[edilis] curulis *t. 2;* ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων τῆς συνκλήτου κανδίδατος Αὐτοκράτορος Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Αὐγούστου Γερμανικοῦ *(intra a. 172—175)* ἀγορανόμος κουρούλλιος *t. 3. 4: eum in cura actorum senatus candidatum imperatoris fuisse statuit Brassloff Wien. Stud. 22, 150 (cf. D(essau) p. CXCI: 'parum probabiliter'); magis crediderim titulum hic quoque male conceptum esse, vocabulum* κανδίδατος *ad officium aedilis curulis pertinere (cf. Mommsen St. R. 2*[3]*, 901, 7).* Praetor *t. 2,* στρατηγὸς Ῥωμαίων *t. 3. 4.* Legatus legionis *nescio cuius t. 6.* Sodalis Hadrianalis *t. 3. 4 (item legebatur fortasse in fine versus paenultimi t. 2).* — Patronus [coloniae (Abellinatium)] *t. 2;* εὐεργέ-

της Argivorum *t. 4.* — Pater Ti. Claudii Saethidae Cethegi Frontini *t. 6. Cum ex cognomine* Cethegi *filii tum ex nomine* Corneliae Quetulae (?), *nutricis filii VI 16440, possis colligere eum in matrimonium duxisse* (Gaviam) Corneliam Cethegillam, *sororem ut putaverim M. (Gavii) Cornelii Cethegi consulis a. 170. Claudia Cethegilla, quae L. Cornelio Pausaniae posuit t. VI 16273, potest filia esse Frontini Nicerati et Corneliae Cethegillae.* *Gr.*

874 M. CLAVDIVS FRONTO. *Ei publice positus est, cum Dacias regebat, t. III 1457 = D. 1097 (1) Sarmizegetusensis, post mortem Romae in foro Traiani iussu imp. Marci VI 1377 cf. 31640 = D. 1098 (2) servatus ab uno Ligorio; memoratur in t. III 7505 = D. 2311 (3) Troesmensi; vix ad eum spectat frustulum t. Dacici III 6250.*

M. Cl. Ti. filius Quirina Fronto *t. 1.* M. Claudius [Ti.] f. Q[uir.] Fronto *t. 2.* Cl. Fronto *t. 3.* Φρόντων *Lucian.* — Clarissimus vir *t. 3. Cursum honorum ordine inverso exhibet t. 2, usque ad legationem Daciarum et Moesiae superioris t. 1.* Decemvir stlitibus iudicandis, quaestor urbanus, ab actis senatus, aedilis curulis, praetor *t. 1. 2.* Legatus divi Antonini Aug. legionis XI Claudiae *t. 2. 1.* Legatus Augustorum *(scil. Marci et Veri)* legioni primae Minerviae in expeditionem Parthicam deducendae *t. 2,* leg. leg. I Min. *t. 1 a. 162 ut videtur cf. Ritterling RE 12, 1297 sq. 1427.* Legatus Augustorum pr. pr. exercitus legionarii et auxiliorum per Orientem in Armeniam et Osrhoenam et Anthemusiam ductorum *t. 2 probabiliter a. 163—164 (cf. Stein RE 3, 1845 sq. Schwendemann Hist. Wert d. vita Marci 151. 157). Inter duces belli Parthici memoratur a Luciano quom. hist. conscr. 21.* Missus ad iuventutem per Italiam legendam *t. 2 (cf. Ritterling l. l. 1301).* Consul *t. 1. 2 suffectus a. 165 vel 166.* Curator operum locorumque publicorum *t. 1. 2.* Donatus donis militaribus bello Armeniaco et Parthico ab imp. Antonino Aug. et a divo Vero Aug. corona murali item vallari item classica item aurea item hastis puris IIII vexillis IIII *t. 2. 1* ('vexill.', *IIII om.): dona militaria in triumpho Parthico accepit a. 166 consularis, ut apparet ex numero donorum.* Comes divi Veri Aug. *t. 1. 2 sub initium belli Marcomanici ut videtur.* Legatus Aug. pr. pr. trium Daciarum et Moesiae superioris *t. 1; in t. 2 traditur* leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciarum et super. simul leg. Aug. pr. pr. provincia Daciar. leg. Augg. pr. pr. Moesiae super. Daciae Apulesis simul leg. Augg. pr. pr. provinciae Moesiae super., *quae a Ligorio ni fallimur turbata in hunc modum restituenda esse censuit v. Premerstein Wiener Eranos 1909, 268 sq.:* leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciarum et [Moesiae] super(ioris) simul *(a. 170),* leg. Aug. pr. pr. provincia[rum] Daciar(um) *(a. 169/170),* leg. Augg. pr. pr. Moesiae super. [et] Daciae Apulesis simul *(a. 168/169),* leg. Augg. pr. pr. provinciae Moesiae super(ioris) *(a. 166—168); aliter v. Domaszewski N. Heidelb. Jahrb. 5, 110;*

cf. VI 31640 adn. 'Fortissimus dux' *t. 1. Veteranus aliquis dicitur functus esse* expeditione Germ(anica) sub Calpurnio Agricola, Cl. Frontone *t. 3. Imperatori Vero (defuncto ineunte a. 169) superfuit cf. t. 1.* Huic senatus auctore imp. M. Aurelio Antonino Aug. — —, quod post aliquot secunda proelia adversum Germanos et Jazyges ad postremum pro r. p. fortiter pugnans ceciderit, armatam statuam [poni] in foro divi Traiani pecunia publica censuit *t. 2 (cf. vita Marci 22, 7). Cum appareat ex t. 3 Cornelium Clementem Dacias rexisse a. 170, Frontonem eo ipso anno cecidisse probabile est. — Nota nullo sacerdotio eum ornatum fuisse.* — Patronus coloniae Sarmizegetusae *t. 1. — Vix idem, fortasse pater eius* Μ. Κλ. Φρόντων ἀσιάρχ[ης] καὶ ἀρχι(ερεὺς) ιγ' πόλεων (*sc.* Ioniae), *qui memoratur in nummis cusis aetate Antonini Pii (Münsterberg Beamtenn. 81 = Num. Zeitschr. 1912, 17). — Cf. praeterea eum qui sequitur.* *Gr.*

875 M. CLAVDIVS FRONTO NEOCYDES, salius Palatinus factus a. 170 *VI 1978 = D. 5024. Vix fuit filius eius qui praecedit (ut opinatus est Borghesi 6, 264 sq.). Cf. infra n. 940.* *Gr.*

876 Tib. Claudius Frontonianus. *Tituli: honoratus publice a Meliis IG 12, 3, 1119 (1). Ephesii D. 8839 = Ditt. Or. Gr. 518, positus* M. Clodio Pupieno Maximo proconsuli Asiae, *qui postea (a. 238) imperavit (2); Jahresh. 10, 285 (3).*

Ti. Cla. Frontonianus *t. 1;* Claudius Frontoni[a]nus *t. 2;* Frontonianus *t. 3.* Tribus militiis perfunctus (τὰς γ̄ στρατείας ..... στρατευσάμενος), bis archiereus Asiae, logista clarissimarum urbium, rhetor *t. 1*, pater Claudii Themistoclis *t. 2* et Tiberiae Claudiae Frontonianae, uxoris T. Flavi Clitosthenis consularis *t. 3.* *St.*

877 Claudius (?) Fuscus (Cluvius *liber Dresd.*, Claudius *alii: hanc lectionem praetulerim, quia inter nomina* Q. Pompei Senecionis Sosii Prisci cos. a. 169 *inveniuntur* Cl. Fuscus), Caecilii Classici gener, a Plinio et Lucceio Albino reus factus *(a. 98 ut videtur)* absolutus est *Plin. ep. 3, 9, 18.* *Gr.*

— Q. POMPEIVS SENECIO — — — CL(AVDIVS) FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.

— Claudius Galenus. *Sic falso medicus celeberrimus in libris recentioribus nominatur; cf. PIR I¹, 374 sqq., 701. Nomen eius videtur fuisse Aelius (cf. supra A 226). Vide in Galeno.*

878 CL(AVDIVS)? GALLVS. *In t. mutilo Lambaesitano VIII 2741 (cf. 18126), melius Ann. ép. 1913, 11 editores restituerunt* [dedicante] Cl. Gallo leg(ato) Augustorum *(Severi et Antonini)* [pro praetore] (Numidiae) *nescio num recte. Ad eundem rettulerunt priores coniectura satis incerta t. Dacicum III 1564 (semel descriptum), quem* Herculi pro salute imperatorum Severi et Antonini posuit C · I · GALLVS *(sic traditur,* CL · *corr. Borghesi 8, 477),* c(larissimus) v(ir), legatus eorum pr. pr. (Daciarum). *Gr.*

— M. (CORNELIVS?) CLAVDIVS (?) GAVIVS SQVILLA GALLICANVS *v. infra sub Gaviis.*

879 **Claudius Geminus,** arabarches et epistrategus Thebaidis *t. in Memnonis crure inscriptus CIG 4751 = Ditt. Or. Gr. 685. Saec. I adsignandus videtur. Affinitate nescio qua coniunctus cum Ti. Claudio Servilio Gemino (infra n. 1019).* *St.*

880 TI. CLAVDIVS GORDIANVS Silvano Aug(usto) dedicavit *t. VIII 2499 (1) rep. Calcei Herculis (Numidiae);* ei positus est *t. VIII 4230 (2) Verecundensis,* uxori eius *ib. 8326 (3) Cuiculitanus; memoratur in t. burgi Numidici cuiusdam ib. 2495 (4), fortasse etiam in frustulo t. Thamugadensis ib. 2365 (5).*

Plena nomina exhibent t. 2. 3, exhibuit t. 4; Cl. Gordianus *t. 1;* .. Gor .... *t. 5.* — Clarissimus vir *t. 2. 3. 4.* Legatus Aug. pr. pr. (Numidiae) *t. 1—4* a. 188 *t. 4 cf. 5.* — Patronus Verecundensium *t. 2,* Cuiculitanorum *t.* 3. — Iulia T. fil. Chilonis uxor *t. 3.* *Gr.*

881 CLAVDIVS GORGVS, vir clarissimus, uxorem accusans cum detectus est uxorem in adulterio deprehensam retinuisse, lenocinii damnatus est a divo Severo *Ulpian. dig. 48, 5, 2, 6. Ad eundem rettulerim t. ineditum Ephesium* Τ. Φλ(άουιον) Ὑψικλέα Τ. Φλ. Κλ. Γόργος ὁ κράτιστος τὸν γλυκύτατον πατέρα. *Pater eius redit ni fallor in t. Inscr BrMus 3, 548 item Ephesio* Τ. Φλ. Ὑψικλῆς Ῥόδιος. *Gr.*

— T. FL(AVIVS) CL(AVDIVS) GORGVS *v. n. 881.*

882 Claudius Hadrianus, cui divus Pius rescripsit *Ulpian. dig. 37, 10, 3, 1; videtur magistratus fuisse. Eundem esse* Cassium Hadrianum *neque diversum* Ulpium Hadrianum, *quibus idem imperator rescripsisse dicitur (dig. 36, 1, 32 (31), 1; 37, 7, 1 pr.), coniecit Mommsen; omnino non est probabile Ulpium quendam iam Antonini Pii aetate in senatu fuisse.* *Gr.*

883 Ti. Cl(audius) Heracla, procurator ferrariarum N(oricarum) *t. Virunensis III 4809 = D. 1467. Non procurator Augusti, sed privati hominis.* *St.*

884 CL(AVDIVS) HERENNIANVS, vir clarissimus, legatus Augustorum pr. pr. (Dalmatiae) *priore semestri a. 247 (cum* Philippus iunior *appelletur* nobilissimus Caesar, consul) *III 10174 miliarius Dalmaticus.* *Gr.*

885 TIB. CLAVDIVS HERMIAS Ζωτικῷ συντρόφῳ posuit *t. sepulcralem in insula Teo CIG 3109 (1); memoratur in t. Ephesio acephalo* filiae, *quem posuit idem homo ut videtur* (Φλ. Ζωτικός) *Inscr. Br. Mus. 3, 562 (2), in cippo terminali Sardiano Denkschr. Ak. Wien. 53, 2, 23, 28 = IGR 4, 1511 (3).*

Plena nomina exhibet t. 1. Τιβ. Κλ. Ἑρμε[ίου] *t. 2.* Ἑρμείου *(casu gen.) t. 3.* — *Ex posteris ni fallor* Tib. Claudii Hermiae scribae Ephesiorum *(Forsch. Ephes. 3, 147, 65).* Ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς *t. 2;* λαμπρότατος *t. 3; consul suffectus a. inc. saec. II labentis vel III.* — Maritus Aeliae

Pithiadis *(supra A 306) t. 2;* pater Tib. Cl. Dracontis *(n. 855)*, Sosipatrae, Theonidis, *tertiae, cuius nomen periit t. 2; haec ib. dicitur* ἀνεψιὰ καὶ ἀπόγονος πολλῶν ὑπατικῶν *(cf. n. 791 et 1084). — Praedia possidebat in agro Sardiano t. 3.* *Gr.*

— TIB. CLAVDIVS HERODES *v. supra n. 802.*

886 (TI.) CLAVDIVS HERODES L. VIBVLLIVS REGILLVS. *Tituli:* publice honoratus ab Eleis *Inschr. Olymp. 626 = Ditt. Syll.³ 865 = D. 8824 b (1);* statuam a civitate Delphorum decretam posuit pater *Fouilles de Delphes 3, 3, 70 cum imagine p. 52 = Ditt. Syll.³ 860 A (ubi errore v. 4* Ἡρώδην *excidit) (2).*

L. Claudius Vibullius Regillus Herodes *t. 1;* L. Vi[b]ullius Regillus Claudius Herodes *t. 2.* Filius *(natu minimus)* Herodis *(supra n. 802)* et (Appiae Anniae) Regillae (Atiliae Caucidiae Tertullae) *t. 1. 2. Infans defunctus liberorum Herodis primus (cf. Dittenberger Herm. 13, 83) vivis parentibus, vide supra n. 802. Hic enim ut videtur filius, cuius mortem lugentem Herodem reprehendit Demonax philosophus Lucian. Dem. 25. — Plane diversus* Λ. Κλαύδι[ος] Ηρώδης *in fragm. tabellae urbanae Not. d. sc. 1923, 72 = SEG 2, 526.* *St.*

— L. VIBVLLIVS CL(AVDIVS) HERODES.

887 TI. CLAVDIVS HERODIANVS, clarissimus vir, legatus (proconsulis) provinciae Siciliae, patronus coloniae Panhormitanorum, honoratur publice *t. Panormitano X 7286 = D. 2938. Idem puto* Claudius Herodianus, *praetor tutelaris ut videtur,* cui rescripserunt Severus et Antoninus a. 203 *cod. Iust. 5, 66, 1. fragm. Vat. 191. 208. 209. 247* (Clodius Herodianus). — *Nescio num ex posteris fuerit Ti. Claudii Attici Herodis.* *Gr.*

— T. Licinius Cl(audius) Hierocles *v. in Liciniis.*

888 CLAVDIVS HIERONYMIANVS (hieroniano *manus prima libri Florentini),* clarissimus vir, cui Umbrius Primus domum per fideicommissum reliquit, qua de re Hieronymiano Papinianus respondit *Ulpian. dig. 33, 7, 12, 40 sq. Idem videtur* Cl. Hieronymianus, legatus legionis VI victricis, qui deo sancto Serapi templum fecit *Eburaci VII 240 = D. 4384, neque diversus* L.(?) Claudius Hieronymianus *(traditur* Claudius Lucius Hyerorainianus *vel* Hierorainianus *vel* Geronimianus; Hieronymianus *restituit Klebs PIR¹ C 713 iure sine dubio),* praeses Cappadociae *(sub finem II vel initio III saec.),* qui cum indigne ferens uxorem suam ad hanc sectam *(sc. Christianorum)* transisse Christianos crudeliter tractasset, paene Christianus decessit *Tertullian. ad Scap. 3.* *Gr.*

889 Ti. Claudius Hipparchus. *Tituli: in Cynuria rep.* Ἀθηνᾶ *18, 439 (1). Delphici Fouilles de Delphes 3, 2, 65 (2). 66 (3). Ipse posuit filiae t. Eleusinium Ditt.³ 853 (4). Memoratur in tit. filii Corinth Latin Inscr. 58 = Ann. ép. 1919, 8 (5); cf. t. Atticum Bull. hell. 51, 276.*

Tria nomina t. 3—5, ceterum Hipparchus; Πλουτάρχου *Suid. s.* Ἡρώδης

545 Adler (errore). Filius (Ti. Claudi) Herodis *t. 4, maiores eius vide in stemmate a Graindorio confecto Bull. hell. 38, 439; Hérode p. 4. 8. 29 et Kirchner IG 2/3², p. 142* pago Marathonius *t. 3. 4.* Athenis fuit ἱερεὺς Πυθίου *t. 2. 3,* ἀρχιερεὺς (τῶν Σεβαστῶν) *t. 3 sub Domitiano, cf. Graindor Rev. arch. 6 (1917), 18 sq.; Chronol. des archontes Athén. p. 101. 93 sq.* Propter affectatam tyrannidem bona eius publicata sunt ab imperatore *(Domitiano ut videtur) Philostr. v. soph. 2, 1, 2 p. 56 K.;* τὰ Ἱππάρχου χωρία τὰ ὑπὸ τοῦ φίσκου πραθέντα *IG 3, 38 = 2/3², 1100, v. 4 sq. Tunc statuam filiae Eleusine dedicatam (t. 4) subversam esse probabile est, cf. Ditt. Syll.³ 853 adn.*

Idem videtur Hipparchus, qui sestertium milies habuit, defensus a Salvio Liberale *Suet. Vesp. 13.* Filius Ti. Claudius Atticus Herodes *(supra n. 801),* filiae Claudia Alcia *(n. 1068)* et Claudia Athenais *(n. 1076).* *St.*

890 Cl(audius) Iaso, ὁ κράτιστος (= vir egregius), archon Panhellenum *cet.* a. 157 *t. Aezanis in parietinis templi Iovis rep. Ditt. Or. Gr. 507 = IGR 4, 576, cf. Ditt. 506. 504 = IGR 4, 575. 573.* *St.*

891 L. Cl(audius) Iberinus Eudaemon, ὁ κράτιστος, logista Aphrodisiensium, honoratus publice *CIG 2791. Cf. supra n. 861.* *St.*

892 CLAVDIVS ILLYRIVS honoratur publice *titulis Atticis gemellis IG 2/3², 3689 (cf. Graindor Bull. hell. 38, 386 sq.) (1). (mutilo) 3690 (= IG 3, 705) (2). Idem sine dubio dedicavit titulos Atticos versibus conceptos ib. 5199 (= 3, 399) (3). 5200 (= 3, 400) (4) (mutilum).*

Κλαύδιος Ἰλλυριός *t. 1.* .... [Ἰλ]λυριός *t. 2.* Ἰλλυριός *t. 3; nomen periit in t. 4.* — Origine Atheniensis; filius (Claudii) Terentis *(n. 1039),* nepos (Cn. Claudii) Leontici *(n. 909) t. 1. 2.* Ὁ λαμπρότατος ἀνθύπατος *t. 1. 2 (proconsul Achaiae circa medium saec. III).* Areopagita *t. 1. 2.* Moenia Athenarum restituit *t. 3. 4 imperante Valeriano ut videtur cf. Zos. 1, 29, 3. Zon. 12, 23. Syncell. 715.* Poeta *t. 3 cf. 4.* *Gr.*

893 **Claudius Iulianus,** praefectus classis Misenensis; paulo post gladiatoribus praeerat *Tac. h. 3, 57. 76; idem procul dubio* Iulianus curans gladiatorum munus Neronis principis *Plin. n. h. 37, 45.* A. 69 missus a Vitellio, ut classem Misenensem deficientem retineret, in partes Vespasiani transgressus Terracinae captus et in ore Vitellii iugulatus est *Tac. h. 3, 57. 76. 77.* *St.*

894 **Claudius Iulianus.** *Papyri graecae Wessely Text. Gr. 2, 184 v. 55. 62 sq. 86, cf. 51 (1). P. Catt., P. Arch. 3, 61 (= Mitteis Chrest. 372) col. VI (2). Duo nomina p. 1,* Iulianus *p. 2.* Vir egregius, idiologus Aegypti (ὁ κράτιστος πρὸς τῷ ἰδίῳ λόγῳ) *p. 1. 2,* a. 135 *p. 2,* a. 137 *p. 1.* *St.*

895 **Claudius Iulianus,** praefectus annonae, cui Hadrianus rescripsit *Ulpian. fragm. Vat. 235.* *St.*

896 [CLAVDIVS? IV]LIANVS, proconsul Asiae a. 145 *t. Ephesius Ditt. Syll.³ 850.* . . υλιανός *agnoscere sibi visus est Waddington, vulgo restituitur* [Κλ.

'Ιο]υλιανός *sine causa; v. infra sub* Iulianus, *quo loco etiam de* Iuliano proconsule *qui memoratur ab Aristide or. 50, 107 K. disseremus. — In nummo Ephesino Mionnet 3, 103, 321, quem descripsit Waddington Fast. As. n. 138* ἐπὶ [Κ]λ. 'Ιουλιανοῦ 'Εφεσίων, *agnovit Kubitschek Denkschr. Ak. Wien 57, 3, 90* Φλ. 'Ιουλιανοῦ *(scil.* γραμματέως *ut videtur); cf. Hüttl Anton. Pius 2, 46 sq.* *Gr.*

897 CL(AVDIVS) IVLIANVS, *filius* Claudii Orestis *(n. 947)*, pater Claudii Orestis et Claudiae Tlepolemidis, συγκλητικός *IGR 4, 910 t. Cibyraticus filiae positus. Origine sine dubio Cibyrata.* *Gr.*

898 **Cla(udius) Iul(ianus),** ὁ ἡγε(μονεύσας) (= praefectus Aegypti) anno XIV *(imperatoris Marci = 173/4) Pap. Marmarica col. IX 17 (Il papiro Vaticano Greco 11, Studi e Testi 53, p. 59 v. 17). Sed nisi errorem scribae sumere velles, sequeretur C. Calvisium Statianum (supra n. 356) praefectum Aegypti (certe a. 170 d. 24 Febr. et a. 174 d. 19 Iul. et 26 Oct.) provinciam bis rexisse, aliquod tempus ante hunc et iterum post eum.* *St.*

899 **Claudius Iulianus.** *Tituli VI 1603 = D. 1346 (1)* ei positus a Ti. Iulio Balbillo sacerdote Solis. *Portuensis graecus IG 14, 917 = IGR 1, 380 (2). Papyri graecae Berol. 11532, S. Ber. Ak. Berl. 1910, 713 tab. V = Schubart Pap. Gr. Berol. 35 = Preisigke SB 4639 (1). P. Giss. 48 = Wilcken Chrest. 171 (2).* Claudius Iulianus *p. 1.* Cl. Iulianus *t. 1. 2.* Κλαυδίου 'Ιου.... *p. 2.* Perfectissimus vir *t. 1;* ὁ διασημότατος *p. 1. 2.* Praefectus annonae *t. 1;* ἔπαρχος εὐθενείας *t. 2*, a. 201 (d. 20 m. Ian.) *t. 1, eodem fere tempore t. 2, cf. P. Arch. 5, 420. Hasebroek Sept. Sev. 125. Officium eius non indicatur in papyris;* rationalis (καθολικός) Aegypti *videtur fuisse* a. 202/3 *p. 2*, a. 204 *p. 1. — Idem opinor ...* I]ulianus, cuius *(sc. praefecti annonae, cf. Hirschfeld K. V.[2] 243, 1)* epistula ad navicularios [mar]inos Arelatenses *III 14165[8] (et p. 2328, 78) = D. 6987 duorum Augustorum tempore scripta.* *St.*

900 CLAVDIVS IVLIANVS, consul cum Celso Iuliano a. 238 Pupieno et Balbino Augustis *epistula ficta vita Max. et Balb. 17.* *Gr.*

— APP. CLAVDIVS I[VLIANVS?] *v. supra Appius Claudius ..... n. 761.*

901 APPIVS CLAVDIVS IVLIANVS, consul II a. 224, *memoratur in albo Canusino* a. 223 *IX 338 = D. 6121 (1). Ad eundem videntur pertinere tituli Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 355 (2) Carthaginiensis, VIII 4845 = 17521 = Gsell ILA 467 (3) prope Calamam rep.*

In consulatu altero: Appius Claudius Iulianus *XI 2702 = D. 7217. XIV 125 = D. 2223;* Claudius Iulianus *VI 3023. 3070. IG 14, 2090 = IGR 1, 363, ceterum* Iulianus *in titulis fastisque (perperam* Fabianus *fasti Hydat. Chron. min. 1, 227;* Φλαβιανός *chron. Pasch. ib.). —* App. Claudius Iulianus *t. 1.* Claudius Iulianus *t. 2. 3.*

Clarissimus vir *t. 1. 3.* Legatus (Iulii Aspri proconsulis Africae) pro praet. imperantibus Severo et Antonino *(intra a. 198 et 209) t. 2. Consul*

suffectus a. inc. Proconsul (Africae) *sub Antonino Severi filio vel Elagabalo t. 3.* Consul II ordinarius cum L. Bruttio Crispino a. 224 *v. supra (iterationis nota extat III 7591. 8124. V 4241. VIII 6942. XI 2702. XIII 584. XIV 3553. IG 14, 2090, in fastis Heracl. Chron. min. 3, 392; errore* Claudio Iuliano et Brutio Crispi. II c[os.] *VI 3023). Idem sine dubio* Claudianus (Claudius *codd. det.)* Iulianus, praefectus urbi, cui imp. Severus Alexander rescripsit *Paulus dig. 31, 87, 3; praefecturam urbis eum adeptum esse eodem tempore atque consulatum alterum vel paulo ante veri est simile.* — Patronus coloniae Canusii a. 223 *t. 1.* — *Ad hunc rettulit Borghesi 8, 529 t. versibus conceptum X 1688 = D. 1184 Neapolitanum; v. supra n. 762.* *Gr.*

902 TI. CLAVDIVS IVLIANVS *agnomine* Naucellius, consul suffectus *a. 159 ut videtur, Ephesi* dedicavit *titulos praeter dedicationem gemellos Ann. ép. 1905, 121 (1)* avo, *ineditum (2) avunculo ut opinor (cf. infra); memoratur in t. III 7474 = D. 2475 cf. vol. 3 p. CLXXVIII (3) Durostori rep., in dipl. mil. III p. 886 cf. p. 1990 (4), in t. Bonnensi XIII 8036 = D. 2907 (5).*

Τι. Κλ[αύ]διος 'Ιουλ[ιαν]ός *t. 1;* Τιβέριος [Κ]λαύδιος 'Ιουλια[ν]ός *t. 2;* Tib. Cl. Iulianus *t. 3;* Ti. Claudius Iulianus *t. 4;* Claudius Iulianus *t. 5.* — Claudius Iulianus *Fronto ad am. 1, 5. 17. 18 in indice (p. 172 N.);* 'mi Naucelli' *Fronto eum adloquitur ib. 1, 5 (p. 177 N. = 1, 290 Haines); 18 (p. 186 N. = 2, 92 H.); apparet igitur Iulianum agnomine* Naucellio *usum esse.* 'Ιουλιανός *Philostr. v. soph. 2, 1, 7 p. 60 K.*

Origine probabiliter Ephesius. Nepos Ti. Iulii Celsi Polemaeani consulis (a. 92) *t. 1. In t. 2 agnoscitur* .. 'Ιούλιον 'Ακύλαν ὕπατον — — — τὸ[ν ἑαυ]τ[οῦ] θ . . . . , *videtur supplendum esse* θ[εῖον], *filius ergo fuit ni fallor sororis Ti. Iulii Aquilae Polemaeani consulis a. 110 (Iuliae Quintiliae Isauricae?). Pater eius fortasse* Tib. Claudius Ti. Cl. Alexandri f. Quirina Iulianus, *qui aetate Traiani summis honoribus Ephesi fungebatur (III 14195, 4—6. Inscr. Br. Mus. 3, 481. 499. Ditt. Or. Gr. 480. tituli inediti).* — *Cursum honorum usque ad praeturam exhibent t. 1. 2 (ordine turbato).* Tribunus militum laticlavius legionis IIII Scythicae, quaestor Achaiae, tribunus plebis *(in titulis tribunatus ponitur loco non suo ante quaesturam),* legatus (pr. pr.) Achaiae, praetor. Legatus Aug. (legionis XI Claudiae) *t. 3* (positus pro salute Antonini Aug. et Veri Caes.) sub Ti. Claudio Saturnino legato Aug. pr. pr., *quem Moesiam inferiorem a. 145 rexisse constat (v. infra n. 1012).* Consul (suffectus) cum Sex. Calpurnio Agricola d. 27 m. Sept. *a. 159 ut videtur t. 4 v. supra n. 249.* Legatus Aug. pro prae(tore) (Germaniae inferioris) a. 160 *t. 5. Ad hanc legationem spectare videntur Frontonis epistulae 1, 5* ('quo tempore tu provinciam cum exercitu administrares'); *1, 18: ex hac epistula ad Iulianum in provincia morantem data apparet eum Marco et Vero imperantibus etiamtum provinciae prae-*

fuisse (cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 70 sq. Hüttl Anton. Pius 2, 94 sq.).

Amicus Frontonis, qui ad eum dedit epistulas *ad am. 1, 5. 17 (cf. Hauler Wien. Stud. 46, 244 sqq.). 18.* Fronto ei commendat (Calvisium) Faustinianum stipendia sub eo meriturum *ib. 1, 5.* Ut imperatores (Marcus *scil.* et Verus) eum diligant pariter ac se ipsum, optat Fronto *ib. 1, 18. — Idem videtur* Iulianus, ad quem epistulas scripsit Herodes Atticus *Philostr. v. soph. 2, 1, 7.* — Valerianus *quidam cum Iuliano aliquo modo coniunctus fuisse videtur Fronto 1, 18. — Ab hoc fortasse manumissus* Ti. Claudius Phlegon Ti. Claudi Iuliani lib. *VI 15202.* *Gr.*

903 Claudius Iullus *(sic Steph. Byz. cod. Coisl. s.* Δῶρος, Ἴουλος *id. codd. s.* Ἄκη, Ἰόλαες *et* Ἰέαλες *s.* Ἰουδαία, *fuerit* ΙΟΛΛΟϹ; Ἰούλιος *s.* Λάμπη. *Etym. M. 219, 34 sq. Gaisf.)* scripsit Φοινικά *primo ut videtur saeculo. Fragmenta collegit Müller FHG 4, 362—364. Cf. Schwartz RE 3, 2728.* *St.*

904 TI. CLAVDIVS IVNCVS, proconsul (Cypri) *IGR 3, 979 = Ditt. Or. Gr. 584 t. Citii rep. mutilus, qui initium edicti eius continet.* *Gr.*

905 **Ti. Claudius Iustus,** idiologus Aegypti a. 147 *P. Teb. 2, 294 = Wilcken Chrest. 78. Eiusdem sine dubio nomen supplendum est P. Lips. 121 (= Wilcken l. l. 173), 6 sq.* Κλαυδίου [Ἰούστου τοῦ κρατίστου πρὸς τῷ ἰδίῳ λ]όγῳ a. 147/8. *Nec diversus videtur* Iustus *P. Lond. 2, p. 150, n. 359, 5, fortasse etiam* Claudius Iustus *nominatus in rescripto imperatoris Pii cod. Iust. 6, 37, 1 = dig. 34, 1, 13.* *St.*

906 Claudius Labeo, anno 70 praefectus alae Batavorum, aemulus Iuli Civilis, captus et in Frisios avectus perfugit; accepta peditum equitumque manu, ut Batavos in societatem Romanam retraheret, tamen nihil ausus est *Tac. h. 4, 18. 56.* Ad pontem Mosae cum Civilis Tungros ad deditionem adduxisset, Labeo fugae se commisit *ib. 66. 70.* *St.*

907 APPIVS CL(AVDIVS) LATERANVS, XV vir sacris faciundis, consul designatus, legatus Aug. pr. pr. legionis III Italicae, Mercurio votum solvit *Augustae Vindelicum III 5793 = D. 3203 = Vollmer IBR 104. Praefuit et Raetiae et legioni III non ante imp. Marcum. — Cf. supra n. 761.* *Gr.*

908 Ti. Claudius Lemnius, Claudi Augusti libertus, a studiis *VI 8636 = D. 1682.* *St.*

909 CN. CLAVDIVS LEONTICVS honoratur *titulis Delphicis (mutilis) Ditt. Syll.*[3] *877 A (1). B (2). C (3), Megarico IG 7, 91 = Ditt. l. l. D (4), Epidaurico IG 4, 1417 = Ditt. l. l. E (5); memoratur in titulis gemellis Atticis* nepotis *IG 2/3*[2]*, 3689. 3690 (= 3, 705), cf. Graindor Bull. hell. 38, 386 sq. (6. 7).*

Tria nomina exhibent vel exhibuerunt t. 1—5. Λεοντικός *t. 6. Nomen periit in t. 7.* — Ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς καὶ ἐπανορθωτὴς *t. 4* τῆς Ἑλλάδος *(vel* τῆς Ἀχαίας*) t. 1—3. 5;* ὁ ἀνθυπατεύσας *t. 6. 7; videtur fuisse* proconsul Achaiae simulque legatus Aug. pr. pr. consularis missus ad corrigendum statum civitatium liberarum Achaiae. *Eum aetate fere Severi et Antonini*

hoc munere functum esse inde sequitur, quod qui dedicavit t. 4 Herennius Ptolemaeus *pater est Dexippi rerum scriptoris.* — Templum Delphicum refecit *t. 1.*—Pater Claudii Terentis *(n. 1039)*, avus Claudii Illyrii *(n. 892) t. 6. 7.* *Gr.*

910 Ti. Claudius Lepidus, (Claudi) Lepidi filius, ἀρχιερεὺς τοῦ Πόντου, ἐπιστάτης τῆς πόλεως *(Amastrianorum) t. sepulcralis Amastrianus CIG 4149 = IGR 3, 88, cf. Kalinka Jahresh. 28 B. 72, 20. Idem sine dubio sive pater sive filius* Lepidus philosophus Epicureus Amastrianus, amicus Sacerdotis Tiani, adversarius Alexandri Abonutichitae *Lucian. Alex. 25. 43; circa a. 165, cf. Strena Buliciana (1924), 261 sq.* Uxor *videtur* Claudia Marciana, filia Claudia Lepida *t. Amastrianus CIG 4150 = Kalinka l. l. 78, 33.* *St.*

911 Ti. Claudius Liberalis Aebutianus, Ti. f., Quirina, tribunus militum legionis III Cyrenaicae, decurialis Caesarum, consulum, praetorum, qui Herenniae Helvidiae Aemilianae, uxori L. Claudi Proculi Corneliani consulis posuit *t. Tiburtinum XIV 4239 = D. 1013.* Uxor Claudia Nectarea *ib. Nescio qua parentela coniunctus cum Aebutio Liberali (supra A 111) et* Ti. Claudio Liberali, praefecto fabrum, equo publico *XIV 3624 t. Tiburtinus.* *St.*

912 Ti. Claudius Livianus, Ti. f., Quirina, qui imperatori Claudio dedicavit *t. Sidymensem IGR 3, 579 = TAM 2, 1, 184; fortasse et IGR 3, 578 = TAM 2, 1, 178. Potest esse avus eius qui sequitur.* *St.*

913 **Ti. Iulius Aquilinus Castricius Saturnin[us] Claudius Livianus.** *Tituli: ei positus VI 1604 (31830) = D. 1323 (1), memoratur in titulis servorum VI 280 (30728) (2). 30818 (= 718) = D. 4199 (3). Not. d. sc. 1924, 67 = Ann. ép. 1924, 15 (4), in fistula plumbea prope Praeneste rep. XIV 3439 = XV 7882 (5); ad eundem pertinere videntur tegulae Praenestinae XIV 4091, 30 = XV 2317 (6) et urbanae XV 932 (7).*

Plena nomina t. 4; Ti. Claudius Livianus *t. 1. 3. 5;* T . . . . . Livianus *t. 2;* Cl. Livianus *t. 6. 7;* Claudius Livianus *Dio exc. 68, 9, 2;* Livianus *vita Hadr. 4, 2 (ante* 'Turbonis' *add.* 'et' *Hirschfeld V. G. 224 sq.).*

Praefectus praetorio *t. 1. 4. 5. Dio l. l.* Bello Dacico Traiani primo cum (L. Licinio) Sura missus est ad Decebalum *Dio l. l. 2. 3. (Nescio an idem significetur in t. Tuficano XI 5696* beneficiarii pr. pr., donis donati bello Dacico *et in t. Matilicate XI 5646 = D. 2081* singularis praefectorum pr., donis donati ob bellum Dacicum). Belli Parthici (Traiani) tempore Hadrianus ex ordine equestri eius utebatur amicitia *vita Hadr. 4, 2. Sub finem imperii Traiani officio praefecti praetorio fungi desierat; eo tempore P. Acilius Attianus et Ser. Sulpicius Similis praefecti erant praetorio.* A. 123 etiamtum fuit in vivis *t. 5, modo recte ad eum referatur. Nepos fortasse eius qui praecedit. E nominibus eius concludendum est eum filium naturalem vel adoptivum esse Ti. Iuli Aquilini patris puto cognominis procuratoris Raetiae a. 107 dipl. mil. III p. 867 (1972) = D. 2002.* Servi eius Hierus

et Asylus *t. 2. 4 (v. supra A 1271)*, gemini, quorum pulchritudinem laudat *Martial. 9, 103, quod epigramma igitur datum est huic Claudio Liviano. Praedia ei fuisse in agro Praenestino ex t. 5 et 6 colligere licet. St.*

914 M. Claudius Longus, cognatus M. Arruntii Frugi *(supra A 1143) t. Iconii rep. D. 9013. St.*

915 CLAVDIVS LVCANVS, consularis, a Commodo *in Asia ut videtur* occisus *(non ante a. 189) vita Comm. 7, 7. Gr.*

916 **Claudius Lucilianus,** ὁ κράτιστος ἔπαρχος (= vir egregius, praefectus Aegypti) a. 190 (d. 25 m. Sept.) *Pap. Basil. 2, Abh. Gött. Ges. 16, 3 (1917), cf. Wilcken P. Arch. 6, 437, 1. St.*

— CLAVDIVS LVCIVS (?) HIERONYMIANVS (?) *v. n. 888.*

917 Claudius Lysias, χιλίαρχος τῆς σπείρης (= tribunus cohortis, *quae Hierosolymis tendebat)*, Paulum apostolum (Antonio) Felici procuratori Iudaeae tradidit *acta apost. 23, 26; 21, 31, cf. c. 21—23. St.*

918 M. CL(AVDIVS) MACRINIVS VINDEX HERMOGENIANVS *memoratur in titulis Venafranis* uxoris *X 4861 = D. 1136 (1)*, consoceri *X 4860 (2); ad eundem pertinere videtur fistula aquaria XV 7578 (3).*

M. [Cl.] Macrini Vindicis Hermogeniani *t. 1.* Cl. . . . . . . mogeniani *t. 2.* . . . . . o (?) Hermogeniani *t. 3.* — Clarissimus vir *t. 2. 3;* c. v. et consularis *t. 1. Consul suffectus a. inc.* Pro[consul] Africae *t. 2.* — *Parentela coniunctus videtur cum M. Macrinio Vindice praefecto praetorio imp. Marci et cum M. Macrinio Avito Catonio Vindice consulari (VI 1449).* Maritus Laberiae Pompeianae *t. 1;* consocer L. Gabinii Cosmiani *t. 1. 2 scil. per filiam, quae nupsit filio Gabinii Cosmiani, ex quo matrimonio natus est* Gabinius Vindex Pompe[ianus] *cf. X 4860 adn. — Vindicem Hermogenianum floruisse saec. II exeunte vel III ineunte inde veri simile efficitur, quod et filius Gabinii Cosmiani fuit* [pr]oc(urator) Augg. *(Severi ni fallor et Antonini) (t. 2) et* Laberius Pompeianus, *consanguineus sine dubio uxoris Hermogeniani, in actis lud. saec. a. 204 recensetur inter pueros clarissimos (Not. d. sc. 1931, 345). Gr.*

919 Ti. Claudius Magnus, στολάρχης (= praefectus classis *nescio cuius), t. Thessalonicensis, Bursian 189 (1921), 28. Idem fortasse* Ti. Claudius Magnus, Ti. f., Quirina, praefectus cohortis quartae Sugambrorum a. 107 *dipl. mil. III p. 1973 = VIII 20978 = D. 2003. Diversus videtur* Ti. Claudius Magnus aedilis Ariciae a. 100 *XIV 2213 = D. 3243. St.*

920 CLAVDIVS MARCELLINVS defendit in senatu Flavium Marcianum m. Ian. a. 100 *Plin. ep. 2, 11, 15. Pater videtur* Claudiae Ti. f. Marcellinae *n. 1104. Gr.*

921 **Ti. Claudius Marcellinus,** [proc(urator) A]ug(usti) a patrimonio *VI 8501 a = D. 1487. Idem fortasse* Ti. Claudius Marcellinus, tribunus cohortis primae vigilum a. 205 *VI 1056 = D. 2156, quamquam titulus ille litteris magnis et pulchris scriptus dicitur. St.*

922 CLAVDIVS MARCELLVS. *Eph. ep. 9, 676 t. Castrimoeniensis:* Marcellus Claudius filius [L. Bellic]i Sollertis *(supra B 103)* (et Claudiae Marcellinae). *Plena nomina ei fuerunt fortasse L. Bellicius Claudius Marcellus. Cf. supra B 100.* *St.*

923 **Claudius Marcellus.** *Papyri graecae P. Lond. 3, p. 110 sq., n. 1157 verso = Wilcken Chrest. 375 (1). P. Oxy. 1, 78 (2); 17, 2123 (3). P. Wisconsin 56 = Preisigke SB 7035 (4).*

Claudius Marcellus *p. 1. 3. 4;* Marcellus *p. 2.* Ὁ διασημότατος (= vir perfectissimus) *p. 1—4,* καθολικός (= rationalis Aegypti) *p. 1. 3. 4,* a. 246 *p. 1,* a. 247/8 *p. 3.* *St.*

924 CLAVDIVS MARCELLVS, praefectus urbi a. 292 *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 66. Filius fortasse Claudii Marcelli rationalis Aegypti a. 246 (qui praecedit).* *Gr.*

925 M. CLAVDIVS MARCELLVS. *Tituli Pompeianus X 832 = D. 898 (1), Delphicus Ditt. Syll.*[3] *774 A (2), Tanagraeus ib. 774 B (3), sepulcralis rep. in mausoleo Augusti Compt. rend. 1927, 313 = Ann. ép. 1928, 88 (4). Nominatur in monumento Ancyrano c. 21 (lat. 4, 23 = gr. 11, 13 sq.) (5), in tit. liberti VI 33376 (6), servi VI 33382 (7).*

M. Claudius Marcellus *t. 1;* Μάρκελλον Κλαύδιον *t. 2;* Μᾶρκο ... Μάρκελλον *t. 3;* M. Marcellus *t. 5 (lat.). 6. Vell. 2, 93, 1. Suet. Tib. 10, 1. Dio 43, 49, 2; 48, 38, 3;* Claudius Marcellus *Tac. a. 1, 3. Porphyr. Hor. c. 1, 12, 46*; Marcellus C. f. *t. 4, ceterum* Marcellus. C. f. *t. 1. [3.] 4.* Filius C. Claudi Marcelli consulis 704 = 50 et Octaviae sororis Augusti *Plut. Ant. 87; Marc. 30. Liv. per. 140. Strabo 14, 675. Vell. l. l. Sen. consol. Marc. 2, 3. Plin. n. h. 19, 24; 37, 11. Tac. l. l. et h. 1, 15. Suet. Aug. 63, 1; Tib. 6, 4. consol. Liv. 65. Serv. Aen. 5, 4; 6, 861. Porphyr. (et Ps. Acro) l. l., cf. t. 5. App. b. c. 5, 73, 312. Dio l. l. et 51, 21, 3; 53, 27, 5; 31, 2.* Natus est a. 42 a. C., cum vicesimo anno eum mortuum esse *dicat Propert. 3, 18, 15 nomine non apposito;* octavo decimo *Serv. Aen. 6, 861 errore ut videtur.*

Magister eius Nestor Tarsensis philosophus academicus *Strabo l. l.* A. 39 ei desponsa est filia Sex. Pompei *Dio 48, 38, 3. App. l. l.* A. 29 Actiaco triumpho currum Augusti comitatus dexteriore funali equo vectus est *Suet. Tib. 6, 4* et eius causa Augustus pueris nummos distribuit *Dio 51, 21, 3, cf. Suet. Aug. 41, 2.* A. 25 Augustus in Hispania militibus per eum et Tiberium quasi aediles in castris ludos edidit *Dio 53, 26, 1;* celebravit eum e bello Hispaniensi reversum barbam ponentem Crinagoras *anth. Pal. 6, 161 = Rubensohn 11 (ubi per errorem scriptum est* ὑπάτου); idem ad Marcellum scripsit *ib. 9, 545 = Rubensohn 41* mittens ei tamquam discipulo *ut videtur (cf. Buecheler Rh. M. 38, 511)* Callimachi Hecalen. Eodem anno 25 Augustus filiam suam Iuliam in matrimonium ei dedit nuptiis Augusto propter valetudinem absente per Agrippam

celebratis *Dio 53, 27, 5, cf. 31, 2; 48, 38, 3. Vell. 2, 93, 2. Suet. Aug. 63, 1. Plut. Marcell. 30; Ant. 87. Mon. Anc. l. l. Tac. a. 1, 3; h. 1, 15. Sen. consol. Marc. 2, 3. consol. Liv. 68*; gener Augusti Caesaris *t. 4.* A. 24 aedilis designatus est et praetorius locus sententiae dicendae ei datus, simul ut consulatum peteret decem annis ante quam per leges liceret decretum est *Dio 53, 28, 3. 4.* A. 23 aedilis magnificentissimos ludos edidit *Plin. n. h. 19, 24. Vell. 2, 93, 1. Dio 53, 31, 2. 3. Tac. a. 1, 3. Serv. Aen. 5, 4, cf. Propert. 3, 18, 13.* Augustus eum pontificatu extulit *Tac. l. l.* Successorem potentiae Augusti arbitrabantur Marcellum fore *Vell. l. l. Sen. consol. Marc. 2, 3; ad Polyb. 15, 3 (nomine non posito). Tac. h. 1, 15. Dio 53, 30, 2; 31, 2. 3, cf. Plin. n. h. 7, 149* 'suspecta Marcelli vota'. Ob tacitas cum Marcello offensiones Agrippa sub specie ministeriorum principalium profectus est Mytilenas *Vell. 2, 93, 2. Suet. Aug. 66, 3; Tib. 10, 1. Dio 53, 32, 1.* Item aemulus Marcelli Tiberius *Tac. a. 6, 50*, inde suspicio orta est in Liviam Marcello mortuo *Dio 53, 33, 4.* Patronus Pompeianorum *t. 1*, Delphorum *t. 2*, Tanagraeorum *t. 3.* Eo auctore se bellum Odrysis intulisse postea perhibuit M. Primus proconsul Macedoniae accusatus a. 22 *Dio 54, 3, 2.* Gratus acceptusque plebi fuit *Tac. a. 2, 41. Dio 53, 31, 4.* In aede Apollinis Palatini dactyliothecam consecravit *Plin. n. h. 37, 11.* In aedilitate (post kalendas Augustas *Plin. n. h. 19, 24;* magnis .... ludis *Prop. 3, 18, 19 sq., post idus igitur Septembres, cf. Buecheler Rh. M. 39, 622; sed ludos illos qui proprie magni appellati sunt significari negat Rothstein ed. 2 p. 149 sq.)* mortuus apud Baias funere publico elatus laudatusque pro rostris ab Augusto *(hac laudatione videtur usus esse Plutarchus compar. Pelop. et Marc. 1)* in mausoleo Augusti sepultus est *t. 4. Vell. 2, 93, 1. Dio 53, 30, 4. 5. Plut. Marc. 30. Propert. 3, 18, 1—10. consol. Liv. 65—67. Serv. Aen. 1, 712; 5, 4; 6, 861, cf. Verg. Aen. 6, 873 sq. Perperam* eum ab Augusto adoptatum esse *tradunt Plut. Ant. 87. Serv. Aen. 6, 861.*

Carmina celebrandae Marcelli memoriae composita *Sen. consol. Marc. 2, 5;* in mortem eius scripserunt Vergilius *Aen. 6, 860—886, cf. Serv. Aen. 3, 718; 5, 4; 6, 861. Donat. (Suet.) vita Verg. p. 16 D.*, Propertius *3, 18.* Immatura morte sibi ereptum mater vehementer et infinite deflevit *Sen. l. l. 2, 4. 5. consol. Liv. 441. Serv. Aen. 6, 861; Donat. l. l.* In eius honorem et memoriam Octavia bibliothecam dedicavit *Plut. Marc. 30 (cf. Huelsen Nomenclator topogr.² 63 ap. FVRA).* Augustus theatrum sub nomine Marcelli extruxit *t. 5, Monum. Ancyr. lat. 6, 35 (Mon. Ant. 10, 5) = gr. 19, 2. Liv. per. 140. Plin. n. h. 8, 65. Dio 53, 30, 5; 54, 26, 1; 43, 49, 2. Plut. Marc. 30. Suet. Aug. 29, 4; 43, 5, cf. Huelsen l. l. 138.*

Eius potest fuisse M. Claudi Marcel(li) l(ibertus) *VI 15033, sine dubio fuit in t. 6, servus in t. 7, qui tituli reperti sunt in columbariis ad familiam Octaviae pertinentibus. Memoratur praeterea Tac. a. 6, 51.* Ad eum scrip-

sisse Athenaeum περὶ μηχανημάτων *parum certa coniectura suspicatus est Cichorius Röm. St. 271—279.* *St.*

926 M. CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS, consul a. 22 a. C., *memoratur in fastis Capitolinis ad a. 737 = 17 a. C. I² p. 29 (1), in actis lud. saec. anni eiusdem VI 32323 v. 151. 168 (2).*

In consulatu: M. Κλαύδιος M. υἱ. Μάρκελλος Αἰσερνῖνος *(cognomen alterum in codd. corruptum) Dio ind. l. 54;* M. Claudius M. f. *I² p. 64 fasti Colot.;* M. Marcellus *RgdA c. 5. Dio 54, 1, 1. Cassiodor. Chron. min. 2, 135;* M. Marcel. *VIII 22640, 6 in amphora;* M. Mar . . . . . *I² p. 68 fasti Gabini;* Aeserninus *fasti Hydat. Chron. min. 1, 218; ceterum* Marcellus. — M. Claudius M. f. M. n. Marcellus *t. 1;* M. Marcellus *t. 2.* — *Causa nulla est cur hunc distinguamus a* M. (Claudio) Marcello Aesernino (M. Marcellus *bell. Alex.*, Μᾶρκος Μάρκελλος Αἰσερνῖνος *Dio 42, 15, 2),* quaestore Q. Cassii Longini in Hispania ulteriore a. 48 a. C. *(bell. Alex. 57, 4 —64, 1. Dio 42, 15, 2—16, 2 cf. 43, 1, 2; 29, 1),* quem a Caesare relegatum postea revocatum et honoribus affectum esse *tradit Dio 42, 16, 2.* Consul a. 732 = 22 a. C. cum L. Arruntio *v. supra.* Quindecimvir sacris faciundis; magister collegii a. 17 a. C. *t. 1. 2.* — *Avus puto, non pater* Marcelli Aesernini oratoris *(n. 928), nam minime veri est simile filium quaestoris a. 48 a. C. ad praeturam pervenisse anno demum 19 p. C.* *Gr.*

927 M. (CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS), *filius ut opinor eius qui praecedit, pater* M. Claudii M. f. Marcelli Aesernini *qui sequitur,* maritus *igitur* (Asiniae), C. Asinii Pollionis filiae, *cf. Sen. controv. 4 praef. 3. Suet. Aug. 43, 2; quod sciam ceteroquin ignotus. Cf. n. 928.* *Gr.*

928 M. CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS *commemoratur in fastis Arvalium I² p. 70 (1), in cippis terminalibus VI 31544 a—c = D. 5925 (2—4); huius vel patris liberti nominantur in t. X 1448 (5) Herculanensi, Eph. ep. 8, 594 (6) Casinate.*

(M. Claudius) Marcellus Aeserninus *t. 5;* M. Claudius M. f. Marcellus *t. 2 cf. 3. 4;* M. Claudius Marcell. *t. 1;* (Claudius) Aeser. *t. 6;* Marcellus Aeserninus *Plin. n. h. 12, 12;* Aeserninus Marcellus *Tac. a. 3, 11;* Aeserninus *Tac. 11, 6. 7. Suet. Aug. 43, 2* (asernini *vel alio modo corruptum in codd.);* Claudius Marcellus Aeserninus *Sen. suas. 6, 4;* Marcellus Aeserninus *ib. controv. 4 praef. 3; 7, 1, 5; 7, 2, 10; 7, 4, 1; ceterum* Claudius Marcellus *vel* Marcellus *apud Senecam.*

M. f. *t. 2. 4; nepos potius quam filius Marcelli Aesernini cos. a. 22 a. C. (n. 926). Per matrem* nepos C. Asinii Pollionis oratoris *Sen. controv. 4 praef. 3. Suet. l. l.* In Troiae ludo, quem Augustus edidit, puer crus fregit *Suet. l. l.* Unus ex quinque curatoribus riparum et alvei Tiberis, qui praesidente C. Vibio Rufo (cos. a. 16) ex s. c. terminaverunt *t. 2—4 (cf. supra n. 236).* Praetor peregrinus a. 19 *t. 1.* A. 20 a Cn. Pisone patronus petitus se excusavit *Tac. 3, 11. Consulatu eum functum esse ex*

verbis Taciti a. 11, 6, 'ad summa provectos incorrupta vita et facundia' *collegit Borghesi 3, 346 recte puto, etsi monet Klebs PIR*[1] *C 741 ex contextu verborum necesse non esse ponere hoc loco* 'ad summa' *idem valere atque* 'ad summos honores'; *sed notandum ceteros oratores a Tacito l. l. commemoratos ad consulatum pervenisse; videtur ergo consul suffectus esse a. inc. aetate Tiberii.*

Puer tantae indolis, ut Asinius Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiae suae crederet *Sen. controv. 4 praef. 4.* Inter insignes oratores memoratur *Tac. 11, 6.* Sententiae eius *Sen. suas. 2, 9; 6, 4. 10. controv. 2, 5, 9; 7, 1, 5. 22; 7, 2, 10; 7, 4, 1.* — Ditis familiae heres *Tac. 11, 7.* Libertus eius spado Thessalicus praedives Claudio principe genus quoddam platani in Italiam transtulit *Plin. n. h. 12, 12; huius vel patris* liberti *t. 5. 6* (tabellarius Aeser.). *Gr.*

929 C[L(AVDIVS)] ..... MARINVS, clarissimus puer, filius Claudii Sollemnii Pac[atiani] *III 94 cf. p. 969 t. Bostrenus (v. n. 1030). Ab hoc non diversus opinor* Ti. Claudius Marinus Pacatianus *qui sequitur; itaque in t. restituerim* C[l. Pacatiano] Marino. *Gr.*

930 TI. CL(AVDIVS) MARINVS PACATIANVS. Imp. Ti. Cl. Mar. Pacatianus Aug(ustus) *nummi ap. Eckhel 7, 338—340. Cohen 5*[2]*, 181—183, ceterum* Marinus.

Imperante Philippo a legionibus Moesiae et Pannoniae imperator factus est *Zos. 1, 20, 2; minus accurate* ταξιάρχης *(legatus legionis vel tribunus)* a militibus in Moesia elatus *Zonar. 12, 19,* sed paulo post ab ipsis militibus interemptus est *ib. Zos. 1, 21, 2.* Imperavit anno millesimo et primo *(248/9) Cohen 182, 7, quocum convenit quod nummi Viminacii a. X (= 248/9) plane desunt, cf. Kubitschek Num. Ztschr. 1 (1908), 47 sqq. Cf. eum qui praecedit. St.*

931 APPIVS CLAVDIVS MARTIALIS *memoratur in t. Nicopolitano Ann. ép. 1915, 117 (1), in fistula urbana XV 7427 (2). Nummi a) Serdicae in parte adversa exhibentes 1) caput Faustinae Augustae 2) caput Veri Aug., in aversa* ἡγε. Κλ. Ἀππίου Μαρτιάλου Σερδῶν *Mionnet S. 2, 484, 1656. 1657 sq. (minus accurate). Num. Z. 1915, 10 sq., 8—13. b) Anchiali, qui in adversa exhibet caput Marci cum inscriptione* Αὐ. Καῖ. Μ. Αὐρήλι. Ἀντωνεῖνος, *in aversa* ἡγε. Ἀπ. Κλ. Μαρτιαλίου κτλ. *Ant. Münz. Nordgriech. 2, 1, 1, 224 n. 429.*

Ἀππίου Κλαυ .... λου *t. 1;* Appi Claudi Martiali(s) *t. 2. Nomina in nummis v. supra.* — Legatus Aug. pr. pr. (Thraciae) sub Marco et Vero *t. 1. nummi intra a. 161—163, quia imperatores carent cognomine Armeniaci; cf. Stein Thracia 27 sq. — Domum videtur habuisse in Quirinali cf. t. 2. — Huius nomen supplevit Domaszewski in t. mutilo Aquincensi Jahresh. 7 B. 11 haud recte, cf. Ritterling RE 12, 1453. Hüttl Anton. Pius 2, 148. Gr.*

932 **Claudius Masculinus.** *Papyri graecae P. Amh. 2, 67 (1). P. Lond. 3, p. 31 sq.. n. 946 (2). PSI 10, 1112 (3), cf. Wilcken P. Arch. 10, 251.* Claudius Masculinus *p. 3; ceterum* Masculinus. Praefectus Aegypti *p. 2. 3,* a. 231 *(vel paulo ante sed certe iam a. 229/30) p. 2. 3. A. 232, quo scripta est p. 1, hoc officio fungi desierat.* *St.*

933 CLAVDIVS MAXIMVS *memoratur in constitutionibus veteranorum III p. 2213 = D. 9056 (1), III p. 881 cf. p. 1988 (2).* — Claudius Maximus *t. 1. 2. Apul. apol. passim.* — *Filius fortasse* Ti. Claudii Maximi, *qui nominatur in tegulis urbanis* a. 123. 124. 134. 135 *XV 248—255. Consul suffectus a. inc. ante a. 150, fortasse a. 144 vel per primos menses a. 145, cum in proconsulatu Africae successor fuerit L. Lolliani Aviti consulis ordinarii a. 144 (consules suffectos a. 145 ex m. Maio novimus et ex actis Arv. VI 32379 et ex fragmento fastorum Ostiensium Not. d. sc. 1934, 256).* Legatus Aug. pr. pr. Pannoniae superioris a. 150 (k. Aug.) *t. 1,* a. 154 (d. 3 m. Nov.) *t. 2.* Proconsul Africae *Apul. apol. passim* imperante Antonino Pio *ib. 85;* successit in locum Lolliani Aviti *ib. 94; proconsulatum eius ad a. 160/161 refert Hüttl Anton. Pius 2, 24.* Apud eum Apuleius causam magiae dixit *apol.* — Amicus Lolliani Aviti *ib. 95.* — Vir tam austerae sectae tamque diutinae militiae *ib. 19;* severus *ib. 25;* vir sanctissimus *ib. 85 cf. 102. 103;* eruditus, *imprimis philosophiae doctrina imbutus ib. 1. 11. 25. 36. 38. 41. 64. 81. 91.* Dives *ib. 19.* — *Eundem esse* Claudium Maximum philosophum stoicum magistrum imperatoris Marci *(qui sequitur), non video cur negandum sit.* *Gr.*

934 Claudius Maximus *(sic vita Marci,* Maximus *M. Ant.),* philosophus stoicus, magister Marci, qui postea imperavit *vita Marci 3, 2. M. Ant.* εἰς ἑ. *1, 15, 1; 17, 10 (cf. supra n. 509),* sub Pio gravi morbo aeger *ib. 16, 31.* Secunda, quae ei supervixit *ib. 8, 25, 1 sine dubio uxor eius. Cf. eum qui praecedit.* *St.*

935 TI. CL(AVDIVS) ME ... [P]RISC[VS] RVF[INVS] [i]un(ior) *(propter scripturae compendium de cognomine* Iunior *vix cogitaverim) honoratus post mortem (ut apparet ex patera et urceo in lapide expressis) a Volturnensibus X 3723.* Ti. fil., Palatina; *pater fortasse* Ti. Claudius Ti. f. Pal. Rufinus equo publico, II vir quinquennalis Capuae *X 3909.* Clarissimus vir; tribunus militum legionis VII Claudiae, allectus inter quaestor(ios), praetor urbanus, legatus (proconsulis) prov. Narbonensis, legatus (proconsulis) prov. Cretae, praefectus Min(iciae), proconsul prov. Achaiae, legatus (proconsulis) prov. Africae; patronus coloniae (Volturni). *Videtur pertinere ad priorem partem saec. III. Vix idem (ut suspicatur Wilhelm Bull. hell. 29, 415)* Ἰουν(ί)ωρ proconsul Achaiae *IG 4, 1603.* *Gr.*

936 Sex. Claudius Menander, ὁ κράτιστος φιλοσέβαστος ἱεροκῆρυξ τῆς Ἀρτέμιδος *t. Ephesius Forsch. Eph. 3, 145, 61. Saec. III ineunte videtur ex scriptura.* *St.*

937 Ti. Claudius Menecrates. *Titulus sepulcralis rep. Romae in via Ostiensi ad alterum ab urbe lapidem IG 14, 1759 = IGR 1, 286 = Ditt. Syll.³ 803.* Ti. Claudius Menecrates, tribu Quirina *tit.; ceterum* Menecrates. Zeophletensis *Cael. Aurel. morb. chron. 1, 4 p. 71 Haller.* Archiater Caesarum *tit. Caesares, quorum archiater fuit, Tiberium, Gaium, Claudium fuisse inde concludi potest, quod eo usus est (Servilius) Damocrates medicus (Galen. 13, 996), qui Neronis et Vespasiani aetate floruit.*

Sectam medicam logicam constituit (ἰδίας λογικῆς ἐναργοῦς ἰατρικῆς κτίστης), libris conscriptis 156 *tit.* Scripsit librum insignium medicamentorum, cui inscriptum erat αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος, quia numeros non compendiis vel notis expressit, sed integris syllabis perscripsit *Galen. 13, 502 sq. 995 sq.; 14, 31 sq., cf. 12, 989.* Honoratus a claris urbibus, monumento sepulcrali a sectatoribus *tit. Laudatur praeterea Galen. 12, 846. 946; 13, 937; 14, 306.* *St.*

938 L. CLAVDIVS MODESTVS, frater Arvalis adfuit in collegio a. 155 *VI 2086, a. inc. imp. Marci ib. 2095 acta Arv. — In t. mutilo Beneventano IX 1574 memorantur* consules ... estus ... scus *fasces gerentes* d. 12 m. Aug. *a. inc. saec. II. Cum innotuerit ex fragmento fastorum Ostiensium, quod edidit Calza Not. d. sc. 1934, 253 sqq., L. Dasumium Tuscum consulatu functum esse secundo nundinio a. 152, fortasse possis conicere in t. Beneventano supplendum* [Mod]esto [et Tu]sco cos., *Claudium igitur Modestum Dasumii collegam fuisse illum, cuius nomen in fastis Ostiensibus periit.* — L. Claudius M...... *in fistula XV 7703 potest fuisse idem.* *Gr.*

939 CLAV(DIVS) N[AT]ALIANVS(?) *memoratur in t. IGR 1, 582 cf. 1424, melius Seure Rev. arch. 12, 1908, 36, quem posuit* civitas Nicopolis ad Istrum imperatori *alicui, cuius nomen erasum est, Claudio ut videtur vel Aureliano,* ὑπατεύ(οντος) Κλαυ. Ν[ατ]αλιανοῦ πρεσβ. Σεββ. *(sic)* ἀντιστρ.; *fuit ergo* legatus Aug. pr. pr. (Moesiae inferioris). *Gr.*

940 **Claudius Neocydes.** *Papyri graecae BGU 1, 245 (1); 2, 378 (= Mitteis Chrest. 60) (2); 4, 1019, cf. P. M. Meyer P. Arch. 3, 247 sq. Preisigke BL 1, 88 (3). P. Lond. 2, p. 152 sq., 196 = Mitteis l. l. 87 (4). P. Oxy. 8, 1102 (5). P. Fay. 203 = P. Cair. Preis. 1 (6). PSI 4, 281 (7).*

Claudius Neocydes *p. 1. 2. 7;* Neocydes *p. 3—6,* ὁ κράτιστος *p. 4. 7,* iuridicus (δικαιοδότης) Aegypti *p. 1—3. 5. 7. In hoc officio successit Maximiano, qui circa a. 139 iuridicus fuerat,* Neocydes ipse circa a. 141 *(cf. P. M. Meyer P. Arch. 3, 104);* a. 146/7 officio iuridici fungi desierat (γε[ν]όμενος *p. 2);* Vergillianus ὁ [στρα]τοπεδάρ[χης] *p. 4, v. 4 sq.,* cui scripsit Neocydes, *idem est ac T. Flavius Vergilianus praefectus castrorum sub C. Avidio Heliodoro praefecto Aegypti (a. 138—140) III 6025 = D. 2615.* Et Neocydes ipse sub Avidio Heliodoro fuit iuridicus *p. 7. Idem sine dubio significatur* ὁ κράτιστος δικαιοδό[τ]ης *P. Catt. verso (= Mitteis l. l.*

88) V 17 sq., P. Arch. 3, 66, cf. P. M. Meyer ib. 102. Vices eius nescio qua causa per aliquod tempus Ran..... Iulianus explevit (ib. I 1 sq., cf. p. 3. 4). Avus fortasse M. Claudi Frontonis Neocydis (n. 875).

St.

941 TIB. CLAVDIVS NERO = TIB. IVLIVS CAESAR = TIB. CAESAR AVGVSTVS, *vulgo* imperator Tiberius. *Ante adoptionem* Ti. Claudius Nero *Corn. Nep. Att. 19, 4. Dio 48, 15, 2 (per ludibrium* Biberius Caldius Mero *Suet. Tib. 42, 1, cf. Dio ed. Boiss. 2 p. 616). tituli. nummus Gadibus signatus Eckhel 6, 184 vel* Ti. Claudius *vel* Ti. Nero *vel* Claudius Nero *vel unum quidque solum ex tribus nominibus. Hic et frater Nero Claudius Drusus (supra n. 857) nominantur* Nerones *Hor. c. 4, 4, 28; 4, 14, 14 cum schol. consol. Liv. 1, 145. 383,* Tiberius Drususque Nerones *Suet. 4, 3. In consulatu priore et altero* Τιβ. Κλαύδιος Τιβ. υἱ(ὸς) Νέρων *Dio ind. l. 54 et 55.* Κλαύδιον Νέρωνα τὸ δεύτερον ὑπατεύοντα *Dionys. Hal. ant. 1, 3, 4.* Ner. Claud. *tess. numm. Herzog n. 73.* Ti. Claud. *ib. 75.* Ti. Claudius *XV 4539 = D. 8580, ceterum* Ti. Claudius Nero *tituli.*

Filius Tib. Claudi Neronis *(Suet. Tib. 4, 1. 3. Vell. 2, 75, 1. Tac. a. 5, 1; 6, 51. Dio 48, 15, 3. Plin. n. h. 10, 154. IX 3662 = D. 125 a)* et Liviae Drusillae *(quae postea Iulia Augusta)*, patricius *Dio 57, 1, 1*, natus anno a. C. 42, d. 16 Nov. *Suet. Tib. 5 (cf. 73, 1. Tac. a. 6, 50* obiit octavo et septuagesimo aetatis anno; *Dio 58, 28, 5* annos natus septuaginta septem, menses quattuor, dies novem; cum imperium iniit ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐγεγόνει *ib. 57, 2, 4)*; sic enim in fastos actaque in publica relatum est nec tamen desunt qui partim antecedente anno, partim insequenti genitum eum scribant *ib.* Natalis d. 16 Nov. *Dio exc. 57, 18, 2. feriale Cumanum X 8375 = I² p. 229 = D. 108. fasti Antiates X 6638 = I² p. 249 (ubi errore typothetae intercidit* TI·). *act. Arv. VI 2025 col. II 4—6. Wadd. 2773 = Ditt. Or. 583. IG 5, 1, 1359.* Natum eum esse quidam Fundis existimaverunt secuti levem coniecturam, quod materna eius avia Fundana fuerit *(cf. Suet. Cal. 23, 2 et supra A 528)* et quod mox simulacrum Felicitatis ex s. c. publicatum ibi sit. sed ut plures certioresque tradunt natus est Romae in Palatio *Suet. Tib. 5.* Anno 40 minus bimum parentes Neapoli profugi Siciliam Achaiamque eum circumduxerunt ac Lacedaemoniis publice demandaverunt *Vell. 2, 75, 3. Suet. 6, 1. 2, cf. 4, 2. 3. Dio 48, 15, 3. 4; 54, 7, 2.* Post reditum in urbem a M. Gallio senatore testamento adoptatus hereditate adita mox nomine abstinuit *Suet. 6, 3.* Novem annos natus defunctum patrem pro rostris laudavit *ib. 6, 4.* Pater moriens Caesarem tutorem filiorum reliquit *Dio 48, 44, 5.* Vipsaniam Agrippinam, filiam M. Agrippae, neptem T. Pomponi Attici *vivi etiamtum (obiit a. 32)*, vix anniculam Caesar Tiberio despondit *Corn. Nep. Att. 19, 4, cf. Sen. epist. 21, 4.* Actiaco triumpho (a. 29) currum Augusti comitatus est *Suet. 6, 4.* A. 27, d. 24 m. Aprilis

togam virilem sumpsit *fasti Praenest.* I^2 *p. 236* = *D. 8744 a, cf. Suet. 7, 1.* Magistro usus est Nestore Tarsensi stoico *(immo academico) Ps. Lucian. macr. 21, cf. Cichorius Röm. St. 278, 2.* Iuvenis Rhodi eloquentiae operam navavit *Damasc. v. Isid. 64 (ex Plutarcho, cf. ed. Bern. 7 p. 148)*, Theodorum Gadareum ibi studiose audivit *Quintil. 3, 1, 17, cf. Suet. 57, 1. Suid. s.* Θεόδωρος *151 Adler. Sen. suas. 3, 7.* Stipendia prima expeditione Cantabrica *(a. 26 vel 25)* tribunus militum fecit *Suet. 9, 1; inde fortasse tot in Hispania tituli illis temporibus ei positi, cf. D. 144 cum adn.* A. 25 Augustus per eum et Marcellum ludos edidit *Dio 53, 26, 1.* Civilium officiorum rudimentis regem Archelaum *(supra A 1023)* Trallianos et Thessalos, varia quosque de causa, Augusto cognoscente defendit *(cf. Dio 57, 17, 3)*; pro Laodicenis Thyatirenis Chiis terrae motu afflictis opemque implorantibus senatum deprecatus est *Suet. 8.* A. 24 ei permissum est ut honores peteret quinquennio maturius quam per leges liceret *Dio 53, 28, 3. Tac. a. 3, 29* statimque quaestor designatus est *Dio 53, 28, 4.* A. 23 quaestor Ostiensis *Vell. 2, 94, 3* maximam difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam moderatus est *ib.*; curam annonae quae artior inciderat administravit *Suet. 8*, aliam curam *ib.* Fannium Caepionem, qui cum (A. Terentio) Varrone Murena in Augustum conspiraverat, reum maiestatis apud iudices fecit et condemnavit *ib. (a. 22, cf. Dio 54, 3).* A. 20 ducto ad Orientem exercitu (per Macedoniam in Syriam *Suet. 14, 3;* Thraca .... Hebrusque *Hor. epist. 1, 3, 3)* regnum Armeniae Tigrani restituit *RgdA c. 27. Strabo 17, 821. Vell. 2, 94, 4 (qui errore* Artavasdi *pro* Tigrani *ponit); 104, 4; 122, 1. Ios. ant. 15, 105. Tac. a. 2, 3. Suet. Tib. 9, 1 (cf. 11, 1). Dio 54, 9, 4. 5, cf. Hor. epist. 1, 3, 1—3; 12, 26 sq. consol. Liv. 389. Euseb.-Hieronym. chron. 189. Ol. p. 168 H.; arm. p. 210 K; Syncell. 592. Huc spectare epigramma Diodori Sardiani anth. Pal. 9, 219 (cf. Crinagoras n. 49 Rub. = anth. Plan. 4, 61) putat Cichorius Röm. St. 299 sq.* Recepit et signa, quae M. Crasso ademerant Parthi *Suet. l. l., perperam.* A. 19 ornamentis praetoriis ornatus *Dio 54, 10, 4; 19, 6.* A. 16 praetor cum Augusto in Galliam profectus est *Dio l. l.* Comatam Galliam barbarorum incursionibus et principum discordia inquietam anno fere rexit *Suet. l. l.* A. 15 una cum Druso *(vide supra n. 857)* Raeticum Vindelicumque bellum gessit, quo gentes Alpinas subegit *Suet. 9, 1. 2. Dio 54, 22. Vell. 2, 95, 2 (cf. 39, 2; 104, 4; 122, 1). Liv. 138. Strabo 4, 206; 7, 292. Suet. vita Hor. p. 46 Reiff. Porphyr. Hor. c. 4, 1, 1, cf. Hor. c. 4, 14, 14—32. consol. Liv. 16. 383 sqq. Euseb.-Hieronym. chron. 191. Ol. p. 166 H.; arm. p. 211 K.; Syncell. 593. Ad hanc expeditionem refert Cichorius Röm. St. 313 sq. carmen Crinagorae n. 49 Rub. = anth. Plan. 4 (16), 61 probabiliter. Quod mentionem faciunt Euseb. l. l. Thraciae, consol. Liv. 387 sq. Daciae (cf. Dio 54, 36, 2), Vell. 2, 39, 3 Scordiscorum, inde nonnulli viri docti coniecerunt Tiberium a. 15*

etiam in Macedonia vel in Moesia pugnavisse, dubito num recte, cf. Syme Journ. Rom. St. 24, 117 sq. Pontifex, praetor *t. Tarraconensis II 6080 = D. 146;* pontifex *VI 385 et 30751. V 6416, 4. IX 2443 = D. 95. 107. 147.* Anno 741 = 13 consul ordinarius cum P. Quinctilio Varo *Dio 54, 25, 1. fasti, v. supra.* Tiberio consuli posuerunt Epidaurii *IG 4, 1*[2]*, 397.* Uxorem Vipsaniam Agrippinam, ex qua tulit filium Drusum, rursus gravidam dimittere ac Iuliam Augusti filiam defuncto Agrippa (anno 12 *Dio 54, 28, 3)* coactus est ducere a. 11; ex hac natus infans Aquileiae extinctus est *Suet. 7, 2. 3; Aug. 63, 2. Dio 54, 31, 1. 2; 35, 4. Vell. 2, 96, 1. Tac. a. 1, 12. 53; 4, 40.* Bello Pannonico Breucos et Dalmatas subegit *Suet. 9, 1. 2,* a. 12 (Illyricum petens iuxta Patavium adiit Gergonis oraculum *Suet. 14, 3)* Pannonios vicit Scordiscorum usus auxilio *Dio 54, 31, 2. 3.* Quas ob res senatus ei triumphum decrevit, quem Augusto abnuente ornamentis triumphalibus honoratus est *ib. 4. Suet. 9, 2.* A. 11 Delmatis et Pannoniis denuo rebellantibus suppressis imperator acclamatus est a militibus, sed ea appellatione uti Augustus vetuit *Dio 54, 34, 3; 33, 5.* A. 10 e Gallia, quo Augustum comitatus erat, in Delmatas missus gentem coercuit *Dio 54, 36, 2. 3,* cum Augusto Romam rediit *ib. 4.* A. 9 rursus Pannonios rebellantes domuit, inde ovans urbem ingressus est *Dio 55, 2, 4;* ovans triumphavit *Vell. 2, 96, 3. Suet. 9, 2;* de captis Pannoniis triumphavit *Euseb.-Hieronym. chron. 192. Ol. p. 167 H.; arm. p. 211 K.; Syncell. 593. Has expeditiones annorum 12—9 designat Augustus, cum dicit RgdA c. 30* 'Pannoniorum gentes .... devictas per Ti. [Ne]ronem, qui tum erat privignus et legatus meus' *sc. Illyrici, cf. Mommsen in ed.*[2] *p. 129. Res breviter attingunt Liv. 141. Vell. 2, 96, 2. 3. Frontin. strat. 2, 1, 15. consol. Liv. 389 sq.* Subinde ad Drusum fratrem moribundum ab Augusto missus in Germaniam festinavit *Val. Max. 5, 5, 3. Plin. n. h. 7, 84. Dio 55, 2, 1. Liv. 142. Sen. ad Polyb. 15, 5. consol. Liv. 89—94.* Drusi defuncti *(d. 14 m. Sept. a. 9)* corpus Romam deduxit *Dio l. l. Suet. Tib. 7, 3 (cf. Claud. 1, 3). Liv. 142. Sen. ad Marciam 3, 1. 2. consol. Liv. 171—177. Tac. a. 3, 5.* Laudationem funebrem habuit in foro *Dio 55, 2, 2; at pomerium intrare ei nondum licuit (ib.), videtur igitur* ἐν τῷ Φλαμινίῳ ἱπποδρόμῳ *ad eum non ad Augustum pertinere.* Druso etiamtum vivo imperator consalutatus est *Val. Max. l. l., cf. Tac. a. 1, 3* 'Tiberium Neronem et Claudium Drusum privignos imperatoriis nominibus auxit', *fortasse ob devictos Pannonios et Dalmatas quo tempore ovatio ei decreta est (v. supra), quamquam Tiberium post bellum Germanicum imperatorem nuncupatum esse tradit Euseb.-Hieronym. chron. 193. Ol. p. 167 H.; arm. p. 211 K.; Syncell. p. 593, cf. Mommsen RgdA*[2] *p. 14 sq.* Post Pannonicum bellum Germanicum a. 8 Rhenum transgressus prospere gessit *Suet. 9, 1. 2 (inde Eutrop. 7, 9). Dio 55, 6. Vell. 2, 97, 4, cf. Tac. a. 2, 26; 12, 39.* Imperator iterum consalutatus, consul designatus est iterum *Dio 55, 6, 4. 5.* A. 7 consul

iterum cum Cn. Calpurnio Pisone *(v. supra n. 287)*, *cf. Tac. a. 3, 16* 'collegium consulatus'. Triumphum egit in consulatu *Dio 55, 6, 5; 8, 2. Vell. l. l.*, *cf. Suet. 9, 2* 'curru urbem ingressus est'. *Huc fortasse spectat Euseb.-Hieronym. chron. 193. Ol. p. 168 b) H.; arm. 211 K.; Syncell. 593.* Paulo post ob motus in Germania ortos eo profectus est *Dio 55, 8, 3.* Consul iterum, imperator iterum *VI 385 et 30751 = D. 95 (a. 7 dedicatus);* δὶς ὕπατον, δὶς αὐ[τοκ]ράτορα, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον *t. Samius* positus publice anno a. C. 2/1 *(non 2 p. C.) Ath. Mitt. 49, 43 (= IGR 4, 959 male); eodem fere tempore positus t. Saepinas IX 2443 = D. 147:* cos. II, [imp. I]I, trib. po[t]est. V. A. 6 tribuniciam potestatem in quinquennium accepit *Suet. 9, 3, cf. 11, 3. Vell. 2, 99, 1. Dio exc. 55, 9, 4;* imperator, tribunicia potestate *t. Cyrenaicus Afr. Ital. 3, 198, cf. Tac. a. 3, 56* 'qua (aetate) ipse ... a divo Augusto ad capessendum hoc munus vocatus sit'. Armeniam abalienatam componere iussus Rhodum secessit *Dio 55, 9. Vell. 2, 99. Suet. 10.*

Ibi septem annos moratus *Vell.;* octavo post secessum anno *Suet. 14, 1* Romam rediit; circa tempus mortis C. et L. Caesarum *Dio 55, 10 a, 10 p. 496 Boiss.* (defunctis Caesaribus *Xiph., Boiss. vol. 3, 534;* non multo ante *Zonar. 10, 36 p. 448 D.*), anno 2 p. C. *Vell. 2, 103, 1.* Portentum aquilae Rhodi conspectae *Suet. 14, 4* celebratur etiam ab Apollonide (Nicaeensi, qui ad Tiberium Caesarem dedit commentarios in Timonis sillos *Laert. Diog. 9, 109) anth. Pal. 9, 287, cf. Cichorius Röm. St. 334 sq. Ad secessum Rhodium respiciunt Manil. astr. 4, 763 sqq. Antiphilus anth. Pal. 9, 178.* Ad C. Caesarem Orienti praepositum salutandum Samum (Chium *Xiphil. Zonar. = Dio exc. 55, 10, 19 p. 493 B.*) venit *Suet. 12, 2, cf. Vell. 2, 101, 1 (anno a. C. 1)*, quamvis alienum sibi sentiret *Suet. l. l.* Rex Archelaus *(supra A 1023)* eum Rhodi agentem nullo officio coluit *Tac. a. 2, 42. Dio 57, 17, 4*, coluit tamen Sulpicius Quirinius rector C. Caesari datus *Tac. a. 3, 48.* Quomodo Rhodi vixerit *Suet. 11—13, cf. 32, 2. Tac. a. 1, 4. 53; 4, 57. Plin. n. h. 7, 149*, quasi legatus Augusti *Suet. 12, 1.* Thrasyllum mathematicum ut sapientiae professorem contubernio admovit *Suet. 14, 4. Tac. a. 6, 20. 21. Dio 55, 11 (Xiphil. p. 534 sq. Boiss. Zonar. 10, 36 p. 448 sq. D.).* Romam reversus e Carinis ac Pompeiana domo Esquilias in hortos Maecenatianos transmigravit *Suet. 15, 1.*

Adoptatus ab Augusto simul cum M. Agrippa (Postumo) *Suet. 15, 2; Aug. 65, 1. Vell. 2, 112, 7. Euseb.-Hieronym. chron. 195. Ol. p. 169 h) H.; arm. 212 K. Syncell. 602* anno 4 p. C. d. 26 Iun. (27 Iun. *Vell.) fasti Amit. I² p. 243. Vell. 2, 103, 3; 104, 1; 122, 2*, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare *Suet. 15, 2; 21; Cal. 1, 1; 4. Tac. a. 1, 3; 4, 57. Dio 55, 13, 2; 27, 4. Dictus est inde* Ti. Caesar *vel (rarius)* Ti. Iulius Caesar (Τιβέριον Ἰούλιον *Amer. Journ. Arch. 1896, 580, 65 = IGR 1, 958), addito nomine* Claudiani, *quod sane neque in titulis neque in nummis in-*

venitur quo tamen eum in dedicatione aedis Castoris usum esse tradit Dio 55, 27, 4. Sed et post adoptionem Tiberius Nero *nuncupatus est RgdA c. 30 vel* Nero *Tac. a. 1, 5.* Data rursus tribunicia potestate in decennium *Dio 55, 13, 2* (in quinquennium *Suet. 16, 1 errore ut videtur, cf. Mommsen RgdA² p. 31). Vell. 2, 103, 3. Tac. a. 1, 3 (in utroque scriptore intellegitur altera tribunicia potestas, quoniam post C. et L. Caesares defunctos memoratur)* protinus in Germaniam missus est *Vell. 2, 104, 2—4. Suet. 16, 1. Dio l. l.* Res in Germania ab eo gestae a. 4—6 *Vell. 2, 105—108. 122, 2. Dio 55, 28, 5—7; 29, 1; 30, 1. Tac. a. 2, 46. Eo sine dubio tempore* [ἀπὸ Β]ονωνίας τῆς ἐν Γαλλίᾳ epistula Ti. Caesaris ad Aezanitas *data est Klio 9, 422 = D. 9463; XIII 3570 = D. 8898 t. Bagaci Nerviorum positus* 'adventui eius sacrum'. Hieme 4/5 et 5/6 Romae moratus est *Vell. 105, 3; 107, 3. Dio 55, 27, 5.* Imperator acclamatus est tertium a. 6 *Dio 55, 28, 6. V 6416* (= *D. 107), 4 (in arcu Ticinensi* a. 7/8, *ubi* augurique *vocabulum non eius sed Germanici honoribus addendum est, Dessau 3 p. CLXIX).* Sed nuntiata Illyrici defectione transiit ad curam novi belli, quod triennio *(a. 6—9)* gessit, totum Illyricum perdomuit et in dicionem redegit *Suet. 16, 2 (cf. 20). Vell. 110—117; 39, 3. Dio 55, 28, 7; 29 sq.* (Sisciae moratus *55, 30, 4; 49, 37, 3). 34; 56, 12—16. Euseb.-Hieronym. chron. 196. Ol. p. 170 f) H.; arm. p. 212, cf. Ovid. ex P. 2, 1, 46. III 3158 = D. 3320* donatus ab Ti. Caes. .... Augusto .... bello Delmatico. *V 3346 = D. 2673* [bello] Batoniano. Die 3 m. Augusti Ti. Aug. Inlyrico vic(it) *fasti Antiates I² p. 248, cf. p. 323 sq. et Hirschfeld Kl. Schr. 394—397.* Quas ob res triumphus ei decretus est, multique et magni honores *Suet. 17, 1. Dio 56, 17, 1;* imperator consalutatus est *Dio l. l. Acclamationem hanc imperatoriam quintam fuisse testes sunt nummi cusi a. 10/11 cum imperatore V tribuniciam potestatem XII exhibentes RIC 1, 82, 220. Mattingly Br. Mus. 1, 50, 271—274.* Triumphum ipse distulit maesta civitate clade Variana *(cf. Vell. 2, 117, 1; 120, 1* 'his auditis revolat ad patrem'); nihilo minus urbem praetextatus et laurea coronatus intravit *Suet. 17, 2, cf. Dio 56, 1, 1. Quod memoratur in fastis Praenestinis I² p. 231* d. 16 m. Ian. Ti. Caesar ex Pann ...... avit, *id non cum Mommseno (ib. p. 308) ad triumphum a. 12 referendum est, quippe qui d. 23 m. Oct. actus sit (v. infra), sed ad pompam anni 10 (cf. Dio l. l.* μετὰ τὸν χειμῶνα *anni 9), supplendum igitur recte iudicavit Wissowa Herm. 58, 377 hoc fere plus minus perscriptum* 'Ti. Caesar ex Pan[nonia laureatus urbem intr]avit'; *etsi aliter sentit Pippidi Rev. ét. lat. 11, 435—456, qui immerito mihi videtur intellegere d. 16 m. Ian. anni 9 pro 10.* — (Stephanephorus et) aesymnetes Mileti *Milet 3 n. 127, v. 31 (cf. Rehm l. l. p. 253), item sine dubio* Prienes, *Inschr. Priene 142 II 1. 7. 23.*

A. 10 Germaniam repetivit *Suet. 18. 19. Vell. 120, 1. 2; 121, 1. Dio 56, 23, 3. Zonar. 10, 37 p. 452 D. (= Dio 56, 22; 2b p. 534 Boiss.).* Per

biennium *(Suet. 20)* res in Germania gessit, a. 10—12 *Dio 56, 25, 2; 26, 2, cf. Vell. 122, 2. Tac. a. 1, 50; 2, 26* 'se novies a divo Augusto in Germaniam missum' dicit Tiberius. Autumno a. 11 Romae degebat *Dio 56, 25, 3.* (Die 23 m. Sept. etiamtum certe in Germania fuit natalem Augusti celebrans *ib.).* A. 12 in urbem regressus dilatum ex Pannoniis Delmatisque egit triumphum *Vell. 121, 2. 3. Suet. 20* die 23 m. Oct., *eodem die scilicet quo* Augustus vicit Philippis posteriore proelio Bruto occiso, Ti. Caesar curru triumphavit ex Ilurico *fasti Praen. Not. d. sc. 1921, 279, cf. Huelsen Atti acc. pontif. 1921, 325 sqq.; Strena Buliciana (1924), 193—197. Wissowa Herm. 58, 375 sqq.* (Tiberium natum esse XVI kal. Dec. 'per bellum Philippense' *tradit Suet. 5 haud ita accurate). Hunc triumphum praedicat Ovid. epistula ex P. 2, 1 ad Germanicum data.* Cum sine ulla dubitatione septem triumphos meruerit, tribus contentus fuit *Vell. 122, 1.*

A. 13 redintegrata ei tribunicia potestas *Dio 56, 28, 1. Tac. a. 1, 10* ('paucis ante annis' *minus accurate), cf. 1, 7. Suet. 23; Aug. 27, 5. RgdA c. 6 (latine partim servatum in solo monumento Antiocheno p. 58 Prem.).* Lex per consules lata est, ut provincias cum Augusto communiter administraret *Suet. 21, 1;* senatus populusque Romanus postulante Augusto, ut aequum ei ius in omnibus provinciis exercitibusque esset, quam erat ipsi, decreto complexus est *Vell. 121, 1* simulque ut cum Augusto censum ageret *Suet. l. l. Augustus a. 13 ut videtur censum egit, cf. Dio-Xiph. 56, 28, 6.* Tertium consulari cum imperio lustrum conlega Tib. Cae[sare] fecit Augustus a. 14 *RgdA c. 8. Euseb.-Hieronym. 198. Ol. p. 171 a) H.; arm. p. 212 K.; Syncell. 602. De lege illa Velleius ante Tiberium reversum in urbem refert, Suetonius post triumphum; cuius quidem verba* 'non multo post' *quamquam per se ad Concordiae aedem dedicatam a. 10 (Dio 56, 25, 1. I² p. 231) spectare possunt, tamen quae sequuntur* 'simulque censum ageret' *indicant legem latam esse non ante a. 12, nisi forte mavis decretum esse de censu tribus fere annis ante censum actum. Multa de hac re disseruerunt Dieckmann Klio 15, 339—375. Kornemann Doppelprinzipat (1930), 26 sq., cf. etiam Vogt Alex. Münzen 1, 15 sq. Holzmeister Chronologia vitae Christi (1933) 68.*

Lustro condito *(circa medium mensem Maium a. 14, cf. Suet. Aug. 97, 1. 2)* in Illyricum profectus est *Suet. l. l.; Aug. 97, 3, cf. Vell. 123, 1.* Vixdum ingressus Illyricum matris litteris revocatus spirantem adhuc Augustum *(id quod in dubium vocant Tac. a. 1, 5. Dio 56, 31, 1)* Nolae repperit *Suet. l. l.; Aug. 98, 5. Vell. 2, 123.*

Defuncto Augusto d. 19 m. Aug. a. 14 appellatus est Ti. Caesar Augustus *vel* Imperator Ti. Caesar Augustus *(quamquam* ipse recusavit praenomen Imperatoris *Suet. 26, 2. Dio 57, 2, 1; 8, 1. 2, cf. 59, 3, 2) vel* Ti. Caesar *vel (rarius)* Imperator Caesar Augustus *vel* Ti. Iulius Caesar Augustus

(II 1660. VI 930 = D. 161. 244). Augusti nomen nullis nisi ad reges ac dynastas epistulis addidit *Suet. l. l. Dio 57, 8, 1. 2, cf. 2, 1; 59, 3, 2, id quod titulis nummis papyris minime confirmatur, cf. Dessau Gesch. d. röm. Kaiserz. 2, 3, 2. Scott Class. Phil. 27, 43—50. Quid quod et* αὐτοκράτωρ (imperator) et Σεβαστός (Augustus) et πατὴρ πατρίδος (pater patriae; *etsi* patris patriae appellationem saepius sibi oblatam deprecatus est *Suet. 26, 2; 67, 2. Tac. a. 1, 14. 72; 2, 87. Dio 57, 8, 1; 58, 12, 8) nuncupatur a Gytheatis in tit.*, *quem edidit et commentario instruxit Kornemann, Neue Dokumente z. lakon. Kaiserkult (1929).*

Consul III a. 18 cum Germanico Caesare, IIII a. 21 cum Druso Caesare II, V a. 31 cum L. Aelio Seiano *(v. supra A 255). De consulatuum eius funestis collegis Dio exc. 57, 20, 1. 2.* Tribunicia potestate primum a. 6/5 *v. supra*, II a. 5/4, V a. 2/1; VI a. 4/5 inde a d. 26 Iun. *(v. supra) ut videtur (cf. Hirschfeld K. V.² 438—448)*, VII a. 5/6 *cet. (anni trib. pot. adiciuntur in fastis consularibus Capitolinis I² p. 29)*, XXXVIII m. Iun. a. 36 ad 16. Mart. 37. Imperator I a. 9 a. C., II a. 8 a. C., III a. 6 p. C. V a. 9 *(supra)*, VII a. 15 *(in titulo Emonensi III 10768 et in tituli gemelli fragmento pontificis maximi vocabulum coniunctum est cum imperatoria acclamatione sexta, cf. Cuntz Korr. Bl. d. Ges. Ver. 60 (1912), 112 sq.; in nummis tamen Augusto vivo etiamtum RIC 1, 91, 369—371. Mattingly Br. Mus. 1, 95 sq.)*, VIII a. 16 *(Tac. a. 2, 18).* Pontifex maximus creatus d. 10 Mart. a. 15 *XI 3303 = D. 154. fasti Praen. I² p. 233. fasti Vat. I² p. 243. Imperium adeptus* augur, quindecimvir sacris faciundis, septemvir epulonum *VI 903 (= D. 160). II 2062. X 8088. Nomen Germanici ei adscriptum IG 7, 3103 t. Lebadaeus, cf. Dio 57, 8, 2.*

Obiit d. 16 mensis Martii a. 37 *XIV 4535 v. 17 (fasti Ostienses). Tac. a. 6, 50. Suet. 73, 1. Dio 58, 28, 5* (d. 26 Martii *errore)* Miseni *fasti Ost.*, in villa Lucullana (*quae ut* Baianum *memoratur Varr. r. r. 3, 17, 9) Suet. l. l.* *St.*

942 TI. CLAVDIVS NERO GERMANICVS = TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS, *vulgo* imperator Claudius.

Tituli ei privato positi in arcu Ticinensi V 6416 (= D. 107), 10 (1). Polensis V 24 = D. 198 (2). Alexandreae Troadis III 381 (3), nominatur in t. (Liviae) Medullinae sponsae prope Velitras rep. X 6561 = D. 199 (4), in t. graeco Iliensi matris Wadd. 3, 1039 = D. 8787 (5). Ipse fortasse posuit Iuliae Drusillae ('[T]i[b]erius parenti') *t. Avennione XII 1026 = D. 195 (6). Servi eius in titulis urbanis VI 4334 (eques). 4340* (Germanus corpore custos). *4345 = D. 1723* (decurio Germanorum). *4348. 8662. 8740. Not. d. sc. 1920, 40, 36, in t. in agro Ligurum Baebianorum rep. IX 1456 = D. 3806.*

Ti. Claudius Nero Germanicus *t. 1. 3. 4. Dio exc. 60, 2, 1 et in consulatu (v. infra);* Ti. Claudius Nero *Dio 55, 27, 3 et in t. servi apud Li-*

gures Baebianos IX 1456 = D. 3806; .... audius Nero Germanicus *t. 2, ceterum* Ti. Claudius Germanicus *vel* Ti. Germanicus *vel plerumque* Claudius; *solum cognomen* Germanicus *Ios. ant. 19, 217;* Tiberius *Suet. Claud. 4, 1. 5. 6. t. 6. In consulatu primo* Ti. Claudius Nero Ger[m.] *XIV 4535, 14;* .... us Nero Ger .... *I² p. 71.* — Primum appellatus est Tiberius Claudius Drusus, mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato *(a. 4 p. C.)* Germanici cognomen assumpsit *Suet. Claud. 2, 1; sed et cognomen Drusi in eo nusquam invenitur et Germanici cognomen patre defuncto ei et fratri posterisque eorum inditum est, v. supra n. 857, cf. Groag RE 3, 2781 sq. Gardthausen BphW 1908, 1263 sq.*

Filius natu minimus Drusi maioris *(supra n. 857)* et Antoniae minoris *V 8002 (= D. 208). 8003. XIII 1668 (= D. 212) col. II 35 et passim in titulis ubi dicitur* Drusi filius *vel* Drusi Germanici filius *VI 921 (et 31204). X 1417 = D. 222, 2; 150. Suet. 1, 1. 6; 3, 2. Dio l. l. et 60, 2, 5; 5, 1; 66, 14, 1. Sen. consol. Polyb. 15, 5. Ios. ant. 18, 164. Plut. Ant. 87. Eutr. 7, 13, 1. epit. de Caes. 4, 1.*

Natus est kalendis Augustis *I² p. 240. 248 = X 6638. Suet. 2, 1. Dio 60, 5, 3,* anno a. C. 10 *Suet. 2, 1, cf. 10, 1; 45. Sen. apocol. 3, 1. Dio 59, 6, 6; 60, 2, 1; 5, 3; 34, 3. Philostr. v. Apoll. 5, 27 p. 185 K. Eutrop. 7, 13, 5. epit. de Caes. 4, 11,* Luguduni *Suet. 2, 1. Sen. apocol. 6, 1.* Per omne fere pueritiae atque adulescentiae tempus variis et tenacibus morbis conflictatus est, adeo ut animo simul et corpore hebetato ne progressa quidem aetate ulli publico privatoque muneri habilis existimaretur *Suet. l. l. cf. Dio 60, 2, 1. 4 (= Suid. s.* Κλαύδιος). Diu atque etiam post tutelam receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit *Suet. 2, 2.* Ob valetudinem gladiatorio munere, quod anno 6 p. C. simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus praesedit *Suet. l. l. Dio 55, 27, 3,* et togae virilis die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est *Suet. l. l.* Diu cum avia et matre et cum libertis vivebat *Dio 60, 2, 5;* inter socios eius nominantur Sulpicius (Flavus?) et Athenodorus *Suet. 4, 5;* aliquamdiu educatus cum Agrippa (I), qui postea in Iudaea regnavit *Ios. ant. 18, 165.* Disciplinis liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam publicavit *Suet. 3, 1. Dio 60, 2, 1;* placuit Augusto declamans *Suet. 4, 6.* Augustus nullo praeter auguralis sacerdotii honore eum impertivit *Suet. 4, 7, cf. 4, 2;* augur *t. 2. 3. (Denarius inscriptionem* 'augur' *exhibens Cohen 1², 255 sq., 69 dubiae fidei habetur Mattingly Br. Mus. 1, 170 nota. RIC 1, 128 nota).* Eques Romanus usque ad principatum Gai *Suet. Cal. 15, 2. Dio 59, 6, 6.* Equester ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit, cum deportandum Romam corpus Augusti umeris suis ab consulibus exposceret *Suet. 6, 1.* A. 14 ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adiectus est *Suet. 6, 2. Tac. a. 1, 54;* sodalis Augustalis

t. 2. 3, sodalis Titius *ib.* Tiberius ei petenti honores consularia ornamenta detulit, instantius legitimos flagitanti abnuit *Suet. 5.* Tunc demum abiecta spe dignitatis ad otium concessit atque contubernio sordidissimorum hominum gaudebat *ib.*, *ut* Iuli Paeligni *Tac. a. 12, 49.* P. Petronius vetus convictor eius *Sen. apocol. 14, 2.* Senatus decretum, quo ei dicendae inter consulares sententiae ius tribueretur, Tiberius abolevit *Suet. 6, 2.* Anno 20 cum cineres Germanici fratris Romam perferrentur, Tarracinam obviam progressus est *Tac. a. 3, 2. 3, cf. Sen. consol. Polyb. 16, 3*, eius nomen, cum senatus ob vindictam Germanici grates agendas censuit, postea adscriptum est *Tac. a. 3, 18.* Eodem anno filio Claudii (Druso, *supra n. 856)* socer Seianus destinatus est *ib. 3, 29.* A. 31 iterum patronus ordinis equestris Seianum oppressum apud consules gratulatus est *Suet. 6, 1.* Tiberio de re publica tradenda deliberanti quominus de Claudio cogitaret, imminuta mens eius obstitit *Tac. a. 6, 49*, tamen moriens eum commendavit exercitibus ac senatui populoque Romano inter ceteras necessitudines nominatim *Suet. 6, 2.*

Gaius imperium adeptus eum pro ordine equestri ad novum principem missum in senatum adlegit et collegam sibi in consulatu assumpsit *Suet. 7. 9, 1; Cal. 15, 2. Dio 59, 6, 5. 6; 60, 2, 1. CIL I² p. 71. XIV 4535, 14. t. 2. 3.* Consul suffectus ex kalendis Iuliis *(Suet. Cal. 17, 1. XIV 4535, 14)* ad kalendas Septembres 37 *(XIV 4535, 15)* per duos menses cum imperatore Gaio *Suet. 7; Cal. 17, 1*, qui duos menses et duodecim dies consul fuit *Dio 59, 7, 9.* A. 39 (M. Aemili) Lepidi et (Cn. Corneli Lentuli) Gaetulici coniuratione oppressa inter alios legatos ad Gaium in Germaniam a senatu missus ab imperatore paene interfectus est *Dio 59, 23, 2. 5. Suet. 9, 1 (cf. t. 6).* Atque ex eo numquam non in senatu novissimus consularium sententiam dixit *Suet. 9, 2.* A Polluce (Πολυδεύκης) servo apud Gaium accusatus est *Ios. ant. 19, 13.* Sestertium octogiens pro introitu novi sacerdotii *(Gai = Iovis Latiaris Dio 59, 28, 5 ex coniectura Casauboni, cf. Suet. Cal. 22, 2)* coactus impendere, ad summas rei familiaris angustias decidit *Suet. 9, 2.*

Postquam Gaius d. 24 mensis Ianuarii a. 41 occisus est, Claudius cum in Palatio se abdidisset, a militibus extractus et imperator salutatus in castra praetoria deductus est *Suet. 10. Dio 60, 1. Ios. ant. 19, 162—164. 212—226; bell. 2, 204. epit. de Caes. 4, 2.* Postero die milites iurare in nomen suum passus est consentiente tandem senatu, qui per biduum de libertate asserenda consuluerat *Suet. 11, 1; Cal. 60. Ios. ant. 19, 161. 166—189. 227—266; bell. 205—214. Dio l. l. Vict. Caes. 3, 16—20.*

Inde appellatus Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus *passim in titulis nummisque. Nummos vide praesertim ap. RIC 1, 5. 14. 121—136. Mattingly Br. Mus. 1 p. CXLIX—CLXI. 164—199. 397, Alexandrinos ap. Vogt 1, 23—26; 2, 5—8.* Praenomine Imperatoris abstinuit *Suet. 12, 1*

(quod tamen in nonnullis titulis et nummis graecis exhibetur), *appellationem gessit*, imperator II. III a. 41, IV—VII a. 43, VIII a. 43—45, (IX a. 45), X a. 45. 46, XI a. 46, XII a. 46. 47 *(V 8002 = D. 208 et IX 5959 = D. 209* a. 47 imp. XI *errore)*, XIII—XIV a. 47. XV a. 47. 48 *(errore ut videtur Mattingly Br. M. 1, 171** trib. pot. VIIII imp. XV, *cf. III 6024. VI 918 (et 31202) = D. 2282. 210:* trib. pot. VII imp. XV), XVI a. 48. 49, XVII a. 49, XVIII a. 49. 50 *(RIC 126, 48 = Cohen* 1^2, *258, 97. 98* trib. pot. XI imp. XVIII *perperam, cf. RIC 128, 55 = Cohen* 1^2, *273 sq., 2:* trib. pot. X imp. XIX), XIX—XXI a. 50, XXII—XXIV a. 51, XXVI—XXVII a. 52. Tribunicia potestate II d. 25 m. Ian. a. 42/3, III a. 43/4 *cet.*, XIV d. 25 m. Ian.—13 Oct. 54. Consul II a. 42, III a. 43, IV a. 47, V a. 51. Nomen patris patriae recusavit primum *Dio 60, 3, 2, dein accepit VI 2032.* Censor fuit a. 47—48, *inde deinceps nuncupatur* censor.

Mortuus est Romae die 13 mensis Octobris a. 54 veneno interemptus *Tac. a. 12, 66—69; 14, 63. Suet. 44. 45; Nero 33, 1. Dio 60, 34, 2. 3; 61, 6, 4; 14, 1. Sen. apocol. 1—4. Octavia v. 25. 31. 44. 102. 164 sq. 340 sq. 614—616. Plin. n. h. 2, 92; 11, 189; 22, 92. Ios. ant. 20, 148. 151; bell. 2, 248. Martial. 1, 20. Iuvenal. 5, 147; 6, 620—623 (cum schol.). Vict. Caes. 4, 13. 15 = epit. de Caes. 4, 10—12. Oros. 7, 6, 18. Philostr. v. Apoll. 5, 32 p. 189 K.*

Sponsas admodum adolescens duas habuit, Aemiliam Lepidam *(supra A 419)*, Augusti proneptem quam, quod parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit, et Liviam Medullinam *(t. 4)*, cui et cognomen Camillae erat, quam ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex valetudine amisit. Uxores deinde duxit Plautiam Urgulanillam et mox Aeliam Paetinam *(supra A 305)*; cum utraque divortium fecit. Post has Valeriam Messalinam, Barbati Messal(l)ae consobrini sui filiam, in matrimonium accepit, qua capitis damnata (a. 48) Iuliam Agrippinam, Germanici fratris sui filiam, duxit *Suet. 26; al.* Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Drusum *(supra n. 856)* et Claudiam *(infra n. 1060)*, ex Paetina Antoniam *(supra A 886)*, ex Messalina Claudiam Octaviam *(infra n. 1110)* et Ti. Claudium Caesarem Britannicum *(supra n. 820) Suet. 27, 1; al.*

Neque infacundus neque indoctus, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis deditus *Suet. 40, 3, cf. 3, 1. Dio 60, 2, 1 (supra commemoratum).* Historiam in adulescentia hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavo etiam adiuvante, scribere adgressus est, in principatu quoque scripsit plurimum; initium sumpsit historiae *(cf. 21, 2; adfertur saepius ap. Plin. n. h., cf. Münzer Quellenkritik des Plinius 390 sqq.)* post caedem Caesaris dictatoris, sed et transiit ad inferiora tempora coepitque a pace civili, prioris materiae duo volumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. Com-

posuit et de vita sua *(cf. 2, 2)* octo volumina, item Ciceronis defensionem adversus Asini Galli libros. Novas etiam commentus est litteras tres; de quarum ratione privatus adhuc volumen edidit *Suet. 41, cf. Tac. a. 11, 13. 14.* Denique et graecas scripsit historias, Tyrrhenicon viginti, Carchedoniacon octo *Suet. 42, 2.* De aleae arte librum quoque emisit *ib. 33, 2. Fragmenta collegit Peter HRF p. 294—296; HRR 2 p. CXIX—CXXIII. 92—94. M. Meyer ORF p. 574—578. De Claudio scriptore cf. Gaheis RE 3, 2836—2839. Teuffel*[7] *§ 286, 2—5. Schanz 2, 2*[3]*, 7—11.* *St.*

943 Ti. Claudius Nicander, sacerdos Apollinis Pythii *t. Delphici Bull. hell. 22, 120 sq. (1). Fouilles de Delphes 3, 1, 353 sq., n. 535 (2).* Filia Claudia X . . . *t. 2. Si recte posuit Colin Bull. hell. 22, 157 a Nerone eum a. 67 civitate donatum esse non potest idem esse* Nicander, quem paulo postquam togam virilem sumpsit adhortatur Plutarchus *de recta ratione audiendi c. 1, p. 37 C, potest esse* Nicander sacerdos, quem loquentem inducit *Plut. de E apud Delphos p. 384 D. 386 C. D et* προφήτης Nicander Delphis *id. de defectu oraculor. c. 51 p. 438 B neque diversus videtur* Nicander Euthydami *id. de sollertia animal. c. 8 p. 965 C.* *St.*

— CLAVDIVS NICERATVS *v. supra n. 873.*

944 Ti. Cl(audius) Nicomedes. *Tituli:* honoratus publice a Pergamenis *Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 42, 3 (1); nominatur in t. filii ib. 42, 4 (2). Nummi Pergameni Br. M. Mysia 147. 290; 148, 295; 150, 305; 151, 308. Imhoof-Blumer Gr. Münz. 617, 180, cf. v. Fritze Münz. von Perg., Abh. Ak. Berl. 1910, 93. Tria nomina t. 1.* Κλ. *(vel* Κ.*)* Νικομήδους *nummi; ceterum* Nicomedes. Tribu Quirina *t. 2.* Pergamenus *Philostr. v. soph. 2, 11, 1 p. 95 K.* Rhetor, discipulus Chresti Byzantii sophistae *id.;* σοφιστής *t. 1.* Στρατηγὸς Pergami *nummi* cum imagine Faustinae minoris *(Br. M. 147) et* cum imagine Commodi Caesaris *(inter a. 166 et 176).* Νεωκόρος *t. 1.* Filius Ti. Claudius Pius, nepos T. Vibius Pius *t. 2.* *St.*

945 Claudius Nicostratus, Atheniensis, philosophus Platonicus, quem Delphi ornaverunt ipsum et liberos civitate proxenia aliis privilegiis *Ditt. Syll.*[3] *868 B (paulo ante a. 163). Idem* Nicostratus, *quem Simplicius laudat iterum ac saepius, vide ind. ed. Kalbfleisch p. 563. Cf. Praechter Herm. 57, 481—517. Ad eum ut videtur, non (quod putavi supra A 1427) ad T. Aurelianum Nicostratum spectat Synes. epist. 129, 716 H., cf. Praechter 504 not.* *St.*

946 Claudius Optatus, Augusti libertus, procurator portus Ostiensis *XIV 163 = D. 1533. Huius potest fuisse libertus VI 14938.* *St.*

947 CL(AVDIVS) ORESTES, [συγκλη]τικός *vel* [ὑπα]τικός, *pater* Claudii Iuliani viri clarissimi *(n. 897),* avus Claudii Orestis et Claudiae Tlepolemidis *Denkschr. Ak. Wien 45, 1, 4, 11 = IGR 4, 910 t. Cibyraticus nepti positus. Origine videtur Cibyrata. Eum filium fuisse Ti. Claudii Polemonis asiarchae*

(n. 963) censuit Stein Ritterst. 223 vix recte; fortasse socer fuit et Polemonis et sororis huius, cf. stemma quod subieci. Floruit altera fere saec. II parte. *Gr.*

948 CL(AVDIVS) ORESTES, συγκλητικός, nepos eius qui praecedit, *in quo vide.* *Gr.*

— CLAVDIVS PACATIANVS *v.* Claudius Sollemnius Pacatianus *n. 1030.*

949 Claudius Pacatus, centurio, cum servus fuisse convictus esset, a Domitiano domino redditus est *Dio-Xiph. 67, 13, 1.* *St.*

950 P. CLAVDIVS PALLAS HONORAT(VS *vel* -IANVS) REPENTINVS, adlectus inter tribunicios, legatus pr. pr. (proconsulis) provinciae Africae, praetor, legatus pr. pr. (proconsulis) provinciae Asiae, legatus Aug. legionis X geminae *III 4567 t. Vindobonae* ei positus a C. Iulio Magno decurione coloniae Karnunti. *Non fuit ante Septimium Severum.* *Gr.*


951 Cl(audius) Pardalas *(sic nummi, ceterum* Pardalas). Amicus Aeli Aristidis, item iam inde a puero (C. Iuli) Severi, proconsulis Asiae, qui summum eum censuit arbitrum eloquentiae inter Graecos *Arist. or. 50 (26), 27. 87 (p. 432. 447 K.).* Strategus Pergami sub imperatore Pio *nummi Pergameni Münsterberg Num. Ztschr. 1912, 6. Mionnet Suppl. 5, 439.* Sacerdotiis quibusdam praeditus (νεωκόρος *nummi; cf. v. Fritze Münz. von Perg., Abh. Ak. Berl. 1910, 96. 93,* περιθύτης *t. Pergamenus Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 47, 11).* *St.*

951a (Ti. Claudius) Parthenius, Augusti libertus a quibiclo *(= cubiculo) VI 8761 = D. 1736 v. supra in add.*


952 C. CLAVDIVS PATERNVS, d. 12 m. Dec. a. 198 cooptatus *in collegium sacerdotum nescio quod ex amplioribus;* d. 10 m. April. a. 200 alius cooptatus in locum eius vita functi *VI 2004. Filius fortasse eius qui sequitur.* *Gr.*

953 **Cl(audius) Paternus Clementianus.** *Tituli Abudiacenses III 5775 (1). 5776 (= D. 1369) (2). 5777 (3); haud longe a Viruno rep. III 14362 (4).* Praefectus cohortis classicae, tribunus militum legionis XI Claudiae, praefectus equitum alae Silianae torquatae civium Romanorum *t. 1. 2,* procurator Augusti provinciarum Iudaeae v(ices) a(gens) l(egati) *(post annum 70)* Sardiniae, Africae et ... *t. 2,* procurator Augusti *t. 1—4* (Raetiae) *t. 1—3* (et Norici) *t. 4, ut videtur (ante annum 168, cf. infra n. 977).* Cl(audia) Clementi[na *vel* -ana] mater *t. 3. Pater potest fuisse eius qui praecedit.* *St.*

954 TI. CL(AVDIVS) PAVLINVS, ὑπατικός *(consul suffectus a. inc. ante a. 184 p. C.),* Cl(audiae) Marciolae consularis feminae maritus, Ti. Cl(audii) Flaviani pater, *memoratur in t. Cibyratico IGR 4, 911* filio posito a. 159 aerae Cibyraticae = a. 183/184 p. C. *Idem ni fallor* Τι. Κλ. Παυλεῖνος ὑπατικός, *cuius servus sepulcrum sibi fecit a. 180 aerae Cibyraticae ut videtur = a. 213 p. C. IGR 4, 921 t. Cibyraticus, ubi editores legerunt* ἔτους ρκ′ *(= a. 145 p. C.)* πρ(ώτῃ) μη(νὸς) Πανήμου, *sed praeferenda est emendatio,*



Licinius Musaeus
pri
Iulius Antoninus
tribunus militum
Licinia Maxima
Licinius Fronto
Licinius Longus
lyciarcha
~ Marcia Ly
Cl. Dryantianus ~ Iulia Lysimache
lyciarcha (cf. stemma sub n. 776)
Ti. Cla
asia
Fl. Hiero
Ti. Claudius Polemo
asiarcha (n. 963)
~ (Claudia, Orestis filia?
Flavia Lycia
~
Ti. Claudius Celsus Orestianus
ἀρχιερεὺς Ἀσίας (n. 829)



Marcius Titianus
primus pilus bis, lyciarcha
Fl. Craterus
asiarcha bis
ia Lycia
T. Marcius Deiotarianus
tribunus milicum, lyciarcha
~
(Flavia)
Ti. Claudius Hiero
asiarcha bis
~
Marcia Tlepolemis
μάμμη συγκλητικῶν
Cl. Orestes (n. 947)
vir clarissimus
olemo
963)
s filia?)
Ti. Cl. Deioterianus
asiarcha
(Claudia) ~
Cl. Iulianus
vir clarissimus (n. 897)
~
(Claudia?)
Ti. Claudius Polemo (?)
n. 963
tianus
829)
Ti. Cl. Polemo
Claudius Orestes
vir clarissimus (n. 948)
Claudia Tlepolemis (n. 1128)
femina clarissima
~
Au[r(elius)] Polemo
vir clarissimus (A 1578)
Antonius Iulianus (A 842)
vir clarissimus

Gr.

quam protulit Kubitschek Denkschr. Ak. Wien 57, 1915, 3, 84: ἔτους Κ(ι)-β(υρατῶν) πρ' κτλ. . *Neque tamen quod idem vir doctus censuit in hoc t. non Paulinum hunc memorari sed eum qui sequitur, mihi probatur, nam Paulinus iunior, nepos probabiliter senioris, a. 213 certe non fuit consularis (cf. n. 955) neque quidquam obstat quominus statuamus Paulinum seniorem a. 213 etiamtum in vivis fuisse. — Origine sine dubio Cibyrata; ex posteris fortasse* M. Claudii Flaviani archontis Cibyratarum a. 137 *IGR 4, 900. — Ab hoc diversus* Ti. Claudius Paulinus philosophus heros *III 6850 = D. 7777. IGR 4, 447. Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 39. 42.* *Gr.*

955 TIB. CLAVDIVS PAVLINVS *memoratur in t. mutilo VII 1045 cf. Eph. ep. 9 p. 612 (1) Bremenii rep., in t. Viducassium XIII 3161 (2). Ad eundem videtur pertinere t. honorarius mutilus Eph. ep. 9, 1012 (3) Ventae Silurum repertus.*

Tib. Claudius Paulinus *t. 2.* Tib. Cl. Paul .... *t. 1.* ......[P]aulinus*(?) t. 3. — Nepos videtur eius qui praecedit (in quo vide).* — Legatus legionis II Augustae, proconsul provinciae Narbonensis, legatus Aug. pr. pr. provinciae Lugudunensis *t. 3 si quidem ad hunc pertinet.* Legatus Aug. pr. pr. provinc. Lugdunensis *t. 2,* cui cum in concilio Galliarum quidam accusationem instituere temptarent, T. Sennius Sollemnis proposito eorum restitit, qua ratione effectum est, ut omnes ab accusatione desisterent *ib. col. III in epistula* Aedini Iuliani successoris Paulini. Post legationem Lugdunensem legatus Aug. pr. pr. Britanniae *t. 1. 2 col. I. II. Britanniae inferiori eum praefuisse apparet cum ex loco, ubi t. 1 repertus est, tum inde, quod in t. 2 col. I 16 sq.* Sollemnis Paulino ad legionem sextam adsedisse *perhibetur.* Britanniam rexit sub Elagabalo a. 220 *t. 1 (cf. Ritterling RE 12, 1611).* — T. Sennius Sollemnis amicus et cliens eius *t. 2 col. I;* epistula Paulini ad Sollemnem *adfertur ib. col. II.* *Gr.*


956 [T]I[B]ER[I]VS CLAVDIVS PAVSANIAS, ὁ λαμπρότατος ἀνθύπατος, *sc.* proconsul Lyciae et Pamphyliae *(vix ante imp. Commodum),* honoratur *t. IGR 3, 471 Balburiensi. Parentela fortasse coniunctus cum* A. Claudio Caecina Pausania Cyziceno *ib. 4, 152 cf. 218.* *Gr.*

957 Anton[ius] Claudius Perigenes. *Tit. Rhodii Rev. ét. gr. 16, 184 sq., I (1). II (2), cf. 419.* Ant ... genes *t. 1.* Anton ... Claudius Peri ..... *t. 2.* Filius (Claudi) Flavi (Antoni Attali) [Perigen]is *(n. 871)* et (Claudiae) [D]iocleae *t. 1,* ὁ κράτιστος *t. 1. 2.* *St.*

958 **Ti. Cl(audius) Perpetuus.** *Tituli Auzienses VIII 20816 = D. 396 (1). Ann. ép. 1902, 220 (2); Rapidenses Mél. d'arch. 45, 1928, 165. 166 = Ann. ép. 1929, 133. 134* Fortunae ab ipso dedicatus *(3. 4). VI 1585 b = D. 5920 (imaginem habes ap. Gradenwitz Simulacra XXV) (5). Praenomen solus t. 4 exhibet, ceterum* Cl. Perpetuus; *in t. 5* Flavianus Eutychus *non ad eum pertinere videtur.* Procurator Commodi Augusti (Mauretaniae

Caesariensis *inter a. 184 et 191) t. 1—4.* Rationalis (= *procurator summarum rationum, cf. Hirschfeld K. V.² 34 sq.)* a. 193 *t. 5.* *St.*

959 Ti. Claudius Philinus, filius Xenophontis, θεῖος C. Stertini Xenophontis, medici celeberrimi, honoratus publice Calymnae *(quae est pagus Coorum, cf. Paton-Hicks p. 352—354) Ditt. Syll.³ 806 = IGR 4, 1026. Nomen eius superest in fragmento Coo Paton-Hicks 46:* Τιβε.... Φιλεῖνος. *Frater non ut antea putabatur Heracliti, patris Stertini Xenophontis, sed Claudiae Hediae (n. 1096) matris medici celeberrimi, cf. Maiuri Rodi e Cos 459.* Filius Ti. Claudius Xenophon *t. Cous ap. Herzog Hist. Ztschr. 125 (1922), 227, 2. Stemma subieci hoc:*



St.

960 CL(AVDIVS) PISO, legatus (legionis I adiutricis), d. 9 m. Iun. a. 207 dedicavit una cum Egnatio Victore legato Augg. pr. pr. (Pannoniae superioris) *t. III 11082 Arrabonae. Nepos videtur* Tib. Claudii Pisonis Prusensis *(n. 961), qui appellatur* [συ]νκλητικοῦ πάππος *IGR 3, 63 = Ditt. Or. Gr. 528.* *Gr.*

961 Ti. Cl(audius) Piso, avus senatoris *(fortasse eius qui praecedit)*, summis magistratibus et sacerdotiis et Bithyniae provinciae et Prusiadis et Nicomediae ornatus, iudex ex quinque decuriis (δικαστὴς ἐν Ῥώμῃ), amicus [T. Ul]pii Papiani *t. Prusensis Ditt. Or. Gr. 528 = IGR 3, 63.* *St.*

962 Ti. Cl(audius) Pius, filius (Ti. Cl.) Nicomedis, tribu Quirina, tribunus cohortis equitatae civium Romanorum, tribunus legionis quartae Scythicae, tribunus legionis tertiae Gallicae, praefectus alae Phrygum, ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Περγάμωι *cet.*, pater T. Vibii Pii *t. Pergamenus Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 42, 4.* *St.*

963 Ti. Claudius Polemo. *Tituli Cibyratici Bull. hell. 24, 53 = Ditt. Or. Gr. 2 p. 133, 4 (= Bull. hell. 15, 554 = IGR 4, 883) (1). Bull. hell. 2, 593, 1 = Pappakonstantinu* Αἱ Τράλλεις *25, 21 = Ditt. Or. Gr. 495 (2). Denkschr. Ak. Wien. 45, 1, 3 sq., n. 8 (3). 9 (4). 10 (5). 11 (6). 12 (7) = IGR 4, 907. 908. 912. 906. 910. 909.*

Tria nomina t. 1. 2. 4. 5. 7; Claudius Polemo *t. 3;* .... Πολέμων *t. 6.* Filius Ti. Claudi Hieronis bis asiarchae *t. 2* et Marciae Tlepolemidis *t. 4,* frater Ti. Claudi Deioteriani asiarchae *t. 2. 5.* Eques Romanus *t. 1. 2. 5—7,*

asiarcha *t. 1. 2. 5. 6*, rhetor *t. 7*. Filius Ti. Claudius Celsus Orestianus *t. 3*, Claudiam Tlepolemida τὴν κρατίστην *(n. 1128)* appellat ἀνεψιάν; *cf. stemma ad n. 947.* *St.*

964 [Clau]dius Pollio, qui Diadumenianum, imperatoris Macrini filium, cepit a. 218 *Dio 78, 40, 1; nomen supplevit Falconius probabiliter, qui item supplevit* [ὁ τοῦ στρα]τοπέδου ἑ[κατόνταρχ]ος. *Quae si recta sunt, vix idem potest esse* Pollio legatus Elagabali Augusti pro praetore Germaniae *ib. 79, 3, 1, vide supra n. 770.* *St.*

965 P. Claudius Pollio. *Tituli ei positi Teius graecus IGR 4, 1565 (1), Ephesius latinus ineditus in schedis Inst. archaeol. Austr. (2). Tria nomina t. 1;* Pollio *t. 2.* Ti. filius, Palatina *t. 1.* Praefectus cohortis primae Thracum miliariae (ἔπα[ρχ]ος σπείρης πρώτης μειλιαρίας Θρᾳκ[ῶ]ν) *t. 1;* praef. coh. I Thracum Syriacum *(sic) t. 2*, tribunus legionis primae Italicae, vir egregius *t. 2, ad procurationes videtur promotus esse.* *St.*

966 **Ti. Claudius Pollio.** Soli Lunae Apollini Dianae dedicavit *t. VI 31032 = D. 1418. Tria nomina titulus; praenomine neglecto Plin. epist. 7, 31.* Praefectus alae (secundae) Flaviae milliariae *tit.;* praeerat alae miliariae *(initio principatus Domitiani)*, commilito Plinii, qui eum (C. Iulio) Cornuto (Tertullo) commendat *7, 31.* Promotus ad amplissimas procurationes *ib.;* praef. gentium in Africa, procurator Alpium Graiarum, procurator Augusti vicesimae hereditatium *tit.*, flamen Carmentalis *ib.* Dein otium paulisper intermisit, a (Q.) Corellio (Rufo) ex liberalitate imperatoris Nervae emendis dividendisque agris adiutor adsumptus *Plin.* Librum de vita Anni Bassi *(supra A 637)* amici edidit *ib.* *St.*

967 L. CL(AVDIVS) POLLIO IVLIVS IVLIANVS GALLICANVS. *Ei positi sunt tituli X 1249 (1) Nolanus, post mortem ib. 1111 (2) Sarnensis; ad servum eius pertinere videtur t. suburbanus Not. d. sc. 1926, 297, 4 (3).*

L. Cl. Polio Iulius Iulianus Gallicanus *t. 2*. . . Cl. Pollio Iulianus . lius Gallicanus *t. 1.* L. Cl. Pollio *t. 3.* — Clarissimus vir *t. 1;* clarissimae memoriae vir *t. 2.* X vir sclitibus iudicandis, quaestor candidatus, adlectus inter praetorios, proconsul prov. Baeticae, legatus prov. Asiae *t. 1.* Consul *t. 2 suffectus a. inc. saec. III ut videtur.* Patronus coloniae (Nolae) *t. 1. 2* et constitutor . . . . *(fortasse ludi vel certaminis alicuius)* (Nolae) *t. 2;* flamen perpetuus (Nolae) *t. 1.* Liberti libertaeve *memorantur in t. 2 (in fine incertae lectionis).* *Gr.*

968 Claudius Polyaenus, qui Prusae legavit domum Claudio Caesari *Plin. ad Trai. 70.* *St.*

969 Ti. Cl(audius) Polycrates. *Tria nomina t. Delphicus CIG 1718 = Ditt. Syll.*[3] *846;* Polycrates *Plut.* Archiereus et helladarches communis Achaeorum perpetuus *tit.* Uxor Tib. Cl. Diogenea, filia Tib. Cl. Polycratea Nausicaa *ib.* Filii (Ti. Claudii) Polycrates et Pythocles *Plut. v. Arati 1; potest sane Polycrates minor pater fuisse Polycrateae.* Sicyonius,

e posteris Arati, ei Plutarchus vitam Arati dedicat *c. 1.* Amicus Plutarchi *de Pyth. orac. c. 29 p. 409 B.* (Uxor Arati principis Achaeorum nomine Polycratia *Liv. 27, 31, 8, cf. 32, 21, 24).* *St.*

970 CLAVDIVS POMPEIANVS, praetor (tutelaris), cui imp. Antoninus Severi filius rescripsit *Ulpian. fragm. Vat. 232. V. n. 971.* *Gr.*

971 (CLAVDIVS) POMPEIANVS, imperatoris Marci nepos, ex Lucilla filia natus et ex (Ti. Claudio) Pompeiano (cos. II a. 173), ab Antonino Severi filio occisus (post necem Getae *a. 212) vita Carac. 3, 8 (de verbis scriptoris* 'et ita quidem ut videretur a latronibus interemptus' *cf. Heer Philol. S. 9, 62). Herodian. 4, 6, 3 (ubi nomen tacetur).* Filii Pompeiani senioris (et Lucillae) *memorantur Dio exc. 72, 20, 1. Cum de praenomine Pompeiani huius non constet, plane incertum videtur, num idem sit atque* Ti. Claudius Pompeianus, tribunus militum legionis I Minerviae a. 197 *(n. 974), neque potest diiudicari, utrum idem statuendus sit* Pompeianus consul a. 209 *(cuius nomen gentile adhuc ignoratur) an* Claudius Pompeianus, praetor sub Antonino Severi filio *(qui praecedit).* *Gr.*

972 CLAVDIVS POMPEIANVS, consul ordinarius a. 231 cum T. Flavio Sallustio Paeligniano. *In consulatu:* Claudius Pompeianus *VI 2108. XIV 2267, ceterum* Pompeianus (Κόμοδος καὶ Πελιγνιανός *fasti Heracl. Chron. min. 3, 392). Filius fortasse Pompeiani occisi a Caracalla, pronepos imp. Marci. — Homo eiusdem stirpis videtur* Pompeianus consul a. 241 cum imp. Gordiano II, *quem eundem existimaverim atque* Clodium Pompeianum consularem aedium sacrarum a. 244 *IG 14, 1045; v. infra n. 1177.* *Gr.*

973 TI. CLAVDIVS POMPEIANVS, consul II a. 173, *honoratur t. III 6176 cf. p. 1353 = D. 1108 (1) Troesmensi, memoratur in dipl. mil. III p. 888 (2). — In consulatu altero:* Ti. Claudius Pompeianus *IX 4970 = D. 6559. XI 7555 = D. 1886;* Tib. Cl. P...... *VIII 18068;* Ti....... *XIV 4565;* ....us Pom..... *ib. 4746; ceterum* Pompeianus *fasti.* — Tib. Cl. Pompeianus *t. 1.* Claudius Pompeianus *t. 2.* Claudius Pompeianus *Dio exc. 72, 20, 1; ceterum* Pompeianus.

Genere Antiochensi nec satis nobili; equitis Romani filius *vita Marci 20, 6 (pater potest fuisse* Claudius Quintianus *n. 991);* 'peregrinus' *v. Avid. Cass. 10, 3; cf. Malal. 12, 287 (cf. infra n. 975).* Clarissimus vir *t. 1.* Legatus (Aug. pr. pr.) Pannoniae inferioris d. 5 m. Mai *a. 167 ut videtur t. 2 fortasse iam consularis cf. Schwendemann Hist. Wert d. v. Marci 97 sq. ad v. Marci 22, 9; aliter Ritterling Arch. Értesitö 41, 288.* Consul *suffectus a. inc. (vix recte v. Marci 20, 6* 'quem postea — *scil. post nuptias cum Lucilla factas* — bis consulem fecit'; *perperam v. Cass. 11, 8; 12, 2).* Imp. Marcus post L. Veri mortem *(initio a. 169)* proficiscens ad bellum Germanicum Lucillam Augustam filiam non decurso luctus tempore Claudio Pompeiano grandaevo dedit *v. Marci 20, 6. 7.*

v. Carac. 3, 8. Herodian. 1, 8, 3 cf. 1, 2, 2; 1, 6, 4. Dio-Xiph. 72, 4, 5; gener Marci *dicitur v. Cass. 10, 3. v. Pert. 2, 4; 4, 10 (?). v. Did. Iul. 8, 3. Iulian. Caes. p. 401 H. (ubi nomen tacetur).* Has nuptias et Faustina et ipsa Lucilla invitae habuerunt *v. Marci 20, 7 cf. Dio-Xiph. 72, 4, 5. Herodian. 1, 8, 4.* Consul II (bis consul *t. 1. v. Marci 20, 6; v. Carac. 3, 8)* ordinarius a. 173 cum Cn. Claudio Severo II *v. supra (iterationis nota adest III 3116. 6362. IX 4970. XI 7555. XIV 4142. Bull. ant. Fr. 1933, 201, in fastis Theonis Alex. Chron. min. 3, 376).* Marcus eum omnibus bellis praeposuit, quae gravissima tunc fuerunt *v. Carac. 3, 8; v. Pert. 2, 4; v. Did. Iul. 8, 3. Dio-Xiph. 71, 3, 2; 73, 3, 1.* Marco defuncto (d. 17 m. Mart. a. 180) Pompeianus, qui natu maximus omnium praesentium erat, Commodum frustra adhortatus est, ut bellum continuaret *Herodian. 1, 6, 4—7. Coniuratione Lucillae et Claudii Pompeiani Quintiani detecta (v. n. 975)* plerumque ruri egit senectutem et oculorum infirmitatem excusans *Dio exc. 72, 20. 1; 73, 3, 2 cf. v. Did. Iul. 8, 3;* nihilominus Commodus ei pepercit *Dio-Xiph. 72, 4, 2 = Zon. 12, 4.* Pertinace, qui sub eo militaverat *(v. Pert. 2, 4. Dio exc. 73, 3, 1)*, imperium adepto denuo in senatum venit *Dio exc. 73, 3, 2. 3. v. Pert. 4, 10;* Pertinax eum summis honoribus affecit *Dio l. l.* hortatusque est, ut imperium sumeret; sed ille recusavit *v. Pert. 4, 10.* Post necem Pertinacis senatu abstinuit *Dio l. l.* Didius Iulianus cum eum e Tarracinensi ad participatum (imperii) evocavisset, hoc recusavit senem se et debilem luminibus respondens *v. Iul. 8, 3. — Memoratur in epistulis fictis v. Avid. Cassii 10, 3; 11, 8; 12, 2.* — Filii eius *Dio exc. 72, 20, 1;* Pompeianus, Marci nepos, ex filia natus et ex Pompeiano *v. Carac. 3, 8 (v. n. 971). Cf. praeterea n. 974.*
Gr.

974 TI. CL(AVDIVS) POMPEIANVS, tribunus militum legionis I Minerviae, pro salute Imp. L. Septimi Severi Aug. totiusque domus eius Aufanis Matronis et Matribus Pannoniorum et Delmatarum aram dedicavit *Luguduni XIII 1766 a. 197 ut videtur cf. Ritterling RE 12, 1428. Sine dubio unus ex* filiis Ti. Claudii Pompeiani cos. II a. 173 *(qui praecedit)* et Lucillae Augustae *cf. Dio exc. 72, 20, 1. De Claudiis Pompeianis, qui fuerunt temporibus Severi et Antonini, v. n. 971.* *Gr.*

975 CLAVDIVS POMPEIANVS QVINTIANVS. Claudius Pompeianus *vita Comm. 4, 2. Dio-Xiph. 72, 4, 4 = Zon. 12, 4.* Κυιντιανός *Herodian. 1, 8, 5 (in codd. corruptum).* Quintianus *Amm. Marc. 29, 1, 17* (Quintinianus *libri nonnulli). —* Claudii filius *v. Comm. 5, 12;* (Commodo) propinquus *ib. 4, 2. Huius patrem fuisse Ti. Claudium Pompeianum consulem II a. 173 (n. 973), novercam Lucillam Augustam non traditum est; immo eum filium fratris Pompeiani illius (n. 757) fuisse crediderim (aliter, sed vix recte Klebs PIR[1] C 769. Stein supra A 707).* Lucillae filiam *genitam L. Vero Augusto ut videtur* in matrimonium duxit, sed simul cum Lucilla rem habuit *Dio-*

Xiph. 72, 4, 4 = Zon. l. l. Adulescens senatorii ordinis *Herodian. 1,8,5. Amm. Marc. l. l. Ad eundem fortasse pertinet Malal. 12, 287* ὁ δὲ γραμματεὺς (Antiochiae) προεχειρίσθη *(temporibus Commodi ut videtur)* — — — ὀνόματι Πομπηιανὸς κοιαίστωρ (= quaestor), ὃς ἐκ γένους συγκλητικῶν Ῥώμης ὑπάρχων κτλ. *(cf. Schenk v. Stauffenberg Röm. Kaisergesch. b. Mal. 416 sq.).* A Lucilla et (Ummidio) Quadrato incitatus insidias Commodo struxit neque facinus implevit *(a. c. 182) Dio-Xiph. 72, 4, 4. 5 = Zon. 12, 4. Herodian. 1, 8, 5. 6. vita Comm. 4, 3; 5, 12; rem paullum diverse narrat Amm. Marc. l. l.* Interfectus *v. Comm. 4, 4 cf. Dio l. l. Herodian. 1, 8, 8. — Ad hunc coniectura rettulit Mommsen t. Veronensem V 3223 cf. p. 1074 = D. 3250* Dianae conservatric(i) pro salute !!!!!! ani n(ostri) cos. flamin. Aug. procos. pontif. sodalis Aureliani Antoniniani *cet., minus recte, neque enim si Quintianus consularis fuisset, scriptores de ea re tacuissent. — Ex posteris eius ni fallor* L. Ti. Claudius Aurelius Quintianus cos. a. 235 *(n. 992).* *Gr.*

976 Ti. Claudius Primio, Augusti libertus ab epistulis *VI 8603 = D. 1670.* *St.*

977 **Ti. Claud(ius) Priscianus.** *Tituli Campanus X 3849 (1), Caesarienses Mauretaniae VIII 9363 (= D. 1351) (2). 9364 (3), Noricus Jahrb. f. Altertumsk. 6 (1912), 210 (4).*

Ti. Cl. Priscianus *t. 2—4;* ..... Claud. Priscianus Ti. fil. Falerna *t. 1. Ex tribu et loco t. 1 videtur origine Campanus.* Procurator provinciae Pannoniae superioris, procurator regni Norici *t. 2;* procurator Augusti (Norici) a. 168 *t. 4,* procurator vicesimae hereditatium *t. 1. 2,* procurator Augusti provinciae (Mauretaniae Caesariensis) *t. 2. 3.* *St.*

978 .. CL(AVDIVS) PRO ...., ἀνθ[ύπατος] *scil. Achaiae IG 3, 634 = 2/3²,* *4196; v. infra* L. Claudius Proculus Cornelianus *n. 980.* *Gr.*

979 CLAVDIVS PROCVLVS, praetor, cui divus Hadrianus rescripsit *Ulpian. dig. 37, 9, 1, 14; fortasse idem atque* L. Claudius Proculus Cornelianus *n. 980.* *Gr.*

— TIB. CL(AVDIVS) PROCVLVS *v.* Ti. Claudius Severus Proculus *n. 1028.*

980 L. CLAVDIVS PROCVLVS CORNELIANVS *memoratur in titulis* uxoris *XIV 4239 = D. 1013 (1) Tiburtino, X 7828 cf. Eph. ep. 8, 718 (2) mutilo in agro Caralitano reperto. — Nomina plena exhibet t. 1;* CLAVDI PROCVR *traditur t. 2. —* Consul *t. 1 suffectus a. inc. altera saec. I parte vel saeculi II primis decenniis.* Maritus Herenniae M. f. Helvidiae Aemilianae *t. 1. 2. Idem fortasse* Claudius Proculus praetor aetate Hadriani *(n. 979). Ad eundem rettulit Graindor Bull. hell. 38, 419 sq. fragmentum t. Attici IG 3, 634 = 2/3², 4196, quod in hunc modum supplere conatus est:* [ψηφίσματι τοῦ] δήμου τ[οῦ Ἀθηναίων Λεύκιο]ν Κλ. Πρό[κλον Κορνηλιανό]ν, τὸν ἀνθ-[ύπατον κτλ. *Gr.*

981 Claudius Ptolemaeus, Alexandrinus *Suid. Abulwafa (scriptor Arabicus*

Stemma Claudiorum Pulchrorum.

Ap. Claudius Pulcher cos. a. 79 a. C.

- Ap. Claudius Pulcher cos. a. 54 a. C. ~ Servilia
  - filiae
  - 2. C. Claudius Pulcher *post adoptionem* Ap. Claudius Pulcher *vel* Pulcher Claudius (Appius minor) *n. 983*
- C. Claudius Pulcher pr. a. 56 a. C.
  - 2. C. Claudius Pulcher *post adoptionem* Ap. Claudius Pulcher *vel* Pulcher Claudius (Appius minor) *n. 983*
  - 1. Ap. Claudius Pulcher (Appius maior) *n. 982* cos. a. 38 a. C.
    - ? M. Valerius Messalla Barbatus Appianus cos. a. 12 a. C. ~ Claudia Marcella (minor) *n. 1103*
      - ? Claudia Pulchra *n. 1116*
    - ? Claudia *n. 1058* ~ (C.) Iunius Silanus (cos. a. 17 a. C.?) *(cf. infra stemma Silanorum)*
    - ? Claudia *n. 1059* ~ P. Sulpicius Quirinius cos. a. 12 a. C.
- P. Clodius Pulcher tr. pl. a. 58 a. C. ~ Fulvia
  - P. Claudius Pulcher pr. *n. 987*
    - ? Ap. Claudius Pulcher *n. 985* III vir monetalis.
  - Claudia *n. 1057* ~ Caesar divi f.
- filiae

Gr.

qui scripsit a. 1053/4, versio latina Ioannis de Procida (s. XIV) ed. a S. de Renzi, Coll. Salern. 3, 130 cf. Boll 59. Fischer 17 sq.; non hic, sed homo quidam posterioris aetatis gravi errore inductus addit origine Ptolemaeum fuisse Pelusiensem cf. Boll 59 sq. Fischer 23 sq.) vel oriundus Ptolemaide Thebaidis *Theodorus Meliteniotes (circa a. 1360) Migne Gr. 149, 1000.* Alexandreae certe *(vel Canobi v. infra)* magnam vitae partem degebat, ibi observationi siderum se dedit, quarum primam novimus a. 127 *(math. synt. 11, 5 p. 392 Heib.)*, ultimas a. 141 *(ib. 9, 7 p. 263; 10, 1 p. 297, cf. Boll 63. Fischer 12. 19 sqq.; ad eundem annum ducit 3, 1 p. 204 sq. [inde P. Ryl. 2, 27 v. 57]:* 463 annis post mortem Alexandri). Quadraginta annos in astronomia consumpsit Canobi, ubi stelam, in qua praecepta astronomiae a se indagata inscripsit *(Olympiodor. in Plat. Phaed. A 10, 4 p. 59 Norvin)*, a. 147/8 posuit *ed. Heib. 2 p. 148—155.* Vixit usque ad Marci tempora *Suid. et schol. quod ed. Boll p. 53. Heib. 2 p. CXLVIII sq.* Obiit anno vitae duodeoctogesimo *Abulwafa.* Scripsit Μαθηματικῆς συντάξεως *(vulgo appellatae Almagest)* libros tredecim, Tetrabiblon, Γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως l. octo, tabulas manuales (πρόχειροι κανόνες) confectas imperante Pio *Pappus in fastis Theonis Alexandrini Chron. min. 3, p. 451, cf. Usener ib. p. 361*, Mechanicorum l. tres, Φάσεων l. duo, Ἄπλωσιν ἐπιφανείας σφαίρας, alia *Suid.* Ἁρμονικά (l. tres) in quae ὑπόμνημα scripsit Porphyrius *(utrumque scriptum ed. I. Düring, Göteborgs högskolas årsskrift, 1930. 1932). Opera edidit I. L. Heiberg: vol. I Syntaxis mathematica 1898—1903, II Opera astronomica minora 1907. De epigrammate Ptolemaei in se ipsum composito anth. Pal. 9, 577, cf. Boll Jahresber. d. phil. Ver. Berl. 1921, 2—12. Vide I. Fischer Claudii Ptolemaei geographiae cod. Urbinas gr. 82 phototypice depictus, 1932, 1, 10—32. Boll Jahrb. f. cl. Phil. Suppl. 21, 49—244. Christ-Schmid 2⁶, 896—904.* *St.*

— (CLAVDIVS) PVLCHER, triumvir monetalis, *v.* (Appius Claudius) Pulcher *n. 985.*

981 a Claudius Pulcher, cui divus Marcus rescripsit *fragm. Vat. 205.* *Gr.*

982 APPIVS CLAVDIVS PVLCHER, consul a. 38 a. C., *posuit t. Herculanensem X 1423 (1); ei positi sunt tituli Eph. ep. 9, 1, 397 (2) (cuius tantummodo initium extat) Emporiis, VI 37064 (3) (iam mutilus) Romae,* post mort(em) *X 1424 = D. 890 (4) Herculanei; memoratur in tabula triumphorum Barberiniana I² p. 77 (5).*

Appius Pulcher C. f. *t. 1;* Ap. Claudius C. f. Pulcher *t. 4;* Ap. Claudius Pulcer *t. 5;* Appius Claudius Pul . . . *t. 2;* Ap. Pulch . . . *t. 3.* — Ἄππιος Κλ. Γ. υἱ.Ποῦλχρος *Dio ind. l. 48;* App. Claudius *Cassiodor. Chron. min. 2, 133;* Ἄππιος Κλαύδιος *Dio 48, 43, 1 = Zon. 10, 23;* Appius Claudius *Suet. de gramm. 10;* Κλαύδιος *Dio 49, 22, 6; cf. praeterea infra.*

C. Claudii Pulchri (proconsulis Asiae a. 55 a. C.) filius: 'duo adulescentuli, qui Appii Claudii ambo appellabantur, qui (filii) erant C. Claudii,

qui frater fuerat (P.) Clodi' *Ascon. in Milonian. p. 32. 35 St. Appius is de quo agitur, videtur fuisse frater natu maior* Appii Claudii (Pulchri) *a patruo Ap. Claudio Pulchro consule a. 54 a. C. adoptati, quem* 'Pulcher Claudius' *appellari voluisse, ut a fratre distingueretur, viri docti merito ut opinor statuerunt (cf. n. 983). De locis Caelii (Cic. fam. 8, 8, 2), Ciceronis (pro Mil. 22, 59; Att. 3, 17, 1; 7, 15, 3; 20, 1; fam. 11, 22), Asconii (Milon. p. 32. 35. 37. 45 St.), Plutarchi (Pomp. 57), Appiani (b. c. 4, 51?) pertinentibus ad res vel ab 'Appio maiore' et 'minore' vel ab alterutro libera re publica gestas cf. Drumann-Groebe 2, 320 sq. Münzer RE 3, 2853 sq. Suppl. 3, 254. Lommatzsch I*[2] *775 adn.*

Consul *t. 1. 3. 4* a. 716 = 38 a. C. cum C. Norbano Flacco *Dio ind. l. 48; 48, 43, 1; fasti.* (Proconsul) Hispaniae *(parum constat, utrum citerioris an ulterioris) a. 33/32 a. C. ut videtur (cf. Ganter Provinzialverw. d. Triumvirn 16);* imperator *t. 1. 4;* ex Hispania triumphavit k. Iuniis *t. 5 a. 32 a. C., ut iure suo statuit Mommsen I*[2] *p. 77.* VII vir epulonum *t. 1.* — Ap. Pulcher proconsul, *qui nominatur in nummis originis incertae (v. n. 984), hic an frater fuerit, ambiguum est neque licet discernere, ex utrius praediis provenerint amphorae potissimum Mutinae et in Transpadana repertae, in quibus impressum est* Ap. Pulcri *XI 6695, 77 = I*[2] *2345 = D. 8571. III 12010, 4. Pais Suppl. Ital. 1, 1077, 27.* — Praeceptore usus est L. Ateio Philologo, qui etiam comes Appiorum fratrum in provincia (Achaia?) fuit *Suet. de gramm. 10 (cf. quae adnotavit Robinson p. 17 sq.). — Theatrum Herculanei faciendum curavit, ut apparet ex loco, quo tt. 1. 4 reperti sunt.* Ar[iminenses] *vel* Ar[elatenses] ei posuerunt *t. 3 patrono ni fallor.*

Appii huius filium naturalem putat Borghesi 1, 416 M. Valerium Messallam Barbatum Appianum consulem a. 12 a. C., *adoptatum scil. a M. Valerio Messalla augure consule a. 53 a. C. Filiae Appii Pulchri alterius utrius videntur fuisse* (Claudia), *uxor (C.) Iunii Silani (consulis a. 17 a. C.?) (v. n. 1058),* Claudia Ap. f., uxor (P. Sulpicii) Quirinii *(n. 1059); cf. stemma iuxta propositum. — Huius fortasse liberta* Clodia Appi l. Hospita *II 1698 t. Tuccitanus; vel huius vel fratris libertus* C. Clodius Appi l. Ga' *VI 34955.* *Gr.*

983 APPIVS CLAVDIVS PVLCHER. *Inter* testes senatus consulti facti de Mytilenaeis *d. 30 m. Mai vel 29 m. Iun.* a. 25 a. C. *recensetur* ..... ['Απ]πίου υἱὸς Παλα[τίνᾳ] .... *IG 12, 2, 35 (c v. 11) = IGR 4, 33. Hunc filium esse alterius utrius Appiorum Claudiorum, qui plerumque appellantur 'Appius maior' et 'minor', vix crediderim; immo ex loco, quo inter testes senatus consulti memoratur, concludendum videtur eum senatorem gradus superioris fuisse. Idem igitur ni fallor putandus est atque* 'Appius minor', C. Claudii Pulchri filius a patruo Ap. Claudio Pulchro consule a. 54 a. C. adoptatus, *qui ut a fratre naturali (consule a. 38 a. C.) distingueretur,*

cognomen Pulcher *in praenominis locum adscivisse videtur; cf. Suet. de gramm. 10 (p. 17 sq. ed. Robinson)*: (L. Ateium) praecepisse multis et claris iuvenibus, in quis Appio quoque et Pulchro Claudiis fratribus, quorum etiam comes in provincia (Achaia?) fuerit; *ideoque in inscriptione epistylii propylaeorum Eleusine ab Ap. Claudio cos. a. 54 a. C. votorum et inceptorum restituendum videtur (ex sententia Mommseni)* [Pulcher Clau]dius et Rex Mar[cius fec]erun[t et dedicaverunt] *I² 775 = D. 4041; cf. Lommatzsch I² l. l. adnot. Libertini Annuario di Atene 2, 201 sqq. Robinson l. l. Münzer RE 14, 1581, 88. V. praeterea n. 982 et n. 984. Gr.*

984 APPIVS (CLAVDIVS) PVLCHER *nominatur in nummis aeneis originis incertae, qui in parte adversa praebent caput Appii cum inscriptione* Ap. Pulcher pro cos., *in aversa lupam cum gemellis adscripto* C·CASSIVS· C·F·II VIR·CAC·DIF *(vel* DI·F) S·C·C·R (?) *Imhoof-Blumer Monn. gr. 231, 17. Rec. gén. monn. gr. As. 1, 197, 77 (tab. 26, 25), ubi haud recte ad Sinopen referuntur; minus accurate Cohen I² 46, 84. Idem duovir redit in nummis cusis* a. 27 a. C., *in quibus post* II VIR *extant litterae* C·I·C·F·C *(vel* G*)· Imhoof-Blumer n. 15. 16. Rec. n. 78 sqq. (de nummo musei Berolinensis cf. Klebs PIR¹ C 778). Nescio an solvi possit* II vir c(oloniae) I(uliae) C(oncordiae) F(elicis) C(arthaginis). *Quae coniectura sane satis incerta si recte se habet, Appius pro consule Africam rexit a. 27 a. C. Uter frater cognominis huius aetatis hic in censum veniat, ambiguum est; magis cogitaverim de Appio minore, quoniam fratrem natu maiorem Hispaniam pro consule rexisse paene certum videtur (v. n. 982). Gr.*

985 (APPIVS CLAVDIVS) PVLCHER, triumvir aere argento auro flando feriundo una cum Tauro et Regulo *nummi aenei in parte adversa inscripti* Pulcher Taurus Regulus, *ceterum similes atque nummi* (L. Aelii) Lamiae, (P.) Silii, (C.) Annii (Pollionis) *Babelon Monn. rép. 1, 358, 25—27. Grueber Coins 2, 75 sq., 4574—4578 = Mattingly Br. Mus. 1, 40 sq., 204—208. Willers Röm. Kupferpräg. 146, 180—182. Anno a. C. 8 hos triumviros monetales vindicat Mattingly, a. 12 vel 11 a. C. Willers incertis ex causis.*

Ab hoc non diversus videtur Appius Claudius, qui adulterii cum Iulia Augusti filia commissi poenas pependit a. 2 a. C. *Vell. 2, 100, 5. Filius fortasse* P. Claudii Pulchri *(n. 987). Ad libertos eius vel patris pertinent ni fallor tituli sepulcrales VI 4378* Claudia Appi l. Prima, *ib. 37650* P. Clodius Ap. l. Memmius *(aetate priores videntur tt. VI 15730. 15759 = I² 1282. 1284). — In hoc Claudiorum Pulchrorum stirps virilis videtur extincta esse. Gr.*

986 P. CL[AVDIV]S *(vel* CL[ODIV]S) P[V]LCHE[R], [co]nsu[l], p[ortam (Ostiensem orientalem) vetus]tate [c]orrupta[m] *renovavit t. (mutilus) bis incisus XIV 4707 v. 4. Litteras primi fere p. C. saeculi exeuntis vel secundi ineuntis esse censet Wickert l. l. adn. (cf. XIV S. 2 p. 839), sed usque ad id tem-*

pus Claudiorum Pulchrorum stirpem nobilem duravisse minime crediderim (Claudius Pulcher, cui rescripsit imp. Marcus *fragm. Vat. 205, certe non fuit e gente patricia); immo putaverim veterem inscriptionem portae Ostiensis saec. II ineunte fere renovatam esse (versus priores duos tituli haberi posse pro inscriptione aetatis Sullanae in inscriptionem novam recepta monet Wickert XIV 4707 adn.). Quod si recte statuimus, Pulcher hic consulatum gesserit necesse est suffectus a. inc. sub finem liberae rei publicae; ab hoc fortasse non distinguendus* P. Claudius Pulcher (Pulcro *t.)*, consul, cui Nolani patrono *t. posuerunt X 1250.* *Gr.*

987 P. CLAVDIVS PVLCHER, P. f. Ap. n. Ap. pron. *VI 1282 = D. 882 in vase alabastrino Aegyptio. Idem sine dubio* Pulcher filius P. Clodii Pulchri (tribuni plebis a. 58 a. C.) et Fulviae *Val. Max. 3, 5, 3.* Parvolus puer cum pater occideretur (a. 52 a. C.) *Asconius Milonian. p. 33 St. (nomine non posito).* P. Clodius, optima in spe puer repositus *M. Antonius (vitricus eius) ad Ciceronem ep. ad Att. 14, 13 A 2, cf. Cicero ib. B 4* (a. 44 a. C.). Quaestor, quaesitor, praetor, augur *VI 1282. Propter aetatis rationes non potest ad praeturam pervenisse ante pugnam Actiacam.* Praeterquam quod enervem et frigidam iuventam egit, perdito etiam amore vulgatissimae meretricis infamis fuit mortisque erubescendo genere consumptus est *Val. Max. l. l. — Huius fortasse filius* Appius Claudius Pulcher *n. 985.* — P. Clodius Pulchri *(vel huius vel patris)* libertus Felix, Clodia Pulc. l. Athenais *VI 15735 = I² 1283.* *Gr.*

988 Claudius Pyrrichus, trierarchus Liburnicarum in Corsica navium a. 69 iussu Decumi Pacarii interfectus est *Tac. h. 2, 16. Idem nomen VI 15446 = D. 8039.* *St.*

989 (Ti. Cl.) Pythocles, filius (Ti. Cl.) Polycratis Sicyonii *Plut. v Arati 1.* *St.*

990 TI. CLAVDIVS QVARTINVS, consul (suffectus) a. 130 *ut videtur.* Epistula eius non. Octubri[b.] a. 119 Ca[l]agor[r]i ad Pompaelonenses data *II 2959 (1);* ei positus est *t. Lugdunensis a fine mutilus (hodie deperditus) XIII 1802 (2); ad eundem rettulerim fragmentum Ostiense XIV 4473, minus accurate VI 1567 (3); memoratur in s. c.^to Beguensi VIII 11451, melius 23246 (4), in dipl. mil. III p. 1979 = XIII 6495 (5); consulatus eius videtur indicari in fragmento actorum Arv. a. 130 VI 2083 (6).*

Ti. Claud. Ti. fil. Palatina Quartinus *t. 2. 4;* .... Ti. f. Pal..... *t. 3;* Claudius Quartinus *t. 1. 5. dig. 48, 18, 1, 2;* .... Quarti.. *t. 6. — Eum origine Lugudunensem fuisse coniecit Dessau Herm. 45, 11 ex loco tituli 2 vix recte; potius fuit Ostiensis (cf. t. 3) vel Puteolanus (duovir cognominis Puteolis X 1783 = D. 5919; cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 29; de Palatina Ostiensium aeque ac Puteolanorum tribu cf. Kubitschek Imp. Rom. trib. discr. 26. 28). — Cursum honorum exhibuerunt t. 2. 3.* Tribunus militum legionis III Cyrenaicae, adlectus ab divo Traiano Parthico in

splendidissimum ordinem, quaestor urbanus, [VII vir epul]o *(suppl. Renier nescio num recte, fortasse fuit* [curi]oni), aedilis plebis, praetor, legatus pro pr. provinciae Asiae *t. 2.* Legatus divi Traiani Parthici et Imp. Caes. Traiani Hadriani Aug. (a. 117) [i]u[ridi]cus prov. Hispaniae citerioris Tarra[conensis] *t. 2* d. 7 m. Oct. a. 119 *t. 1. In t. 2 quae sequuntur, supplenda videntur* iussu Imp. Hadriani Aug. [duci *(vel potius* praeposito vexillationum *vel* vexillationibus *Lesquier L'armée Rom. d'Ég. 62)* legionum II Traianae] fort(is) et III Cyre[naicae] . . . . . *(cf. Ritterling RE 12, 1290. 1486); t. 3 v. 2—4 sic fere restituerim:* [legato pro pr. (*an* comiti?) Imp. Caes. T]raiani Ha[driani Aug. . . . . . . eodem t]empore iussu [eiusdem praeposito vexillationibus? legio]num secunda[e Traianae fortis et tertiae Cyrenaicae] . . . . . . *His vexillationibus praepositus est ni fallor a. circiter 123, quo tempore* 'bellum Parthorum in motu fuit' *(vita Hadr. 12, 8; cf. Weber Hadr. 118 sqq. Ritterling l. l.). In t. 3 v. 5 cernitur* . . . . . sis ubi iussu . . . . . ; *quid subsit nescio; propter locum, quo t. 2 repertus est, fortasse cogitare licet de supplemento* [leg. Aug. pr. pr. prov. Galliae Lugdunen]sis, ubi iussu [imp. eiusdem censum *(vel* dilectum) egit]. Consul suffectus cum [Ca?]ssio Agri . . . . XIIII k. [Apriles] a. 130 *t. 6, si ad hunc pertinet.* Legatus Aug. pro pr. Germaniae superioris d. 16 m. Oct. a. 134 *t. 5.* Rescriptum divi Hadriani ad eum *Ulpian. dig. 48, 18, 1, 2.* D. 15 m. Oct. a. 138 scribendo adfuit senatus consulto de nundinis saltus Beguensis *t. 4.* *Gr.*

991 **Claudius Quintianus,** epistrategus septem nomorum a. 131 *vel paulo ante* (γενόμενος) *P. Oxy. 3, 486 (= Mitteis Chrest. 59), cf. 472, praef. p. 152. Cf. n. 973.* *St.*

992 TI. CLAVDIVS QVINTIANVS *(his nominibus usus est ut principalibus, sed vir sine dubio polyonymus aliquanto plura nomina gerebat, v. infra),* consul a. 235, honoratur a Ti. Cl. Felice II viro amico *t. Campano X 3850 = D. 1181. In consulatu:* Ti. Claudius Quintianus *VI 2009 = D. 466;* Ti. Claud. Quint. . . . *VI 2001;* Κλα[ύ]διος Κυιντιανός *IGR 3, 1263;* Quintin. *De Rossi Inscr. chr. u. Rom. 1, 7, modo t. genuinus sit (cf. Diehl ILChr 2757 adn.), ceterum* Quintianus *in titulis fastisque* (Πομπηϊανὸς καὶ Κυντιανός *fasti Theonis Alex. Chron. min. 3, 377, qui error fortasse inde explicari potest, quod Quintianus etiam Pompeiani cognomine utebatur).* — L. Ti. Claud(ius) Aurel(ius) Quirina Quintianus *titulus.*

Ex nominibus apparet Quintianum descendisse a Claudio Pompeiano Quintiano eiusque uxore, filia L. Aurelii Veri Augusti ex Lucilla Augusta suscepta (v. supra n. 975). — Honores usque ad consulatum recenset titulus. Triumvir monetalis aere argento auro flando feriundo, quaestor candidatus, praetor, consul *tit.* ordinarius a. 235 cum Cn. Claudio Severo, *qui et ipse genus ad imp. Marcum rettulit (cf. infra n. 1025) v. supra.* Pontifex *tit. Patricius sine dubio.* *Gr.*

993 **Ti. Cl(audius) Quintilianus,** procurator Augusti (provinciae Daciae superioris) a. 157 *III 836 t. Porolissensis. Plane incertum num eiusdem* Cl. Quintiliani ancilla *significetur in t. Virunensi Carinthia 1932, 25.* *St.*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS CLAVDIVS QVINTILLVS AVGVSTVS.

994 **C. Cl[a]udius Rectus,** Recti filius, Aniensis, praefectus fabrum, procurator monetae; flamen provinciae Hispaniae citerioris *t. Tarraconensis II 4206.* *St.*

— L. CATILIVS SEVERVS IVLIANVS CLAVDIVS REGINVS.

995 CLAVDIVS RESTITVTVS, vir exercitatus et vigilans et quamlibet subitis paratus, in causa Caecilii Classici Plinio respondit *Plin. ep. 3, 9, 16. Idem videtur* Restitutus, ad quem Plinius scripsit *ep. 6, 17 (hunc litteris eruditum fuisse elucet ex Plinii verbis § 5. 6), neque diversus* Restitutus facundus, patronus celeberrimus, cuius diem natalem (kal. Oct.) celebrat Martialis *epigr. 10, 87.* *Gr.*

996 **M. Claudius Restitutus,** Q. filius, Quirina, praefectus cohortis primae Gaetulorum, tribunus legionis VII geminae, procurator Augusti ad putandas rationes Syriae civitatium, ludi matutini, dioeceseos regionis Hadrumetinae et Thevestinae *t. Cirtensis VIII 7039 = D. 1437.* *St.*

997 **Ti. Cl(audius) Ruf....,** procurator Augusti (Pannoniae superioris) *t. Poetovionensis III 4046, cf. p. 1746.* *St.*

998 Claudius Rufinus. *Sic t. Smyrnaeus CIG 3178 = Ditt. Syll.³ 876;* Cl. Rufinus *vel* C. Rufinus *nummi;* Rufinus *Philostr., item nummi aliquot.* Smyrnaeus *tit. Philostr. v. soph. 2, 25, 1 p. 110 K.*, sophista, magister (L. Flavi) Hermocratis *Philostr. l. l.* Στρατηγός (Smyrnae) *nummi Smyrnaei imperante Commodo (Mionnet 3, 237, 1334) et Septimio Severo et Elagabalo vel adeo Gordiano cusi (nisi pater et filius cognomines significantur) Br. M. Ionia p. 283—285. 287. 288. 291. 292. Macdonald Hunter. Coll. 2, 383, 230, cf. Münsterberg Num. Ztschr. 1912, 41. 42; 1915, 119;* strategus Smyrnaeorum fuit, quamquam Severus et Antoninus immunitatem sophistis concessam ei confirmaverunt *tit. — Idem fortasse* Rufinus, ad quem dedit Phrynichus librum nonum τῆς σοφιστικῆς προπαρασκευῆς *Phot. bibl. 150, 101a. Valde incertum, num idem sit* Rufin[us], qui extruxit aedificium aliquod Smyrnae *CIG 3171 = Wadd. 3, 12.* *St.*

999 Claudius Rufrianus, ὁ κράτιστος, maritus P[a]edaniae Moderatae, pater filii cognominis *t. Thessalonicensis* Ἀλήθεια *d. 23 m. Sept. 1906, n. 11. 12, cf. 2.* *St.*

999a Claudius Rufrianus νέος *v. eum qui praecedit.* *St.*

— Claudius Rufrius Plotinus *v. infra sub Rufriis.*

— CL(AVDIVS) VALERIVS RVFRIVS IVSTVS *v. infra sub Rufriis.*

1000 CLAVDIVS RVFVS *memoratur inter* nobiles ab imp. Septimio Severo occisos *vita Sev. 13, 1. Ex posteris eius ut videtur is qui sequitur.* *Gr.*

1001 Claudius Rufus, qui et Apollonius, Pisaeus, filius Claudii Apollonii Smyrnaei, e familia consularium, athleta periodonices *t. graecus urbanus IG 14, 1107 = IGR 1, 156. Vix idem, sed fortasse e maioribus eius* Tiberius Claudius Rufus, pancratiastes, honoratus *Traiani vel Hadriani temporibus* ab Eleis *Inschr. Olymp. 54 et* a Smyrnaeis *ib. 55. Cf. IG 14, 956* Κλ. Ῥοῦφος ὁ καὶ Ψαφάριος ἀρχιερεύς filius Κλ. Ἀπολλωνίου τοῦ καὶ Εὐδοξίου τοῦ ἀρχιερέως (a. 313). *Cf. eum qui praecedit.* *St.*

1002 TI. CLAVDIVS RVFVS STATIVS MACEDO honoratur publice *t. Aquileiensi Brusin Scavi di Aquileia (1934), 79, 5 = Ann. ép. 1934, 233 (1);* ei positus est *t. VI 31703 (mutilus) deperditus (2).* — Ti. Claudius Ti. f. Palatina Rufus Statius Macedo *t. 1*; . . laudius Ti. f. Pal. . . fus Statius Macedo *t. 2.* — *Filius probabiliter* Ti. Claudii Secundini L. Statii Macedonis *(n. 1015).* X vir stlitibus iudicandis, tribunus militum (legionis *nescio cuius) t. 1.* *Gr.*

— M. Claudius Sabinus *v.* M. Claudius P. Vedius Antoninus Sabinus *(infra in Vediis).*

1003 TI. CLAVDIVS SACERDOS IVLIANVS *memoratur in t. VI 451 = D. 3619 (1), in actis Arv. a. 101 VI 2074 (2).* — *Plena nomina in t. 2.* Ti. Claudio Sacerdotae *(sic) t. 1.* — Consul suffectus d. 29 m. Dec. a. 100 cum L. Roscio Aeliano *t. 1.* Magister fratrum Arvalium a. 101 *t. 2. Fortasse pontifex vel flamen (v. supra n. 764 sq.). Origine Graecus ni fallor* (Claudii Sacerdotes *in titulis nummisque Asiae minoris quae dicitur non raro inveniuntur, cf. IGR 3, 200. 492. 500. Bull. hell. 11, 347. Münsterberg Beamtenn. 161 = Num. Z. 45, 97).* *Gr.*

1004 Ti. Claudius Saethida Caelianus. *Tituli Messenii IG 5, 1, 512 (1). 1451 (2). 1455 (3); frustulum 1455 a, cf. Amer. Journ. Arch. 30 (1926), 361. Plena nomina t. 2. 3, in t. 1 e nominibus nihil extat praeter* . . . . . αιθ. δα . . . . ο[.]. Filius Claudii Hostilii et (Claudiae) *t. 3.* Ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν διὰ βίου καὶ ἑλλαδάρχης ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν διὰ βίου *t. 1—3. T. 2 positus est* M. Aelio Aurelio Vero Caesari *(qui postea imperator Marcus) intra a. 139 et 161.* Pater (Ti.) Claudii Frontini *(supra n. 872),* avus (Ti.) Claudiorum Saethidae (Caeliani, *eius qui sequitur)* et (Frontini) Nicerati *(supra n. 873) t. 3.* — *Idem procul dubio intellegitur Paus. 4, 32, 2* Messenius aetate Pausania maior praedives *(cf. t. 2* τὰ ἀναλώματα παρασχόντος*), ubi sane traditur* Αἰθίδα *(emendavit Hitzig);* ei tribuebatur statua, quae revera uni ex maioribus cognomini temporibus Philippi (V) regis Macedoniae posita erat. *St.*

1004a TI. CLAVDIVS SAETHIDA CAELIANVS posuit una cum fratre imp. Vero a. 164 *t. Messenium III 495 (1);* ei positus est publice *t. Abellinas X 1123 = D. 1086 (2); memoratur in t.* avi *IG 5, 1, 1455 (3) Messenae reperto. Non ad hunc sed ad avum eius cognominem (qui praecedit)*

videntur pertinere tituli IG 5, 1, 1451 Messenius, ib. 512 Spartanus; cf. supra n. 872.

Plena nomina t. 1. 2. Κλαύδιος Σαιθίδας *t. 3.* — Ti. Claudii Saethidae Caeliani nepos *t. 3.* Claudii Frontini cos. filius *t. 2.* Ti. Claudii Frontini Nicerati *(n. 873)* frater *t. 1. 3 natu maior, cum prior nominetur. Cursum honorum eius exhibet t. 2.* X vir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis III Gallicae, [quaestor] provinciae [Sici]liae candidatus imp. Antonini et Veri Augustorum *(intra a. 161—169)*, sodalis Hadrianalis, le[gatus pr. pr. *provinciae alicuius proconsularis ut videtur*, tribunus *vel* aedilis] plebis, praetor fid(ei)com[missarius], legatus legionis XI Claudiae; augur. — Patronus coloniae (Abellinatium) *t. 2.* *Gr.*

1005 TI. CLAVDIVS SAETHIDA CETHEGVS FRONTINVS posuit Corneliae Quetulae (?) *(an* Vetulae*?)* nutrici *t. sepulcralem (hodie deperditum) VI 16440 (1);* ei *(puero vel adulescentulo)* positus est publice *t. X 1124 = D. 1088 (2) Abellinas.* — Ti. Claudius Quirina Sa[e]thida Cethegus Frontinus *t. 2.* Ti. Cl. Saetida Cetegus *traditur t. 1.* — Ti. Claudi Frontini cos. nepos, Ti. Claudi Frontini legati legionis filius *t. 2; pater est* Ti. Claudius Frontinus Niceratus *n 873, in quo vide.* — Patronus coloniae Abellini *t. 2.* *Gr.*

1006 Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae, e Vitellianorum partibus, qui a. 70 in Africam confugit *Tac. h. 4, 49.* *St.*

1007 Claudius Sanctus, dux legionis XVI anno 70 a Novaesio in coloniam Treverorum transgredientis *Tac. a. 4, 62, cf. Ritterling RE 12, 1764.* *St.*

1008 CLAVDIVS SAPILIANVS, senator a. 275; epistula eius *ficta vita Tac. 19, 3.* *Gr.*

1009 C. Claudius Sardus, C. f. C. n., praefectus classis *nescio cuius VI 3166 = D. 2675.* *St.*

1010 CLAVDIVS SATVRNINVS, praetor sub divis fratribus *Ulpian. dig. 17, 1, 6, 7. Filius videtur* Ti. Claudii Saturnini *n. 1012.* *Gr.*

1011 Claudius Saturninus, iureconsultus, qui librum composuit singularem de poenis paganorum *dig. 48, 19, 16; diversus a Venuleio Saturnino 48, 19, 15, qui praeterea saepissime in digestis adhibitus est. Errore igitur videtur dig. ind. auctor. 21 Venuleius (Saturninus) auctor perhiberi libri de poenis paganorum. Idem opinor* Claudius Saturninus, qui scripsit librum de coronis *Tertull. de cor. 7, cf. 10. 12. 13.* *St.*

1012 TI. CLAVDIVS SATVRNINVS dedicavit *Durostori t. III 7474 = D. 2475 cf. vol. 3 p. CLXXVIII (1); memoratur in miliario Moesiaco Rev. arch. 2, 1915, 180 = Ann. ép. 1916, 65 (2).* — Tib. Cl. Saturninus *t. 1. 2; ceterum* Claudius Saturninus. — Legatus (Aug. pr. pr.) Galliae Belgicae imperante Hadriano, qui epistulam ad eum scripsit *fragm. Vat. 223, sub finem imperii Hadriani, ut licet colligere ex tempore legationis Moesiacae. Consul suffectus a. inc.* Legatus Aug. pr. pr. (Moesiae infe-

rioris) sub Antonino Pio *t. 1* a. 145 *(cum* Antoninus *dictus sit* cos. IIII; trib. potes(tas) VII *male ponitur pro* VIII) *t. 2.* Divus Pius ei rescripsit *Marcianus dig. 20, 3, 1, 2; 50, 7, 5 pr. — Nescio an idem sit* Claudius Saturninus iurisconsultus *(qui praecedit). — Filius huius fortasse* Claudius Saturninus *n. 1010. — T. fictus VI 31704* dis manibus Ti. Claudi Saturnini Ti. f. VII vir. epulon. *potest minus accurate expressus esse ex antiquo.* *Gr.*

1013 Ti. Claudius Saturninus, Augusti libertus, procurator vicesimae hereditatium provinciae Achaiae *VI 8443 = D. 1546.* *St.*

1014 Ti. Claud(ius) Scirtus, Augusti libertus, procurator bybl(iothecarum *vel* bybliothecae) *X 1739 = D. 1587.* *St.*

1015 **Ti. Claudius Secundinus L. Statius Macedo.** *Tituli ei positi Aquileienses V 867 = D. 1339 (1). Brusin Gli scavi di Aquileia (1934), 77, 4 = Ann. ép. 1934, 232 (2). Fistula plumbea Portuensis XIV 2008 a = XV 7740 = D. 8686 (3). Plena nomina t. 1. 2.* Cl. Secundinus *t. 3.* Ti. fil., Palatina *t. 1. 2. Oriundus sine dubio Aquileia.* Primus pilus legionis IV Flaviae felicis, tribunus cohortis primae vigilum, tribunus cohortis undecimae urbanae, tribunus cohortis nonae praetoriae, primus pilus iterum, praefectus legionis II Traianae fortis, procurator Augusti vicesimae hereditatium, procurator provinciarum Lugdunensis et Aquitanicae, a rationibus Augusti *t. 1. 2;* rationalis imperante Antonino Pio *t. 3,* praefectus annonae *t. 1. 2.* Flamen divi Vespasiani *(Aquileiae) t. 2. Filius ni fallor* Ti. Claudius Ti. fil. Palatina Rufus Statius Macedo *(n. 1002), fortasse et* Ti. Claudius Ti. fil. Palatina Secundinus equo pub(lico) *VI 1605 = D. 1316, uxor igitur fuerit* Flavia Irene. *Potest idem fuisse* L. Macedo tribunus (χε[ι]λίαρχο[ς]), qui imperatori Hadriano Colossis posuit *Journ. Hell. St. 18, 90 = IGR 4, 869. Propinqui eius opinor Caesernii Statii Quinctii Macedones (supra n. 181—183) item Aquileienses.* *St.*

— C. C[L(AVDIVS)?] SECVNDVS *v. supra n. 3.*

1016 Claudius Senecio, liberto Caesaris patre genitus, adulescentulus decorus a. 55 adsumptus a Nerone in conscientiam *Tac. a. 13, 12;* eques Romanus, e praecipua familiaritate Neronis a. 65 particeps coniurationis Pisonianae *ib. 15, 50 (nomen per errorem traditur* tullium). *56. 58,* occisus est *ib. 70.* *St.*

1017 **Tib. Cl(audius) Sere[nus],** praefectus cohortis secundae Hispanorum, tribunus cohortis sextae civium Romanorum, [procurator] rationis p[rivatae pro]vinciae Asi[ae et Phrygi]ae et Cariae *t. Ephesius ineditus, ex schedis Inst. archaeol. Austr.* *St.*

1018 TI. CLAVDIVS SERENVS, clarissimus vir, *nominatur in fistulis aquariis urbanis XV 7429 (cf. quae adnotavit Dressel). Not. d. sc. 1925, 49. Filius fortasse eius qui praecedit.* *Gr.*

1019 **Ti. Claudius Servilius Geminus,** (procurator) Nervae Augusti (provinciae) Sardiniae a. 96 *dipl. mil. III p. 861 (cf. p. 1967) = X 7890. Cf. supra n. 879.* *St.*

1020 **Cl(audius) Severianus,** praefectus vehiculorum a. 214 *VI 36899 (= 31338 a = D. 452).* *St.*

1021 Claudius Severus, quem a. 69 Helvetii ducem legerunt *Tac. h. 1, 68.* *St.*

1022 Claudius Severus, philosophus peripateticus, magister Marci qui postea imperavit *vita Marci 3, 3. Eundem videtur significare M. Ant.* εἰς ἑ. *1, 14, 1. Vide infra* Cn. Claudius Severus Arabianus *n. 1027.* *St.*

— CL(AVDIVS) SEVERVS, clarissimus vir, *IX 947; v. infra n. 1024.*

1023 C. CLAVDIVS SEVERVS *memoratur in titulis Rev. bibl. 36, 250, 1 = Ann. ép. 1927, 147 = SEG 7, 844 (1) Geraseno, IGR 3, 173 = Ditt. Or. Gr. 544 (2) Ancyrano; in miliariis viae, quam* imp. Traianus redacta in formam provinciae Arabia a finibus Syriae usque ad mare rubrum aperuit et stravit', a. 111 *III 14149 42 (= Thomsen Zeitschr. Paläst. Ver. 40, 126 b). 14149 30 (= Thomsen 138 a). 14149 21 = D. 5834 (= Thomsen 143 a). 14149 19 (= Thomsen 146 a) (3—6),* a. 114 *Bull. tr. hist. 1904, 6, 2 = Brünnow-Domaszewski Arabia 2, 312 = Thomsen 71 a. Bull. 16, 22 = Brünnow 2, 316 = Thomsen 87 a. Bull. 20, 28 = Brünnow 2, 317 = Thomsen 90 (7. 8. 9); in miliariis viae, quae Gerasa Pellam ducebat, III 14176 2 (supplendum* co[s.] V[I]). *3. 5 = Thomsen n. 215. 216. 218 a. Rev. bibl. 36, 255, 9 = Ann. ép. 1927, 151 (10—13).*

Tria nomina exhibent vel exhibuerunt miliarii; [Κ]λαύδιος Σεουῆρος *t. 1;* Κλ. Σεουῆρος *t. 2.* — C. Iulius Severus nobilis Galata *(consul circa a. 139) dicitur* ἀνεψιὸς ὑπατικῶν Ἰουλίου τε Κοδράτου *(cos. II a. 105 ut opinor)* καὶ βασιλέως Ἀλεξάνδρου καὶ Ἰουλίου Ἀκύλου *(cos. suff. a. 110)* καὶ Κλ. Σεουήρου *t. 2. Ceteri in hoc t. nominati cum oriundi fuerint ex regionibus ad orientem versis, idem de Severo statuendum videtur; quae ratiocinatio vel inde confirmatur, quod et nepos ut videtur eius in t. Ephesi posito praedicatur* ἔξοχος Ἑλλήνων *(v. infra n. 1024) et ei aliisque Severi posteris in Phrygia et Paphlagonia praedia fuerunt honoresque tributi sunt (v. n. 1024. 1028, cf. praeterea t.* T. Cl(audii) Severi irenarchae Hadrianopolitani *IGR 3, 1458).*

Legatus Aug. pro pr. provinciae Arabiae *(primus post Arabiam provinciam factam) t. 1. 3—13* a. 111 *t. 3—6,* a. 112 *t. 10—13,* a. 114 *t. 7—9 (cf. Thomsen 76 a. 81 a),* a. 115 *t. 1;* [ὑπ]ατικός *t. 1: itaque ante a. 115 cum etiamtum provinciam regebat, absens fasces gesserit necesse est. Unde idem ni fallor statuendus est .....* ius Severus, consul suffectus cum T. Settidio Firmo ultimis mensibus a. 112 *fasti Ostienses Calza Not. d. sc. 1932 tabula 2 v. 32 cf. XIV 4543 (fieri posse ut littera, quae ante* IVS *praecedit,* D *fuerit, mihi adfirmavit Wickert).* Consularis *t. 1. 2.* —

Huius puto filius Cn. Claudius Severus Arabianus *(n. 1027): apparet patrem filio in provincia Arabia nato cognomen Arabiano imposuisse.* Propinquus C. Iulii Severi *t. 2 v. supra* (ἀνεψιός *vocabulum propria vi usurpari vix crediderim). Gr.*

1024 CN. CLAVDIVS SEVERVS, consul II a. 173, honoratur publice *titulis Pompeiopoli Paphlagoniae rep. D. 8832 = Ditt. Or. Gr. 546 cf. p. 552 (minus accurate IGR 3, 135 cf. 1447) (1) posito* a. 178 *aerae Pompeiopolitanae = a. 172/173 p. C. ut videtur; paene gemellis (mutilis) Bull. hell. 27, 325, 30 (2) et IGR 3, 1448 (3) posito post mortem imp. Marci; memoratur in titulis (iam imminutis) item Pompeiopolitanis Bull. hell. l. l. 327, 32 (4), IGR 3, 1446 (5) inter se similibus, qui positi sunt imperante Commodo (tertii tituli congruentis Bull. hell. 327, 33 principium deest). Denique videndum an huic adscribendus sit t. mutilus eodem loco inventus IGR 3, 134, de quo t. vide supra n. 843.* — Ipse dedicavit Ἑρμ[ῆ . . . .] *t. Atticum (iam mutilum) IG 2/3*², *4780 (6),* quem ponendum curavit Ti. Claudius Herodes *orator celeberrimus (ad Cn. Claudium Severum rettulit t. Kirchner manifesto recte). — Ad eundem rettuli (Wien. St. 24, 261 sqq.) titulum Ephesium (hodie acephalum) partim prosa oratione partim versibus conceptum, quo* Σεουῆρον [τὸν π]ροσ[τάτη]ν *(i. e.* patronum, *cf. v. 15* οὕνεκα προστασίης) honorat Ἀδριανὸς Μούσαισι μέλων *Inscr. Br. Mus. 3, 2, 188, 539 = Kaibel Epigr. gr. 888 a (7).*

In consulatu altero: Cn. Claudius Severus *IX 4970 = D. 6559. XI 7555 = D. 1886;* Cn. Cl. Se . . . . *VIII 18068;* . . . dius . . . . . *XIV 4746; ceterum* Severus *in titulis fastisque. — Tria nomina extant vel extabant t. 1—5;* . . Κλαυ . . . *t. 6;* Σεουῆρος *t. 7 v. 14;* Σεουῆρος ⟨ὁ⟩ Κλαύδιος *Dio 79, 5, 4;* Κλαύδιος Σεβῆρος *Galen. vol. 14, 653;* Σεβῆρος *Galen. reliquis locis. Philostr.*

Filius sine dubio Cn. Claudii Severi Arabiani cos. a. 146 *(n. 1027). Nescio an honores eius minores recensiti fuerint in t. IGR 3, 134, v. supra n. 843.* Consul (ὕπατος μὲν ὤν, *fortasse minus accurate pro* ὑπατικός) *Galen.* περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 4 (14, 613), suffectus non post a. 163 (circa a. 162 Galenus Romam venit, a. 164 (Ceionius Civica) Barbarus, qui simul cum Sergio Paullo et Severo anatomicis dissectionibus a Galeno explicatis interesse solebat, in orientem profectus est; v. supra n. 602).* Ὑπατικός *t. 7;* ἀνὴρ ὕπατος *Philostr. v. soph. 2, 10, 4 p. 93 K.*

Videtur bis matrimonium inisse; quod enim Hadrianus qui posuit t. 7 eum praedicat ut Οὐμμιδίου Κο[δράτου] πατέρα *(v. 3 sq.),* κλεινοῦ Κοδράτοιο φίλον πατέρ' *(v. 12), id inde videtur explicandum esse, quod filius Severi ex matrimonio priore natus adoptatus erat a (M.) Ummidio Quadrato (cos. a. 167).* Imp. Marci filiam *nescio quam* uxorem *(alteram)* duxit *(cf. Herodian. 1, 2, 2* τάς τε θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις), *fortasse Anniam Galeriam*

Aureliam Faustinam (supra A 714; neptis Severi nomina gerebat Anniae Aureliae Faustinae, v. infra n. 1028). Γαμβρὸς Αὐτοκράτορος Καίσαρος Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Σεβ. *t. 1—3 (t. 3:* [Αὐτο]κράτο[ρος Καίσαρο]ς θε[οῦ] κτλ.); *cf. t. 6. Dio l. l.; in t. 7 v. 4 extat* κηδεσ[τήν τε] τῶν θειοτ[άτων αὐτο]κρατ[όρων], *v. 12 sq.* ᾧ βασίλειον Ἁρμονίη θάλαμον πῆξατ' ἐπ' εὐγαμίῃ. *Eum has nuptias celebrasse ante consulatum alterum apparet ex t. 7.* Consul II *t. 1. (2). 3. 6* ordinarius a. 173 cum Ti. Claudio Pompeiano II *v. supra (iterationis nota adest VI 2382. VIII 18068. IX 4970. XI 7555. XIV 4565. Bull. ant. Fr. 1933, 201, in fastorum laterculis cunctis).* Pontifex *t. 1—3. 7. A. 176* imperatorem Marcum Athenas comitatur *Philostr. v. soph. 2, 10, 4. Marco superstes fuit cf. t. 3. 4. 5.* — Ἔξοχος Ἑλλήνων, πρόκριτος Αὐσονίων *t. 7 v. 11.* Πάτρων καὶ κτίστης civitatis Pompeiopolitanorum *t. 1—4. (5), cf. n. 843;* ἐφηβείαν Pompeiopoli instituit *t. 4. 5.*

Ex Marci filia videtur genuisse Ti. Claudium Severum Proculum cos. a. 200 *(n. 1028).* Annia Faustina, τοῦ Σεουήρου ⟨τοῦ⟩ Κλαυδίου καὶ τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ Μάρκου ἀπόγονος *Dio 79, 5, 4 (v. supra A 714; stemma vol. 1 p. 130).* — In Aristotelis philosophia versatus *Galen.* περὶ τοῦ προγιν. *c. 4 (14, 613 K.); notabile patrem quoque eius philosophiae peripateticae operam dedisse (cf. n. 1027).* Galenus anatomicen ei demonstrat *ib. c. 4. 5 p. 613. 629;* Galenum imp. Marco commendat *ib. c. 8 p. 647;* de morbo Sexti *(an Sex. Quintilii Condiani cos. a. 180?)* Galenum consulit *ib. c. 10 p. 653—656 K.* Eius iudicium de Hadriano Tyrio sophista *Philostr. l. l. Idem* Hadrianus *ni fallor* ei dedicavit statuam in templo Dianae Ephesio *t. 7 (cave auctorem carminis cum viris doctis nonnullis eundem putes atque imp. Hadrianum; cf. Wien. St. l. l.).* — *Ad hanc domum videtur pertinere* Vitalis Cl. Severi clarissimi viri servus [p]e[cuarius] *IX 947 t. Aecanus (Apuliae). Gr.*

1025 CN. CLAVDIVS SEVERVS, consul ordinarius a. 235 cum Ti. Claudio Quintiano. *In consulatu:* Cn. ...... verus *VI 2009 = D. 466;* Κλαύδ... Σεουῆρος *IGR 3, 1263;* Cn. Claudius ..... *S.Ber. Ak. Berl. 1931, 836 (si titulum recte ad a. 235 revocat Wickert);* Cl. Severus *IX 3342 a (nisi pertinet ad a. 200); ceterum* Severus *in titulis fastisque* (Πομπηϊανὸς καὶ Κυντιανός *fasti Theonis Alex. Chron. min. 3, 377, cf. supra n. 992). Filius probabiliter* Ti. Claudii Severi Proculi cos. a. 200 *(n. 1028). Nota consules ambo a. 235 ab imp. Marco originem traxisse. Gr.*

1026 TIB. CL(AVDIVS) SEVERVS, vir clarissimus, imp. Diocletiano dedicavit *t. VI 1119 a intra a. 293 et 295 p. C. Idem fortasse in signaculo X 8059, 114. Gr.*

1027 CN. CLAVDIVS SEVERVS ARABIANVS, consul a. 146. *In consulatu:* Cn. Claudius Severus *VI 678. 1008. IG 14, 1084 = IGR 1, 144.* Cn. Claudius Seve... *fragmentum fastorum Ostiensium Calza Not. d. sc. 1934, 256*

tab. 7 v. 10; Arabianus *XV 3863 in amphora;* Κλαύδιος *fasti Theonis Alex. Chron. min. 3, 375; ceterum* Severus *in titulis fastisque.*

Filius videtur C. Claudii Severi, *natus intra a. 111 et 115, cum pater provinciam Arabiam regebat (v. supra n. 1023).* Consul ordinarius a. 146 cum Sex. Erucio Claro II *v. supra,* deinde (kal.? Mart.) cum Q. Licinio Modestino, *ut concludere licet ex fastis Ostiensibus (v. 11. 16). Idem sine dubio* Claudius Severus, cui commendat Cornelius Fronto (cos. a. 143) gravitatem auctoritatemque eius praedicans Sulpicium Cornelianum, qui causam apud eum dicturus sit *Fronto ad am. 1, 1 p. 172 N. = 1 p. 282 sq. Haines* (Cornelianus 'citavit ad accusationem nostri ordinis virum' *p. 286 H.). Quo munere praeditus Severus ius dixerit, nescimus; vide an fuerit praefectus urbi. Eundem esse* Severum proconsulem Asiae oriundum ex Phrygia superiore *memoratum ab Aristide or. 50 p. 428 sqq. K., putaverunt nonnulli, sed magis cogitaverim de* C. Iulio Severo, *in quo vide.*

Ab hoc vix diversus Claudius Severus, quem Marcus Caesar peripateticae studiosus audivit *vita Marci 3, 3 (v. n. 1022): id quod eo quoque confirmatur, quod Cn. Claudium Severum imp. Marci generum, filium sine dubio consulis a. 146, item Aristotelis disciplinae operam dedisse testatur Galenus (v. supra n. 1024). Vulgo ad Severum hunc refertur locus vix sanus Marc.* εἰς ἑαυτόν *1, 14* παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μου (αὐτοῦ *l. Darmstad.)* Σεουήρου τὸ φιλοίκειον καὶ φιλάληθες καὶ φιλοδίκαιον καὶ τὸ δι' αὐτοῦ (αὐτῶν *vel* αὐτόν *traditur)* γνῶναι Θρασέαν, Ἑλβίδιον, Κάτωνα, Δίωνα, Βροῦτον κτλ. (Οὐήρου *pro* Σεουήρου *coniecit post alios H. Schenkl Wien. St. 34, 92 sqq.; in editione p. XXVI 1; BphW 1916, 333 sq. parum probabiliter). Num idem memoretur* εἰς ἑ. *10, 31* (καὶ Ξενοφῶντα ἰδὼν Κρίτωνα ἢ Σευῆρον φαντάζου), *omnino incertum. — Ex posteris huius videtur* Claudius Arabianus *n. 786.* *Gr.*

1028 TI. CLAVDIVS SEVERVS PROCVLVS, consul ordinarius a. 200 cum C. Aufidio Victorino. *In consulatu:* Ti. Claudius Severus *VI 1054. 2004. XIV 252 cf. p. 614 (= D. 6176). 4562, 2. Not. d. sc. 1915, 39 = VI 39426;* Tib. Cl. Proculus *III 8237;* Ti. Claud . . . . . *XIV 4560, 1 b;* Proclus *XIII 7282, ceterum* Severus *(in fastis ms. cum imp. Severo confunditur).*

Filius sine dubio Cn. Claudii Severi cos. II a. 173 *(n. 1024), nepos imp. Marci. Vix hic intellegitur Herodian. 4, 6, 3* (Ἀντωνῖνος) τήν τε Κομόδου ἀδελφὴν *(scil.* Cornificiam) — — — ἀπέκτεινεν, αἰτίαν ἐπαγαγὼν ὡς δακρυσάσῃ παρὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τοῦ παιδὸς φόνῳ. — *Pater ni fallor* Cn. Claudii Severi cos. a. 235 *(n. 1025). — Ad hunc pertinere videntur tituli eruti in confinio Phrygiae et Pisidiae Ramsay Cities and Bishoprics 291, 129 = IGR 4, 890 dedicatus* ὑπὲρ — — σωτηρίας Σεβήρου καὶ Φαυστείνης, *Ramsay 290, 127 = IGR 4, 889 positus* a. 207/208 ὑπὲρ — — σωτηρίας Ἀννίας Φαυστείνης καὶ Τιβερίου Κλαυδίου. *Severum hunc Anniam*

Faustinam, Ummidiae Cornificiae Faustinae filiam, in matrimonium duxisse et ex ea suscepisse Anniam Aureliam Faustinam recte puto statuit Ramsay l. l.; v. supra A 709. 710; stemma proposuit Stein supra vol. 1 p. 130. *Gr.*

1029 Cl(audius) [Sil]vanus, praefectus legionis secundae Parthicae piae felicis fidelis aeternae a. 249 *t. Albanus Not. d. sc. 1913, 52 = Ann. ép. 1913, 219.* *St.*

1030 CLAVDIVS SOLLEMNIVS PACATIANVS honoratus *t. Durae rep. Excav. at Dura-Europos, Prel. Rep. 4, 72, 169 (tab. XV 2) = SEG 7, 333 = Ann. ép. 1933, 227 (1)*, una cum filio *t. Bostreno III 94 cf. p. 969 (2). Idem videtur memorari in actis lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 345 (tab. 10) v. 86 (3), VI 32334 v. 8 (4), cf. Gagé Mél. d' arch. 51, 78.*

.... νιος Πακατιανός *(nomina partim erasa) t. 1;* Cl. Sollemnius Pac.... *t. 2;* Claudius Pacatianus *t. 3;* C.... atianus *t. 4. — Origine eum Gallum fuisse ex nomine* Sollemnius *more Gallorum a cognomine derivato probabiliter suspicatur Dessau Herm. 45, 12. Recensetur inter* pueros (clarissimos), qui ludis saecularibus a. 204 carmen cecinerunt *t. 3; idem ni fallimur nominatur inter pueros, qui ludis eisdem Troiam luserunt (cf. Premerstein Wien. St. 22, 148. Gagé l. l.) t. 4.* [Legatus] Aug. pr. pr. (Arabiae) vir clarissimus *t.* 2 *sub Severo Alexandro, ut apparet ex agnomine* [legionis] I[I]I C[y]r(enaicae) Severianae [Alexandrianae]. Ὁ λαμπρότατος ὑπατικός *t. 1, i. e. legatus Aug. pr. pr. consularis Syriae Coeles ut videtur; antea aut fasces gesserat suffectus a. inc. aut adlectus erat inter consulares. —* Pater C[laudii] ..... Marini *t. 2; v. supra n. 929.* *Gr.*

— M. CLAVDIVS (?) SQVILLA GALLICANVS *v.* M. Gavius Squilla Gallicanus.

1031 Tib. Cl(audius) Stasithemis, pater Tib. Cl(audii) Attali viri clarissimi, *frater ut videtur* Ti. Claudii Telemachi *TAM 2, 1, 280 t. Xanthius. V. infra n. 1037.* *Gr.*

1032 TIB. CL(AVDIVS) STASITHEMIS, ὁ κράτιστος συνκλητικός, Ti. Claudii Telemachi *(n. 1037)* et Ti. Claudiae Arsasis filius, *memoratur in t. parentum TAM 2, 1, 194 Sidymis rep.* *Gr.*

1033 CLAVDIVS STRATONICVS honoratur publice *t. IGR 4, 570 (1) Aezanitico, memoratur in t. Bonnensi* ab uxore posito *Bonn. Jahrb. 135, 7, 6 (2).* — Κλ. Στρατόνικος *t. 1.* Cl. Stratonicus *t. 2.* — Aezanis oriundus *t. 1, quem posuit* ἡ πατρίς (Stratonici *nescio qui memorantur in t. Aezanitico mutilo Wadd. 3, 838).* Legatus Augusti legionis I Minerviae piae fidelis *t. 2.* Consul *t. 1 suffectus a. inc. saec. II labentis* (Cl. Apollinaris, *quo Aezanis strategi officio iterum fungente t. 1 positus est, videtur idem atque* Claudius Apollinaris Aurelianus, *qui nominatur inter legatos a. 195 (?) ad Septimium Severum missos IGR 4, 566 cf. D. 8805, supra n. 783).* Ὁ μέγας εὐεργέτης καὶ σωτὴρ καὶ κτίστης τῆς πόλεως (Aezanitarum) *t. 1.* —

Fla(via) Tiberina uxor *t. 2. Ad eandem domum potest pertinere* [Τ]ιβ.Κ. Στρατόνεικος *IGR 3, 162 = Iourn. Hell. St. 44, 29 t. Ancyranus. Gr.*

— TI. CL(AVDIVS) SVBATIANVS PROCVLVS *v. in Subatianis.*

1034 CLAVDIVS SVLPICIANVS, homo nobilis, ab imp. Septimio Severo occisus *vita Sev. 13, 4. Pater ni fallor eius qui sequitur. Eundem esse* T. Flavium Sulpicianum socerum imp. Pertinacis *iure ut opinor coniecit Marini; v. infra sub Flaviis. Gr.*

1035 CL(AVDIVS) SVLPICIANVS, unus ex pueris patrimis et matrimis senatorum filiis, qui d. 17 m. Mai a. 183 Arvalibus ministraverunt *VI 2099 II 17 sq. Filius videtur eius qui praecedit. Gr.*

— TI. CL(AVDIVS) SVLPICIVS IVLIANVS *v. infra sub Sulpiciis.*

1036 IMP. CAESAR M. CLAVDIVS TACITVS AVGVSTVS. *Sic in titulis nummis papyris; ceterum* Tacitus; Aurelius Tacitus *vita Aureliani 41, 4 manifesto errore. Nummi RIC 5, 1, 319—348, Alexandrini ap. Vogt 1, 217 sq.; 2, 163.*

(A Cornelio Tacito rerum scriptore originem traxit *vita 10, 3 absurde.)* Frater M. Anni Floriani *(supra A 649)*, qui postea imperavit *vita 9, 6; 13, 6; 14, 4; Prob. 13, 3. Vict. Caes. 36, 2. Pol. Silv. p. 522 M., cf. vita 15, 1; Prob. 10, 8; 11, 3;* alio patre natus *vita 17, 4* (germanus *ib. 14, 1 male); sed nulla omnino parentela videntur coniuncti esse, cf. Hohl Klio 11, 202 sq. 310 sq.* Interamnae solum proprium *vita 15, 1.* Mense Septembri natus est *vita 13, 6.* Natus a. 200, *cum* annos agens septuaginta quinque *dicatur* imperator electus *Zonar. 12, 28.* Consul ordinarius a. 273 cum Iul(io) Placidiano *VIII 18844. fasti;* consularis *vita 4, 1;* e consularibus *Vict. Caes. 36, 1.* Princeps senatus *vita 4, 1. 3; 8, 4; Aurel. 41, 4.* Aureliano occiso post interregnum Tacitus in Campania degens *(vita 7, 5. Zonar. l. l.)* a. 275 senex *(vita 4, 3; 6, 7; 8, 5. Zonar. l. l., v. supra)* imperator a senatu creatus et a praetorianis agnitus est *vita 3—8; Aurel. 41, 15; Prob. 7, 1. Vict. Caes. 36, 1. Zonar.* Mense Septembri imperator factus est *vita 13, 6; vix recte, v. infra.* (Acta senatus a. d. VII kal. Oct. *vita 3, 2 non minus conficta sunt quam* a. d. III non. Febr. *v. Aurel. 41, 3.).* Postquam Gothos, qui a Maeotide in Pontum et usque ad Ciliciam eruperant, devicit, ipse a militibus interemptus est *vita 13 (cf. Prob. 13, 3). Zos. 1, 63. 65, 1. Zonar.;* ut alii dicunt morbo periit *vita 13, 5;* febri *epit. de Caes. 36, 1;* absumptus fataliter *vita Probi 10, 1, cf. Car. 3, 7. Eutr. 9, 16,* Tyanae *Vict. Caes. 36, 2. cons. Const., Chron. min. 1, 229;* apud Pontum occisus *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 148. Euseb.-Hieronym. chron. 264. Ol. p. 223, e) H.; arm. p. 227 K.; Syncell. 749;* ἐν Τζαννικῇ τῆς Πόντου *Malal. 301 (cf. Enßlin Phil. Woch. 1933, 784)*; apud Tarsum *epit. l. l., confundens eum ut videtur cum Floriano.*

Consul II ordinarius a. 276 cum Aemiliano *XIII 6733 = D. 7079. fasti. Sed in nummis aliquot dicitur* consul III *(RIC 338 sq.), ut*

suspicari cogamur eum, postquam imperium adeptus sit, per postremos anni 275 menses consulem iterum fuisse. Certe igitur a. 275 imperare coepit. Imperavit menses circiter sex *vita 13, 5; 14, 5; 16, 1. Eutr. l. l. Hieronym. cet. l. l., cf. Chron. min. 1, 443. 642; 2, 500; 3, 414. 417. 421. 436;* nondum septem menses compleverat *Zonar.* (secundum alios duo annos *ib.; significantur anni tribuniciae potestatis);* ducentos dies *epit. de Caes. Vict. Caes.;* menses octo dies duodecim *chronogr. a. 354 l. l., quibus in numeris potest inclusum esse spatium interregni, si ullum fuit, inter Aurelianum et Tacitum. Nam hoc* interregnum sex septemve menses duravisse *qui produnt vita 1, 1; 2, 1. 6; Aurel. 40, 4. Vict. Caes. 36, 1. epit. de Caes. 35, 10 eos id cum Taciti imperii tempore confundere apparet.* Tribunicia potestate II a. 276 *(vel inde a d. 10 Dec. 275).* Gothicus maximus. Liberi eius multi extiterunt *vita 16, 4.* Uxor memoratur *ib. 11, 6.*

Mense Oct. vel Nov. a. 275 (certe post mensem Augustum) mortuus videtur esse Aurelianus, quo interfecto interregnum fuisse traditur; nummi autem Alexandrini Taciti et papyri cum annum non nisi primum praebeant, sequitur ut finis imperii eius esset ante mensem Septembrem a. 276; quocum convenit, quod complures papyri scriptae sunt mense Iunio a. 276 eo imperante aut certe nuntio mortis eius nondum in Aegyptum allato; atque ne is quidem, qui ei successit, Annius Florianus, qui menses circiter duo imperavit, post m. Augustum a. 276 obiit. Ergo si recte traditum esse sumimus sex septemve menses Tacitum tenuisse imperium, imperator nuncupatus est fere m. Nov. vel Dec. a. 275, occisus m. Iunio a. 276. Cf. quae de ratione temporis disputavi P. Arch. 7, 46 sq. 50; de vitae Taciti fide historica quae est nulla Hohl Klio 11, 177—229. 284—324.

St.

— Cl(audius) Tebens (?) *v.* Cl(audius) Teres *n. 1039.*

1037 TI. CLAVDIVS TELEMACHVS honoratur publice una cum uxore *t. Sidymensi (cuius tantummodo partes aetatem tulerunt) TAM 2, 1, 194 = IGR 3, 581 (1);* ipse fratris filio posuit *t. TAM l. l. 280 = IGR 3, 613 (2) Xanthium;* propinqui eius ei posuerunt *post mortem t. (iam mutilum) TAM l. l. 279 (minus recte IGR 3, 614 cf. 1517) (3) ib. rep. Idem memorari videtur in titulis Sidymensibus TAM 175 = IGR 3, 582 (4). TAM 176 (5) cf. infra. Non ita certum, utrum ad hunc an ad unum e maioribus eius pertineant tituli Xanthii TAM 273 (mutilus) (6), inter se plane similes ib. 301—304. 306 (= IGR 3, 622—626). 305 (7—12).*


Tria nomina extant t. 1. 3—5. 7—12; [Κ]λ. Τηλέμαχος *t. 2.* — Ξάνθιος καὶ Σιδυμεύς *t. 1. 4;* πολείτης καὶ εὐεργέτης (Sidymis) *t. 1 cf. 4. Ex maioribus eius* Claudius Telemachus ἀρχιερεὺς (τοῦ Λυκίων ἔθνους) *temporibus Traiani IGR 3, 739 I; item inter maiores eius fuisse videtur nobilis Lycius* Ἀρταπάτης Στασιθέμιος, *qui floruit antequam Lycia in formam*

provinciae redacta est, TAM 2, 1, 261 (minus plene et accurate S. Ber. Ak. Berl. 1865, 611 = IGR 3, 635). Tib. Cl. Telemachus Lyciarcha, *qui memoratur in titulis 7—12, utrum pater eius fuerit de quo agimus an is ipse, diiudicari nequit, cum de aetate titulorum non constet. Complures* Telemachi, *ex quibus unus* Lyciarchae filius *praedicatur, commemorantur in t. (mutilo) TAM 273 = IGR 3, 629 Xanthio, qui si non totus tamen ex parte versibus conceptus est. Aetas Telemachi eius de quo agimus inde fere definitur, quod sine dubio idem est atque* Claudius Telemachus, quem temporibus Septimii Severi possessionem aliquam emisse *tradit Paulus l. primo decretorum dig. 4, 4, 38 pr. Notandum praeterea Telemachi et generum et nepotem altero nomine gentilicio Aurelii uti, quod nomen post constitutionem Antoninianam in familiam inductum esse consentaneum videtur. Unde probabiliter idem putandus, qui redit in titulis 4. 5; nam t. 4 scriptum esse imperante Commodo cum propter cognomina* Εὐσεβὴς Εὐτυχής *imperatoris (cuius nomen erasum est) tum inde coniecerim, quod Lycii nobiles in hoc t. commemorati praeter Telemachum civitate Romana carent. In t. 5 eodem tempore posito atque t. 4 inter centum et unum senatores Xanthios duo tantum Aurelii reperiuntur.*

Telemachum lato clavo nondum accepto summos in patria honores gessisse (id quod immerito negat Pallu de Lessert Bull. ant. Fr. 1903, 278 sq.) aperte indicant verba ἐν πολλοῖς ἀνδραγαθήσαντα πρότερον *(scil. ante quaesturam) t. 1.* Lyciarcha *sub Commodo ut videtur (v. supra) intra a. 185 et 192* proconsule C. Pomponio Basso Terentiano *t. 4, ubi nomen Telemachi in litura repositum est nescio qua de causa, neque enim memoriam eius damnatam esse statuendum est, ut apparet ex t. 3 post mortem posito.* Princeps gerusiae Sidymorum *t. 5.* Quaestor Achaiae *t. 1. Honores urbani in t. 1 excidisse videntur scil. relati loco non suo.* Σεμνότατος πρεσβευτὴς (= legatus proconsulis pr. pr.) [᾿Αχα]ίας *(corrige* ᾿Ασίας) καὶ ὁ οἰκιστὴς Λαοδικέων, ῾Ιεραπολειτῶν *t. 1* (᾿Αχαίας *quod errore scriptum sit pro* ᾿Ασίας, *erasum esse neque vero postea vocem* ᾿Ασίας *restitutam observat Kalinka); Laodiceam (ad Lycum) et Hierapolim eum instauravisse imperante Pio, cum terrae motu concidissent, minus recte ut opinor statuerunt viri docti (velut Ramsay Jahresh. 27 B. 252).* Λογιστὴς *(i. e.* curator*)* Κ[αλ]λατιανῶν πόλεως Μυσ[ί]ας *(praetorius puto) t. 1. Honores reliqui, qui recensiti fuerunt in t. 1 perierunt. Consul suffectus a. inc.* ῾Ο λαμπρότατος ὑπατικός *t. 1 (in titulo ipsius et uxoris);* ὁ ἀρίστης μνήμης λαμπρότατος ὑπατικός *t. 3.* Proconsul Africae *t. 3 saec. III primis decenniis ut putaverim.*

Uxor eius Tib. Claudia Arsasis *t. 1;* liberi Tib. Claudius Stasithemis, Claudia Arsinoe (Telemachis), nepos Tib. Claudius Aurelius Telemachus *ib. In t. 3 supplerunt editores* Τιβέρι[οι Κλαύδιοι] . . . . . [κ]αὶ Τηλέμ[αχος καὶ] . . . . . κὴ τὸν [ἑαυτῶν πάππον] *nescio num recte; elucet enim ex*

t. 1 Telemacho non nisi unum nepotem fuisse; quare potius de tali supplemento cogitaverim quale est Τιβέρι[οι Κλαύδιοι Ἄτταλος κ]αὶ Τηλέμ[αχος καὶ] ..... κῇ *(vix* [ὑπατι]κῇ*)* τὸν [ἑαυτῶν θεῖον] *cf. t. 2,* quem [Κ]λ. Τηλέμαχος ὁ θεῖος posuit Tib. Cl. Attalo Tib. Cl. Stasithemidis filio. *Stemma fortasse tale fuit:*



Gr.

1038 Ti. [Claudius] Telem[achus] *una cum fratre(?) et sorore(?) videtur posuisse* Ti. Claudio Telemacho consulari *t. TAM 2, 1, 279 Xanthium (mutilum). V. sub eo qui praecedit.* *Gr.*

1039 (Claudius) Teres *memoratur in titulis gemellis Atticis* filii *IG* $2/3^2$, *3689 (1). 3690 (= 3, 705) (2). Cognomen ei non* Tebens *fuit (ut legerunt priores) sed* Teres *(gen. Teretis vel Terentis), ut ex reliquiis nominis* (...ρεντος *t. 1.* [Τήρ]ε[ν]τος *t. 2) recte perspexit Graindor Bull. hell. 38, 386 sq.* — (Cn. Claudii) Leontici *(n. 909)* filius, Claudii Illyrii *(n. 892)* pater *t. 1. 2.* Archon eponymus Athenis *t. 1. 2 priore parte saec. III.* *Gr.*

1040 Claudius Themistocles. *Tituli Ephesius, quem posuit M. Clodio Pupieno Maximo, qui postea (a. 238) imperavit tum proconsuli Asiae, D. 8839 = Ditt. Or. Gr. 518 (1), et Atticus IG 3, 712 a p. 501 =* $2/3^2$, *3704 (2).* Filius Ti. Claudi Frontoniani *(supra n. 876) t. 1.* Asiarches *t. 2.* Filia Claudia Ammia ἡ καὶ Agrippina *ib. Cf. Groag Jahresh. 10, 286. 287. 290.* *St.*

1041 **Claudius Theodorus.** *Papyri graecae CPHerm 119 recto IV 23 sq. (1).*

P. Straßb., P. Arch. 4, 116 col. I 8. II 4 (2). PSI 9, 1076, cf. Tait ap. Bilabel BL 2,2, 145 (3). Κλαυδίου Θεοδώρου *p. 1;* Θεο[δώ]ρου *p. 2;* Θεόδωρε *p. 3 v. 16.* Ὁ διασημότατος *p. 2. 3,* ἐπανορθωτὴς τῆς ἱερᾶς Αἰγύπτου (= vir perfectissimus, corrector Aegypti) *p. 3,* a. 258 *p. 2,* τῆς διασημοτάτης μνήμης *p. 1* d. 12 mens. Oct. a. 266, *unde ante eum diem defunctus sit necesse est. Idem coniecerim officium significari P. Ryl. 2, 302* (ἐπανορθωτῇ τῆς ἱερᾶ[ς Αἰγύπτου]; *saec. III) eundemque virum intellegendum esse. St.*

— (Ti. Claudius) Theopropus *v. supra n. 766.*

— Ti. Claudius Thrasyllus *v.* Thrasyllus.

1042 Claudius Timarchus, Cretensis, anno 62 reus in senatu *Tac. a. 15, 20. St.*

1043 CLAVDIVS TITIANVS, συνκλητικός, maritus Claudiae Helenae *(n. 1097)*, pater Claudiae Titianae et Claudiae Iuliae *(an* Viliae?) Proculae *IGR 3, 500 III v. 17 sqq. t. Oenoandensis; cf. stemma supra p. 166. Nescio an idem sit* maritus amitae *(scil. Ti. Claudii DryantianiAntonini ut opinor)*, cui Avidio Cassio interfecto (a. 175) Dryantianus et (Avidia Cassia) Alexandria commendati sunt *vita Marci 26, 12; v. supra n. 859. Ab hoc non esse distinguendum* Ti. Claudium Flavianum Titianum Q. Vilium Proculum L. Marcium Celerem M. Calpurnium Longum senatorem *origine Patarensem (TAM 2, 2, 426) suspicatur Walton Journ. Rom. St. 19, 66 fortasse recte; v. infra sub Viliis. Gr.*

1044 C. CLAVDIVS TITIANVS DEMOSTRATVS *dedicavit t. Cyrenaicum Notiz. archeol. 2, 183 = Ann. ép. 1919, 95 (1); memoratur in t. Eleusinio mutilo IG 2/3², 4071 (2).*

Γ. Κλ. Τιτιανὸς Δη[μό]στρατος *t. 1.* Γάϊος Κλ. Τιτιανός *t. 2. — Pater eius* C. Claudius Titianus, Demostrati filius, fuit prytanis Ephesiorum *Forsch. Ephes. 1, 70. t. 2 (ubi nomen civitatis, cuius summis honoribus ornatus est, tacetur), avus fortasse* Ti. Claudius Demostratus Caelianus *Jahresh. 1926 B. 263. Inscr. Br. Mus. 3, 501, frater* [Ti. Cl.] Demostratus prytanis Ephesiorum aetate Antonini Pii *Ditt. Or. gr. 496; origine igitur Ephesius.* Συνκλητικός *t. 2.* Tribunus militum (legionis *nescio cuius)*, decemvir (stlitibus iudicandis), quaestor provinciae Achaiae, tribunus plebis c[and(idatus)?] (δημάρχου κ.. *in lapide)*, praetor *t. 2. Hic fortasse* Titianus, ad quem divus Pius epistulam dedit *Modestin. dig. 50, 4, 11 pr.* Proconsul Cretae et Cyrenarum *t. 1. 2* (ἡγεμὼν Κρήτης) a. 161 Marco et Vero imperantibus *t. 1.* — Menandra Philippes filia, Ti. Claudii Demostrati Atheniensis *(n. 849)* neptis, ἀδελφιδῆ Titiani *t. 2. Gr.*

1045 Claudius Tryphoninus *(sic dig. 26, 7, 58 pr.)*, iuris consultus, qui scripsit disputationum libros XXI *dig. ind. auctor. 26 p. LV*M.*, imperante Caracalla *dig. 27, 1, 44 pr.; 49, 15, 12, 17,* notas ad Cervidi Scaevolae digesta et responsa *dig. passim.* Tryphonini sententiam refert Paulus

dig. 49, 14, 50. Eidem procul dubio Claudio Tryphonino Caracalla a. 213 rescripsit *cod. Iust. 1, 9, 1. Fragmenta collegit Lenel Palingenesia 2, 351—378. Cf. Jörs RE 3, 2882—2884. Krüger Gesch. d. Quellen u. Lit. d. röm. Rechts 225.* *St.*

1046 CLAVDIVS VAL(ERIVS) MENANDER, ὁ λαμ(πρότατος), Flav(ii) Marc(ii?) Scriboniani τοῦ λαμ(προτάτου) filius praemature defunctus honoratur *t. IG 12, 5, 1, 328 Pario. IIII potius quam III saec.* *Gr.*

— CL(AVDIVS) VALERIVS RVFRIVS IVSTVS *v. infra sub Rufriis.*

1047 CL(AVDIVS) VARENVS, co(n)s(ularis), pater Claudiae Varenillae *(n. 1130) XIII 1129 t. sepulcralis* filiae a civitate Pictonum positus. *Consul suffectus a. inc. saec. II vel III.* *Gr.*

— M. CLAVDIVS P. VEDIVS ANTONINVS PHAEDRVS SABINIANVS *v. infra sub Vediis.*

— M. Claudius P. Vedius Antoninus Sabinus *vide sub Vediis.*

1048 Claudius Venacus, orator amplissimus, in consilio imperatoris Severi Alexandri *vita Sev. Alex. 68, 1; vide num fictus sit.* *St.*

— Q. Claudius Venuleius Saturninus *v.* Claudius Saturninus *(supra n. 1011).*

1049 **Ti. Cl(audius) Vibianus Tertullus,** ab epistulis graecis, a rationibus Augustorum (duorum), praefectus vigilum *t. Ephesius bilinguis III 7126 = D. 1344. Perquam dubium num ad eum pertineat t. Ephesius Inscr. Br. Mus. 3, 186 n. 536.* *St.*

— L. CLAVDIVS VIBVLLIVS REGILLVS HERODES *v.* (TI.) CLAVDIVS HERODES L. VIBVLLIVS REGILLVS *(supra n. 886).*

1050 Claudius Victor, filius sororis (Iuli) Civilis, a. 69 ab hoc adversus (Dillium) Voculam missus *Tac. h. 4, 33.* *St.*

1051 **Felix Claudius Vindex.** *Sic P. Amh. 2, 70 = Wilcken Chrest. 149 (1),* Claudius Vindex *P. Ryl. 2, 123 col. I 1 sq. (2),* Vindex *P. bibl. univ. Giss. 20 (3).* Ὁ κράτιστος *p. 1. 2,* epistrategus (Heptanomiae) *p. 1—3, circa a. 114—117 (sub Rutilio Lupo praefecto Aegypti) p. 1;* anno septimo decimo *(Traiani apparet = 113) p. 2 (col. II 6. 8);* die 20 m. Febr. *anno non indicato p. 3.* *St.*

1052 CL(AVDIVS) XENOPHON *memoratur in titulis Britanniae (inferioris) VII 715 (1) (mutilo), miliario Eph. ep. 7, 1115 (2); nomen eius restituit Haverfield in t. mutilo Eph. ep. 7, 1021 (3)* per Cl. [Xenephontem] leg. pr. [pr.], *quoniam qui ibi memoratur* Septimius Nilus praefectus alae *redit in t. anni 221 VII 585, sed potest etiam cogitari de* Claudio [Apellino] *(n. 780).*

Cl. Xenephon *t. 1.* C. Xenephon *t. 2. — Filius fortasse T. Claudi Xenophontis n. 1054.* Legatus Aug. pr. pr. (Britanniae inferioris) *t. 1—3* imperante Severo Alexandro *intra a. 222 et 225 (ante alterum Alexandri consulatum) ut videtur t. 2.* *Gr.*

1053 Ti. Claudius Xenophon. *Tituli Coi ap. Herzog Hist. Ztschr. 125 (1922), 227, 2 (1). Bull. del museo dell' imp. Rom. 3 (1932), 21, 18 = Ann. ép. 1934, 92 (2).* Filius Ti. Claudi Philini *(supra n. 959) t. 1;* Ti. filius *t. 2,* honoratus publice *t. 2. Diversus videtur* Claudius Xenophon philosophus, cuius sectatores *memorantur t. prope Cyzicum rep. Journ. Hell. St. 24, 27, 25.* *St.*

1054 **T. Claudius Xenophon.** *Tituli Ephesius III 7127 = D. 1421 (1). Dacicus III 8042 (2). Papyri Oxy. 4, 718 (1). Cornell 14 (2).*

Tria nomina t. 1, Κλαύδιος Ξενοφῶν *p. 2,* Cl. Xenophon *t. 2,* . . . ενοφῶντι *p. 1.* T. f., Papiria *t. 1.* Procurator viarum urbis, procurator in Aegypto ad epistrategiam septem nomorum et Arsinoitae *t. 1;* ὁ κράτιστος ἐπιστράτηγος a. 180/1 *p. 2, cf. p. 1.* Procurator Daciae Apulensis, procurator argentariarum Pannoniarum et Dalmatiarum, proc. Illyrici per Moesiam inferiorem et Dacias tres *t. 1,* procurator Commodi Augusti *t. 2,* subpraefectus annonae urbis, procurator provinciae Asiae, procurator Augusti ad bona cogenda in Africa *t. 1. Filius videtur Claudius Xenophon (n. 1052).* *St.*

1055 **Ti. Claudius Zeno Ulpianus.** Vir egregius, praefectus cohortis [primae?] Asturum, tribunus cohortis primae Flaviae Brittonum, praefectus alae primae Claudiae miliariae (?), adiutor a[d c]ensus, ex sacra iussione adhibitus in consilium praefecti praetorio item urbi, pr[oc(urator) ad bona] damnatorum, procurator silicum viarum sacrae urbis, subpraefectus vigilum, procurator privatae regionis Ariminensium; patronus coloniae Pisaurensium *t. Pisaurensis XI 6337 = D. 1422, cf. add. p. CLXXV.* *St.*

1056 **Tib. Cl(audius) Zoilus,** ὁ κράτιστος (= vir egregius), procurator Augusti honoratus *Sardibus, Sardis 7, 73, 60 = IGR 4, 1512.* *St.*

1057 CLAVDIA *(sic Suet.,* Κλωδία *Plut.),* filia P. Clodii (Pulchri, tribuni plebis anno a. Chr. 58) ex Fulvia, privigna M. Antonii, quam anno 43 C. Caesar *(qui postea* Augustus) expostulantibus utriusque militibus uxorem duxit vixdum nubilem ac simultate cum Fulvia orta a. 41 dimisit intactam *Suet. Aug. 62, 1. Plut. Ant. 20. Vell. 2, 65, 2. Dio 46, 56, 3; 48, 5, 3, cf. 4, 1.* *St.*

1058 (CLAVDIA). *Ex nominibus* Appii Iunii Silani consulis a. 28 p. C. *et* Iuniae Claudiae *vel* Claudillae, M. Silani C. f. consulis a. 15 p. C. filiae, *apparet Iunium Silanum nescio quem aetatis Augusti in matrimonium duxisse feminam ex domo patricia Claudiorum; fortasse filia fuit alterius utrius Appiorum Pulchrorum (n. 982. 983), uxor C. Iunii Silani consulis a. 17 a. C. (cf. stemma supra p. 237 propositum). V. infra sub Iuniis.* *Gr.*

1059 CLAVDIA, Ap(pi) f(ilia), Quirini (uxor) *memoratur in t. libertae sepulcrali VI 15626 cf. 37865. Filia videtur alterius utrius Appiorum Pulchrorum*

(n. 982. 983), uxor P. Sulpicii Quirinii consulis a. 12 a. C., ut iure statuit Bang VI 37865 adnot. Notabile est M. Valerium Messallam Barbatum Appianum, qui merito ni fallor filius naturalis putatur Appii Pulchri vel maioris vel minoris (v. supra n. 982), collegam Quirinii (mariti scil. sororis) in consulatu fuisse. *Gr.*

— CLAVDIA, M. Iunii Silani cos. a. 15 p. C. filia *Tac. a. 6, 20. 45; pleno nomine* Iunia Claudia *sive* Claudilla; *v. infra in Iuniis.*

1060 CLAVDIA, filia Ti. Claudi, qui postea imperavit, ex Plautia Urgulanilla, sed Claudius eam tamquam ex liberto suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam alique coeptam, exponi ad matris ianuam et nudam iussit abici *Suet. Claud. 27, 1.* *St.*

1061 CLAVDIA AVGVSTA, filiola imperatoris Neronis, nata a. 63 ineunte *(VI 2043 I 18. 20 acta fratrum Arv.* XII k. Februar. [. . . . pr]o partu et incolumitate Poppaeae) Antii ex Poppaea Sabina et statim Augusta nuncupata est *Tac. a. 15, 23 (nomine misso). Suet. Nero 35, 3. Tesserae plumbeae in eius honorem emissae Rostowzew Syll. 34. 874 sq. signatae* Claudia Augusta. A. 63 fratres Arvales immolaverunt ob adventum Neronis et Poppaeae et Clau[diae Augustae] *VI 2043.* Intra quartum mensem defuncta *Tac. l. l. Post mortem* diva Claudia Neronis filia *Eckhel 6, 287. Cohen 1², 315 sq.;* diva Claudia virgo *VI 2044 (a. 66). Eius nomen supplendum est in tit. Lunensi a. 63 posito XI 6955 = D. 8902:* d[ivae Claudiae] N[eronis Augusti filiae] v[irgini]. *Meminit eius ut* divinae infantis *nomine non addito Tac. a. 16, 6. Memoratur praeterea, non nominatur in anonymi libello* περὶ τοῦ Καισαρείου γένους *ed. Lambros* Νέος Ἑλληνομν. *1 (1904), 154.* *St.*

1062 Claudia, uxor Statii poetae, qui florentibus annis *(v. 23)* eam viduam duxit; e priore marito 'canoro' *(v. 52)* filiam *(v. 55 sqq.)* tulerat; *anno circiter 94 vel 95* Statius eam secum Neapolim secedere exhortatur *silv. 3 praef.; 3, 5.* Amica Priscillae (T. Flavi) Abascanti coniugis *ib. 5 praef.* E Statio filios non habuit *silv. 5, 5, 79 sq.* *St.*

1063 CLAVD[IA] . . . . . , Ti. Claudii Subatiani Proculi legati Numidiae *a. 209/211 sive uxor sive filia VIII 2585 t. Lambaesitanus mutilus. V. infra sub Subatianis.* *Gr.*

1064 Claudia, filia Crispi, fratris imperatoris Claudii Gothici *(supra A 1626)*, uxor Eutropii, mater Constantii Caesaris *vita Claud. 13, 2, prorsus ficticia.* *St.*

1065 Claudia, soror imperatoris Probi, qui ab ea sepultus est *vita Probi 3, 4 (fidei nullius).* *St.*

— TEN[A]GONIA CLAVDIA.

1066 C[L(AVDIA)?] . . . EIAS, ἡ κρατίστη, cuius οἰκονόμος honoratur *t. Bithynico Bull. hell. 24, 415, 112, corr. L. Robert ib. 52, 412.* *Gr.*

1067 Claudia Acte. *Tituli: ipsa dedicavit XI 1414 t. Pisanum, sed qui ex Sar-*

dinia ablatus videtur esse, cf. p. 1263 (1). VI 10549 (2), fistulae aquariae Puteolana (X 1903) et Veliterna (X 6589) = XV 7835 (3). (4). tegula Sarda X 8046, 9 (5).

Claudia Acte *t. 2. 3; ceterum* Acte. Serva ex Asia Romam vendita *Dio-Xiph. 61, 7, 1;* liberta *Tac. a. 13, 12. 13; 14, 2. Suet. Nero 28, 1; tituli. Ab imperatore Claudio videtur manu missa esse, cum liberti eius Tiberii Claudii nuncupentur.* Nero eam in regis Attali gentem rettulit *Dio l. l.* summissis consularibus viris qui regio genere ortam peierarent *Suet. l. l.* Amore eius Nero incensus est a. 55 neglecta Octavia uxore *Dio l. l. Tac. a. 13, 12, cf. 14, 63* ('ancilla domina validior'), matre frustra obnitente; Annaeus Serenus e familiaribus Senecae simulatione amoris adversus eam principis cupidines velavit *ib. 13, 12. 13.* Paulum afuit quin Nero iusto sibi matrimonio Acten coniungeret *Suet. l. l.* Poppaea Sabina Neronis amorem in ancillam exprobravit *Tac. a. 13, 46.* Per eam Seneca Agrippinam incestu cum filio prohibuit *ib. 14, 2.* Reliquias Neronis condidit *Suet. Nero 50. — Ea videtur intellegi Octav. praet. 105* 'famulae' *(vix eadem sed Poppaea Sabina v. 194, certe 657).*

Memoratur persaepe in titulis urbanis servorum VI 8693. 9002 b et libertorum VI 8760 (= D. 1742). 8801. 8847 (= D. 7409). 8890 (= D. 7396). 9030 (= D. 7386). 14987 a b. 15137. 15176. 15366. 15410. Utrum ad eandem pertineant VI 8767 a b. 8791. 14942. 17898, ubi neque Augusti liberta dicitur neque Tiberii praenomen in libertis eius apparet, dubitare possis. Praedia ei fuisse Puteolis et Velitris indicant t. 3. 4, inprimis autem fuerunt in Sardinia, ubi statuam vel aram aediculamve [C]ereri *posuit t. 1 et tegulae repertae sunt nomine eius inscriptae t. 5; adde quod titulos libertorum novimus Olbienses X 7984. D. 2595, Caralitanum X 7640. Ex ea nomen traxit regio quaedam in Aegypto sita* Κλαυδίας Ἄκτης *P. Ross. Georg. 2, 42 (saec. II). Eius quondam servi postea Augusti liberti* Acteanus *VI 15027,* Actianus *VI 15357,* Acteniana *X 7980 t. Olbiensis. Diversa ab ea X 6599. VI 12018. 13659. 37368, incertum XV 4833. St.*

1068 Claudia Alcia, Ti. Claudi Hipparchi *(supra n. 889)* filia *t. Eleusine a patre positus IG 2/3², 3604 = Ditt.³ 853. Mater fortasse Vibulliae Alciae Agrippinae, uxor (L. Vibulli) Rufi (Inschr. Olymp. 621). Vide stemma supra p. 182. St.*

— MARCIA ANNIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIA.

1069 CLAVDIA AMMIANA DRYANTILLA, Ti. Claudii Agrippini *(n. 776)* et Aeliae Platonidis filia, Sulpicii Pollionis senatoris uxor, mater Sulpiciorum Iusti, Pollionis, Agrippinae, quae nupsit Q. (Pompeio) Sosio Falconi (consuli a. 193) *IGR 3, 500 II v. 77 sq. III v. 5—14; cf. stemma supra p. 166. Ab hac originem duxisse* Sulpiciam Dryantillam Augustam *statuimus Dessau Zeitschr. f. Num. 22, 199 sqq., ego Jahresh. 2, 206 sqq. Gr.*

— (CLAVDIA) ANTONIA *v. supra A 886.*

1070 CL(AVDIA) ANT(ONIA) SABINA, ὑπατική *t. inscriptus sarcophago prope Sardis rep. Sardis 7, 127, 151 (cum imag.) = 5, 1, 14 = SEG 4, 635. Filia fortasse* Cl(audii) Anto(nii) Lepidi, qui Faustinae iuniori posuit *t. IGR 4, 1507 Sardianum. Parentela coniuncta ut opinor cum* Claudia Antonia Tatiana *(quae sequitur). Diversa* Claudia Antonia Sabina ἡ θεολόγος *CIG 3199 t. Smyrnaeus (cf. Morey Sardis 5, 1, 14). Gr.*

1071 CLAVDIA ANTONIA TATIANA honoratur publice *t. CIG 2819 b cf. p. 1115 = Wadd. 3, 1597 (1) Aphrodisiensi; memoratur in t. sarcophagi* uxoris Aemilii Aristidis *Jahresh. 25 B. 47 sq. = SEG 4, 544 (2) Ephesi rep., ubi extat* epistula Tatianae a. 204 ad Aristidem data.

Κλαυδία 'Αντωνία Τατιανή *t. 1. 2.* — 'Η κρατίστη *t. 1;* ἔχουσα τέκνων δίκαιον *t. 2 (cf. Wenger Sav. Z. 49, 328 sqq.).* 'Η ἐν πᾶσιν ἐκ προγόνων εὐεργέτις τῆς πόλεως (Aphrodisiadis) *t. 1, oriunda igitur ex domo Claudiorum Antoniorum nobilium Aphrodisiensium (cf. n. 853);* ἀνεψιά Claudiorum Diogenis *(n. 851)* et Attali *(n. 796)* senatorum *t. 1.* Soror Aemilii Aristidis *(supra A 334, add. p. XIV):* κύριέ μου ἀδελφέ eum adloquitur Tatiana *in epistula t. 2 v. 1* (κύριέ μου *v. 4), sed potest appellatione* 'fratris' *usa esse non propria significatione sed sensu honorifico, id quod aetate imperatoria haud raro in usu fuisse constat. — Frustulum in heroo Tatianae repertum, ubi nihil videtur superesse nisi* proc. Augg., *ad Aristidem magis rettulerim quam ad maritum Tatianae, quod censuit Keil Jahresh. 26 B. 11. — Parentela quadam coniuncta videtur cum* Ti. Claudio Tatiano Iuliano asiarcha *(Inscr. Br. Mus. 3, 620 t. Ephesius), item cum* Claudia Antonia Sabina *(quae praecedit). — Heroum possedit Ephesi t. 2.* Servus eius *commemoratur ib. Minus recte ad hanc rettulerunt t. Aphrodisiensem CIG 2831, ubi memoratur Tatiana uxor Achillis Ti. Claudii Attali dispensatoris (cf. n. 798). Gr.*

1072 CL(AVDIA) AQVILLIA (?) (ΚΑΡΑΚΥΛΛΙΑΝ *traditur, corr. Mordtmann),* ἀρχιέρεια, ἀπόγονος βασιλέων, θυγάτηρ τῆς μητροπόλεως *(sc.* Ancyrae), γυνὴ 'Ιουλίου Σεουήρου τοῦ πρώτου τῶν 'Ελλήνων *(postea in senatum adlecti ab Hadriano, consulis circa a. 139) IGR 3, 190, melius Ditt. Or. Gr. 545 t. mutilus Ancyranus; cf. Or. Gr. 544 v. 27 sq. Gr.*

1073 TIB. CL(AVDIA) ARSASIS, Ξανθία καὶ Πιναρίς, ἡ κρατίστη ὑπατική, Ti. Claudii Telemachi *(n. 1037)* uxor, Ti. Claudii Stasithemidis *(n. 1032)* (et Claudiae Arsinoes) mater, honoratur publice una cum marito *t. Sidymensi (mutilo) TAM 2, 1, 194. Gr.*

1074 TIB. CL(AVDIA) ARSINOE TELEMA[CHIS] (ἡ καὶ Τηλεμα[χίς]), uxor Tib. Claudii Aurelii Attali *(n. 807) TAM 2, 1, 281 t. Xanthius mutilus. Eadem sine dubio* Cl(audia) Arsinoe, ἡ κρατίστη, filia Ti. Claudii Telemachi *(n. 1037)* (et Ti. Claudiae Arsasis) *ib. 194 t. Sidymensis. Cf. stemma supra p. 254. Gr.*

1075 CL(AVDIA) ARTEMIDORA, clarissima femina, uxor L. Marii Vegetini Marciani Miniciani Myrtiliani, mater L. Marii Vegetini Lucani Tibereni, cui posuit una cum marito *t. sepulcralem VI 1458, item mater ut videtur* Mariae Rufinae infantis demortuae *VI 1457. Cf. supra n. 791. Gr.*

1076 CLAV[D]IA ATHENAIS, *cui statuam posuit* ἡ [ἐξ 'Αρ]είου [πάγου βου]λὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων *(ante a. 126) IG 3, 664 = 2/3², 3594; quae statua cum a dextra, Tib. Claudi Attici Herodae (patris sophistae, supra n. 801) a sinistra esset, Attici soror natu maior videtur fuisse. Ea (non Herodae sophistae filia)* videtur Clau[d]ia Athenais, uxor L. Vibulli Rufi, mater Hipparchi *IG 2/3², 3980. Cf. stemma supra p. 182. Eius potest fuisse* Κλαυδίας 'Αθηναΐδος οὐσία *P. Straßb. 1, 78 (cf. 74)* a. 127/8. *P. Lond. 3, p. 169 n. 840* a. 129, in pago Aegypti Hermopolite. *St.*

— APPIA ANNIA CLAVDIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA *supra A 706; nominibus eius* Claudia *inserenda est ex t. 2 melius edito Fouilles de Delphes 3, 3, 68.*

1077 TIB. CLAVDIA AVRELIANA ARCHELAIS, ἡ κρατίστη, honoratur *t. Bull. hell. 25, 49, 193 Heracleae Ponti rep.*, quem posuit Iulius Licinnius Varenus (?). *Gr.*

1078 CL(AVDIA) BACCHIS, clarissima femina, cui Sex(tius) Lateranus et Aquilius Orfitus co(n)s(ulares) heredes posuerunt *t. VI 1378 (cf. supra A 998). Saec. II medio vel labente. Gr.*

1079 CL(AVDIA) BAEBIA BAEBIANA, Claudii Demetrii *(n. 845)* filia, publice honoratur *t. Olympico Inschr. v. Olympia 941. Gr.*

1080 CL(AVDIA) BALBINA, ἡ ἐκ προγόνων βασίλισσα κὲ πρώτη τῆς ἐπαρχίας (Galatiae), uxor Claudii Arriani *(n. 790)* senatoris; μήτηρ τῆς μητροπόλεως (Ancyrae), honoratur publice *t. Ancyrano IGR 3, 191. Num fuerit ex domo Ti. Claudii Balbilli praefecti Aegypti (n. 813), dubium videtur; potius oriunda ex stirpe regia Galatarum. — Mater ni fallor eius quae sequitur. Gr.*

1081 Cl(audia) Balbina νεωτέρα, *filia fortasse eius quae praecedit*, flaminica (σεβαστοφαντοῦσα) Ancyrae, *memoratur in t. IGR 3, 162 = Journ. Hell. St. 44, 29 Ancyrano, quem a. 101 attribuit Ramsay Journ. Rom. St. 12, 165 sq. haud satis certis ex causis. Gr.*

1082 Cl(audia) Bassa *memoratur in t. sepulcrali* πραγματευ[τοῦ] (*i. e.* actoris) *Zeleae in Mysia rep. IGR 4, 186, melius Rostovtzeff Gesellsch. u. Wirtsch. im röm. Kaiserr. 2, 278, 4. Femina sine dubio dives, parentela fortasse coniuncta cum* [Cla]udio Basso [Capi]tolino *n. 814. Gr.*


— (CLAVDIA?) CALLISTO *v. supra n. 230.*

1083 TIB. CLAVDIA CAMILIA ALFIDIA CELONIS (Celonide *casu dat. traditur)*, clarissima femina, *uxor ut videtur* L. Instei Flacciani, *mater* Claudiae Papiae Netoniae Insteiae Praenestinae, cum quibus honoratur a Faustino servo actore arkario ex Africa *VI 1429, melius 31652. Gr.*

1084 CLAVDIA CANINIA SEVERA, ἡ κρατίστη ὑπατική, ἐν τῷ ἰδίῳ ἔργῳ statua honoravit Ti. Claudium Artemidorum *(n. 791)* proconsulem (Asiae), τὸν ἀδελφιδοῦν *Bull. hell. 1, 293, 82 t. Ephesius. Sine dubio arta necessitudine coniuncta cum* M. Claudio Caninio Severo; *v. supra n. 824.* *Gr.*

1085 (CLAVDIA CAPITOLINA) *videtur dicta fuisse* T. Flavii Stasiclis Metrophanis senatoris uxor, T. Flavii Clitosthenis et T. Flavii Capitolini mater, *filia fortasse* Cl(audii) Capitolini [Bassi?] *(cf. n. 826)*, quae honoratur *t. Tralliano acephalo Ath. Mitt. 21, 113 cf. Jahresh. 10, 282.* *Gr.*

1086 Claudia Capitolina, regina *fistula urbana XV 7520. Eius potest fuisse servus* Cursor, Claudiae Capitolinae dispensator *t. Surrentinus Not. d. sc. 1922, 145 (litterae 'di buona epoca'). Eadem sine dubio* βασίλισσα Claudia Capitoli[na], uxor Iuni Rufi *(praefecti Aegypti a. 94—98 M. Iuni Rufi puto)*, filia Cl(audi) Balbilli, honorata publice *tit. Pergameno Ath. Mitt. 32, 336 = IGR 4, 459 posito priorum neocoron Pergamenorum tempore (ante a. 113). Ergo* βασίλισσα (regina) *non est cognomen huius feminae, id quod immerito conieci Aegyptus 13, 135, sed appellatio, qua significari videtur Capitolinam uxorem fuisse regis alicuius. Quae cum ita sint, non iam dubitabimus eandem esse* βασιληίδα matrem Iuliae Balbillae filiam Balbilli τοῦ σοφοῦ, *sive is fuerit Balbillus (supra B 38) astrologus, cuius sane nomen gentile non traditur, sive Ti. Claudius Balbillus praefectus Aegypti (supra n. 813), epigramma Balbillae Thebis in crure Memnonis incisum a. 130 CIG (4731+) 4730, aliter lectum ab Edmondsio Class. Rev. 1925, 109 et denuo aliter a Peekio Mitt. d. Inst. äg. Altert. 5 (1934), 96 sq. Iuliae Balbillae cum avum paternum dicat fuisse regem Antiochum (sc. Commagenes), pater, maritus Claudiae Capitolinae, fuit opinor C. Iulius Antiochus Epiphanes, qui quamquam pater eius regnum amisit, nomine regio ornatus est; inde Capitolina regina* (βασίλισσα, βασιληίς) *appellata est etiam postquam Epiphane mortuo ut videtur Iunio Rufo nupsit.* Filii ex priore marito C. Iulius Antiochus Epiphanes Philopappus rex, consul a. 109, et Iulia Balbilla. *Stemma subieci hoc* *):



*) *Confitendum sane est rem prorsus aliter se habere, si recte legit Peek l. l., ut Balbillus fuerit pater Iuliae Balbillae et ab his igitur aliena Claudia Capitolina, filia Cl. Balbilli.* *St.*

1087 CL(AVDIA) CETHEGILLA L. Cornelio Pausaniae pape posuit *t. sepulcralem VI 16273. Ex nominibus videtur filia Ti. Claudii Frontini Nicerati (n. 873) et Corneliae Cethegillae, soror Ti. Claudii Saethidae Cethegi Frontini (n. 1005). Gr.*

1088 Cl(audia) Clementi[na *vel* -ana], Indut[i filia], mater Cl(audi) Paterni Clementiani *t. Abudiacensis III 5777. St.*

— TI. CL(AVDIA) DIGNA SVBATI(AN)A SATVRNINA *v. in Subatianis.*

1089 CLAVDIA [D]IOCLEA. *Tituli Myonnesius* Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγελ. σχολ. Σμύρν. *1878/80, 172, 350 (1) et Rhodius Rev. ét. gr. 16, 184 sq., cf. 419 (2).* Κλαυδία . . όκλεια *t. 1;* .ιόκλεια *t. 2,* ἡ κρατίστη *ib.*, uxor Cl. Flavi Anton(i) Attali Perigenis *(n. 871) t. 1. 2.*, mater Anton[i] Claudi Perigenis *t. 2. St.*

1090 Tib. Cl(audia) Diogenea, ἀρχιέρεια τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, uxor Ti. Cl. Polycratis *t. Delphicus CIG 1718 = Ditt. Syll.³ 846. St.*

1091 CLAVDIA DRYANTILLA PLATONIS *memoratur in t. heroi* Liciniae Flavillae *maiorumque eius Oenoandensis IGR 3, 500 III v. 3. 4 (1), in actis lud. saec. a. 204 VI 32329 v. 26, plenius Not. d. sc. 1931, 341 (tab. 10) (2).* Κλαυδία Δρυάντιλλα Πλατωνίς *t. 1.* C[l.] Dryantilla Platonis *t.* 2. — Ti. Claudii Dryantiani Antonini (ex Avidia Cassia Alexandria) filia *natu minima t. 1.* Ὑπατική *t. 1.* Uxor Corneli Optat[i] *(vel* Optatiani) *(infra n. 1409) t. 2. Memoratur inter* matronas (clarissimas), quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt *t. 2. — Ab hac diversa* Κλαυδία Πλατωνὶς Πιναρίς *TAM 2, 518. 522. Gr.*

1092 TIB. CLAVDIA EVPATORIS MANDANE ATTICILLA honoratur *t. Tralliano Bull. hell. 18, 7, 3 = Ath. Mitt. 24, 92, 1;* ὑπατικὴν ἐγγόνην καὶ προεγγόνην *traditur, fuit vel* ὑπατικ[ῶ]ν ἐγγόνην κτλ. *vel* ὑπατικήν, (ὑπατικῶν) ἐγγόνην καὶ προεγγόνην. *Vix pertinet ad domum Attici Herodis Atheniensis. Gr.*

1093 CLAVDIA FADILLA. *Tituli Allifani:* honoratur publice *IX 2347 (1);* ipsa posuit C. Fadio Auct[o] parenti *IX 2390 (2); sepulcralis eius Not. d. sc. 1910, 283 (3).* — Origine Allifana *t. 1.* Ti. filia *t. 1—3.* Clarissima femina *t. 1. 2;* clarissimae memoriae femina *t. 3.* Sacerdos divarum Augustarum (Allifis) *t. 1. Gr.*

— POMPONIA CLAVDIA FAVSTA LVPERCIANA.

1094 TIBERIA [CLAVDIA] FRONTONIANA, ἡ κρατίστη, [Ti. Claudii] Frontoniani (ἀρχιερέως Ἀσίας) filia, (T.) Flavii Stasiclis Metrophanis senatoris mater, *uxor igitur T. Flavii Clitosthenis consularis*, honoratur *t. Ephesio Jahresh. 10, 285. Gr.*

1095 Claudia Gallitta, P. filia, Quirina, coniunx Q. Austurni Lappiani *(supra A 1677)*, soror Ti. Claudi Claudiani *(supra n. 834) VIII 7978 = D. 1147 t. Rusicadensis a marito positus. St.*

1096 Claudia Hedia, filia Xenophontis, uxor Heracliti, mater C. Stertini

Xenophontis, medici celeberrimi *t. Cous, Maiuri Rodi e Cos n. 459. Vide stemma supra n. 959. — Prorsus diversa* Claudia Hedia *t. Smyrnaeus CIG 3148 = IGR 4, 1431.* *St.*

1097 CLAVDIA HELENA, Claudii Dryantiani et Iuliae Lysimachae filia, Ti. Claudii Agrippini *(n. 776)* soror, Claudii Titiani *(n. 1043)* uxor, Claudiae Titianae et Claudiae Iuliae (?) Proculae mater *IGR 3, 500 II v. 72 sq. III v. 15 sqq. Cf. stemma p. 166.* *Gr.*

1098 CLAVDIA IV[L]IA PROC(V)LA, Claudii Titiani *(n. 1043)* et Claudiae Helenae filia, C. Claudii Clementis Liciniani *(n. 837)* uxor, (C.) Claudii Clementis mater *IGR 3, 500 III v. 20 sq.; cf. stemma supra p. 166.* 'Ιου[λ]ία *in t. errore scriptum esse pro* Οὐιλία *coniecit Walton Journ. Rom. St. 19, 66 Proculam hanc eandem existimans atque* (Claudiam) Viliam Proculam Ti. Claudii Flaviani Titiani Q. Vilii Proculi L. Marcii Celeris M. Calpurnii Longi Patarensis *filiam, quae coniectura probabilitate non omnino caret; v. infra in Viliis.* *Gr.*

1099 Tib(eria) Cl(audia) Laeliana Cepiana, propinqua senatorum et consularium, filia Ti. Claudi Pierionis et Flaviae Mnasus, neptis Coc(ceiae) Parmonidis *t. Larisaeus IG 9, 2, 971.* *St.*

— (CLAVDIA) LIVIA IVLIA, filia Neronis Claudi Drusi *(supra n. 857), v. sub Liviis.*

1100 (CLAVDIA) MAECIANA ALEXANDRIA, filia Ti. Claudi Dryantiani Antonini (et Alexandriae filiae Avidii Cassii *supra A 512) t. Oenoandensis genealogiam Licinniae Flavillae praebens Denkschr. Ak. Wien. 45 (1896), 44 (= IGR 3, 500) III 2 sq. Traditur* Μαικιανὴ 'Αλεξάνδρα, *sed Alexandriae nomen traxit sine dubio ex matre sicut Maecianae ex avunculo (supra A 1406),* cui *haec fortasse* Alexandria erat commissa *vita Marci 25, 4; Avid. Cass. 7, 4.* *St.*

1101 Claudia Magna, C. Pantulei Iusti (uxor), C. Pantulei Graptiaci mater *X 6265 t. Fundanus.* *Gr.*

1102 (CLAVDIA) MARCELLA maior. Octaviae sororis Augusti duae ex C. Claudio Marcello *(cos. 704 = 50)* extiterunt filiae, quarum utrique nomen fuit Marcella; altera M. Agrippae collocata est *Plut. Ant. 87. Suet. Aug. 63, 1. Dio 53, 1, 2; 54, 6, 5* (Augusti ἀδελφιδῆ, *cuius nomen reticet),* qui ex ea liberos tulit *Suet. ib.*, Agrippae et Marcellae filia (Vipsania) Agrippina *anonymus* περὶ τοῦ Καισαρείου γένους *ed. Lambros* Νέος 'Ελληνομν. *1 (1904), 150; vix recte, nam Agrippina altera Agrippae filia Pomponii Attici neptis dicitur Nep. Att. 19. Suet. Tib. 7, 2, altera filia ex Iulia neptis Augusti fuit.* A. 21 Augustus Agrippam divortium cum ea facere coegit, ut Iuliam filiam principis duceret *Dio 54, 6, 5. Plut. l. l. Suet. l. l.* Ipsa Iullo Antonio in matrimonium data est *Plut. l. l. Vell. 2, 100, 4* (sororis Augusti filiae). *Quae utrum ad eam an ad sororem minorem pertineant etsi non expressis verbis a scriptoribus dicitur, maiorem intellegi non*

solum temporis ratione habita veri fit similius sed confirmatur etiam eo, quod Marcellae minoris maritos Aemilium Paulum et deinceps Messallam Barbatum fuisse magna cum probabilitate statui potest; vide in sorore quae sequitur.

Nata est certe ante a. 40, quo Octavia defuncto Marcello M. Antonio nupsit *Dio 48, 31, 3. App. b. c. 5, 64, 273, cf. Plut. Ant. 31.* E Iullo Antonio filium cognominem patri et L. Antonium *(Tac. a. 4, 44* sororis Augusti nepotem) peperit, *cf. supra A 800. 801.* Marcella maior rogata a matre sua gauderetne se nupsisse respondit, ita valde ut amplius nolim *Hieronym. adv. Iovin. 1, 46 (qui falso univiram eam habere videtur). In titulis non omnibus Marcellae sorores inter se distinguuntur. Altera utera* Marcella, Μαρκέλ[λου] θυγάτηρ, ἀδελφιδ[ῆ] τοῦ Σεβαστ[οῦ] honorata publice a Milesiis *Milet 1, 7, 325, 254.* — Marcellae maioris serva *VI 4655*, libertus *XI 4109 (p. 1363). 7812 tituli Ocriculani.* (Claudiae) Marcellae *nescio utrius* liberti *VI 15091. 15497.* *St.*

1103 (CLAVDIA) MARCELLA minor. Filia Octaviae et C. Claudi Marcelli, *vide in sorore quae praecedit.* Eius *ut videtur* praegnas Octavia marito defuncto anno a. C. 40 M. Antonio nupsit *Dio 48, 31, 3, cf. Plut. Ant. 31. App. b. c. 5, 64, 273.*

Nupsisse eam Paullo Aemilio Lepido cos. a. 720 = 34 (supra A 373) post uxorem primam defunctam a. 16 a. C. sequi videtur e titulis, qui Marcellae Paulli meminerunt VI 9000 et Signino X 5981: C. Claudius Marcellae Paulli l. [.]imon. *Hanc Marcellam minorem fuisse inde colligere licet, quod* C. Claudius Marcellae minoris l. Phasis monumentum dedicavit *VI 4421 = D. 7879 (idem libertus VI 4539,* servi Marcellae minoris *VI 4637. 8755), in quo tituli reperti sunt libertorum familiae Paulli una cum Marcellae, quamquam ibi ne Marcellae maioris quidem liberti desunt (VI 4655), sed conditum esse monumentum videtur anno demum p. C. 10 (VI 4418 = D. 7879). In eodem vero monumento (cf. VI p. 908 sq.) item comparent liberti et servi (M. Valerii) Messallae et (Valeriae) Messalinae; adde quod* imperator Claudius Valeriam Messalinam duxit Barbati Messalae consobrini sui filiam *Suet. Claud. 26, 2; etenim (M. Valerius) Barbatus Messala ideo puto consobrinus Claudii dicitur, quia si Marcellae filius habendus est, Octaviae nepos fuit, cuius item nepos ex M. Antonio fuit imperator Claudius. Itaque Marcella minor post mortem Paulli Aemili Lepidi M. Valerio Messallae Barbato Appiano cos. a. 742 = 12 videtur nupsisse, qui in consulatu mortuus est. Intra tres quattuorve annos igitur bis nupserat bis vidua facta est.*

Cum in monumento supra scripto tituli servorum Regilli reperti sint, Paullum Aemilium Regillum quaestorem Tiberi Caesaris Augusti huius Marcellae et Paulli Aemili Lepidi filium fuisse Groag supra A 396 non sine probabilitate quadam coniecit. Ex altero marito eam Messallam

Barbatum tulisse veri est simile. Minus certum num iure Borghesius (1, 417) Claudiam Pulchram (v. infra n. 1116) eiusdem filiam fuisse sumpserit, praesertim cum tam brevi temporis spatio ter eam concepisse vix credi possit. *St.*

1104 CLAVDIA MARCELLINA posuit *titulos Veronenses V 3356 = D. 2710 (1)* [Ti. Claudio] Alpino marito, *V 3337 (2)* Tib. Claudio Augustano socero; ei positus est *t. item Veronensis V 3338 = D. 1031 (3); ad eandem pertinent tegulae urbanae vel suburbanae XV 934* (a. 123). *935* (a. 125). *936* (a. 126) *(4—6).*

Claudia Ti. f. Marcellina *t. 1—3*; Claudia Marcellina *t. 6*; Cl. Marc[ell]in. *t. 5*; Cl. Marc. *t. 4.* — *Filia (potius quam soror) videtur Claudii Marcellini senatoris (n. 920).* Uxor [Ti. Claudii] Alpini, qui post adoptionem dictus est (L.) Bellicius Sollers *t. 1—3 (v. supra B 103);* filius Sollertis *ex Marcellina* ..... Marcellus Claudius *Eph. ep. 9, 676 (v. supra B 100 et supra n. 922).* Domina praediorum *t. 4—6. In vivis* a. 126 *t. 6.* *Gr.*

1105 CL(AVDIA) MARCIA, c[(larissima) f(emina)?] *XV 7433 in fistula urbana.* *Gr.*

1106 CL(AVDIA) MARCIOLA (Μαρκιόλλης *t.*), ὑπατική, Ti. Claudii Paulini *(n. 954)* uxor, Ti. Claudii Flaviani *(n. 870)* mater *IGR 4. 911 t. Cibyraticus.* *Gr.*

1107 CLAVDIA MARIA MAXIMA MARTIA SECVNDA, clarissima femina, uxor P. Attii Pudentis Rufini Celsiani *(supra A 1363)*, qui ei posuit *t. VI 1379 sepulcralem ut videtur. Necessitudine fortasse coniuncta cum Mariis Maximis consularibus.* *Gr.*

1108 Claudia Nectarea, uxor Ti. Claudi Liberalis Aebutiani *t. Tiburtinus XIV 4239 = D. 1013.* *St.*

1109 Claudia Nerviana, uxor T. Licinii Hierocletis, mater Licinii Hierocletis et Liciniarum Hierocliae, Paulinae, Axiae *t. Caesariensis Mauretaniae VIII 20996 = D. 1356.* *St.*

1110 CLAVDIA OCTAVIA. *Tituli: urbanus in arcu Claudii VI 921 (et 31204) = D. 222, 5 (1), ei positus publice Samius ap Stamatiades* Σαμιακά *1 (1881), p. 159 = IGR 4, 969 (2), ab imperatore Nerone Ephesius Jahresh. 26 B. 51 sq. (3); nominatur in titulis libertae VI 9015 (imago 29847 a) = D. 8120 (4), servorum VI 5539. 9037 = D. 1786. 1788 (5). (6), libertae matris VI 8943 = D. 1838 (7), in act. Arv. VI 2041 (= D. 229) v. 41. 2042, 27. — Nummi commatis peregrini Eckhel 6, 285 sq. Cohen* 1^2*, 312—314, imprimis Caesareae Cappadociae RIC 1, 128. Mattingly Br. Mus. 1, 199. Alexandrini Vogt 1, 24 sq. 28; 2, 8. 9.*

Claudia Octavia *t. 2; nummus Cretensis Imhoof-Blumer Num. Ztschr. 1915, 89 (= Br. M. Creta 2, 12. Svoronos Numism. de la Crète 339, 27);* Claudia *nude Oct. 671. 789. 803;* O<c>ctavia Augusti *inscr. parietaria*

Pompeiana Not. d. sc. 1929, 462, 183 (pag. 464 fig. 5); ceterum Octavia.

Imperatoris Claudii et Valeriae Messalinae filia *Tac. a. 11, 34. 32; 12, 3. 58 (cf. 2; 14, 63). Suet. Claud. 27, 1. Dio exc. 60, 31, 7; 62, 13, 1 (= Zonar. 11, 12). Ios. ant. 20, 149; bell. 2. 249. t. 1. 4—6; num vere Claudius eam genuerit dubitabatur Oct. 536 sq. Nata videtur ante Britannicum (v. supra n. 820), cf. Vogt l. l., certe ante d. 29 m. Aug. anni 41; eodem anno Silano desponsa est v. infra.* A. 62 vicesimo aetatis anno occisa *Tac. a. 14, 64 errore vel male traditum.* A. 41 Claudius eam L. Iunio Silano despondit *Dio 60, 5, 7; 31, 7 (cf. 21, 5). Tac. a. 12, 3. Suet. Claud. 27, 2; 24, 3, cf. Sen. apocol. 11, 5.* A. 48 exeunte Agrippina nuptias filii (Neronis, qui postea imperavit) et Octaviae moliente Claudius affinitatem Silani diremit *Tac. a. 12, 3. 4.* A. 49 Claudius eam Neroni despondit *ib. 12, 9. Suet. Claud. 27, 2. Dio exc. 60, 31, 7; 32, 2. Oct. 150—154* et in aliam gentem transtulit, ne fratri (adoptivo) nubere videretur *Dio exc. 60, 33, 2^2 (p. 10 Boiss.).* A. 53 Neroni nupsit *Tac. a. 12, 58; 13, 12; 14, 1. 59. 60. Suet. Nero 7, 2; 35, 1; 46, 1. Iuvenal. schol. 8, 215. Zonar. 11, 11. 12 (= Dio 60, 33, 11 p. 15 Boiss.; 62, 13, 1 p. 51). Ios. ant. 20, 150. 153; bell. 2, 249. epit. de Caes. 5, 5. Oct. 220 (et 46 sq. 284. 535. 658. 828. 910):* soror Augusti coniunxque *t. 2. 7. act. Arv.; nummi.*

Inde ab a. 55 Nero in amorem Claudiae Actes *(v. supra n. 1067)* delapsus ab Octavia abhorrebat consuetudinem eius aspernatus corripientibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria ornamenta *Tac. a. 13, 12. Suet. Nero 35, 1. Dio-Xiph. 61, 7, 1.* Britannico fratre veneno interempto dolorem abscondit *Tac. a. 13, 16. Oct. 46—48. 67.* Poppaea Sabina sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperabat *Tac. a. 14, 1.* A. 62 Nero, ut nuptias Poppaeae maturaret, Octaviam coniugem amoliri paravit, sterilem dictitans. Primum ea mota est domo *(cf. Oct. 285* a patria pellitur aula; *909 sq.* thalamis expulsa), dein in Campaniam pulsa addita militari custodia, populo frustra in eam studia praebente *(cf. Oct. 183—185. 780 sqq.).* Tum, ubi Anicetus a Nerone iussus adulterum Octaviae et in spem sociandae classis corruptum se esse finxit, insula Pandateria clausa est. Postremo paucis interiectis diebus mori coacta est *ib. 14, 59—64 (cf. 15, 67; h. 1, 13). Suet. Nero 35, 2. Dio exc. 62, 13. Oct. 132 sq. 273 sqq. 570 sq. 649 sqq. 690 sq. 972* (Pandatariae *ex coniectura). Ios. ant. 20, 153; bell. 250. Plut. Galba 19. Eutr. 7, 14, 3 (nomine non adiecto). Iuvenal. 8, 218 et schol. 213. 215.* Interempta est eodem die *(9 m. Iunii)*, quo postea obiit Nero *Suet. Nero 57, 1. Memoratur praeterea Tac. a. 12, 68; 13, 18. 19. Suet. Nero 46, 1. Dio Prus. or. 21, 6 (nomine non posito). Eius quondam servus VI 15551 = D. 7933.* *St.*

1111 CLAVDIA PAPIA NETONIA INSTEIA PRAENESTINA, clarissima puella, hono-

ratur una cum Tib. Claudia Camilia Alfidia Celonide et L. Insteio Flacciano *parentibus ut videtur VI 31652.* *Gr.*

1112 C[LAVDIA] PAVLA, ἡ κρατίστη συνκλητική, ἱέρεια [θεᾶς] Εἴσιδος, pontarchae *alicuius* soror *IGR 3, 95 cf. Rev. ét. anc. 3, 357, 16. Amer. Journ. Arch. 9, 311, 39 t. Sinopensis mutilus* fratri, *cuius nomen periit*, positus (Claudius Pote[lius], *qui memoratur v. 8, vix fuit frater, sed potius unus ex maioribus, cf. Karsten Jahresb. 244, 1934, 147).* *Gr.*

— [B]AEBIA FVLVIA CLAVDIA PAVLINA GRATTIA MAXIMILLA.

1113 Claudia Peregrina, cuius in nuptias cum (A.) Pudente (primipilari) scripsit Martialis *4, 13.* *St.*

1114 Claudia Phoebe, uxor Ti. Claudi Cleonymi *tit. Cous Ditt. Syll.*[3] *805 = IGR 4, 1060. Diversa ab ea, sed fortasse liberta eius vel propinqui eius* Claudia Phoebe *t. sepulcralis Cous Herzog Koische Forschungen 75, 53.* *St.*

— COR[NELI]A CLAVDIA PIA.

1115 TIB. CL(AVDIA) POLYCRATEA NAVSICAA, ἡ κρατίστη καὶ ἀρχιέρεια τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, filia Tib. Cl. Polycratis et Tib. Cl. Diogeneae *t. Delphicus CIG 1718 = Ditt. Syll.*[3] *846.* *St.*

1116 CLAVDIA PVLCHRA, sobrina Agrippinae (Germanici uxoris) *Tac. a. 4,52; filius Pulchrae* 'Caesari propinquus' *dicitur ib. 4, 66. Parentes Pulchrae fuisse M. Valerium Messallam Barbatum Appianum consulem a. 12 a. C. (Appii Claudii Pulchri alterius utrius filium?) et Claudiam Marcellam minorem coniecit Borghesi 1, 414, at vide n. 1103; cf. stemma supra p. 236 propositum.* Filius Pulchrae Quintilius Varus *Tac. 4, 66, maritus igitur* P. Quintilius Varus consul a. 13 a. C., qui in Germania periit a. 9 p. C. *(cf. stemma infra p. 318).* — Agrippinam ad cultum delegit *Tac. 4, 52.* A. 26 p. C. a Domitio Afro impudicitiae et maiestatis accusata et damnata est *Tac. 4, 52. 66. Dio 59, 19, 1* (γυναικός τινος τῇ Ἀγριππίνῃ .... προσηκούσης *nomine non apposito).* Furnius adulter eius *ib. 4, 52.* *Gr.*

1117 CLAVDIA REGILLA, uxor M. Antonii Antii Lupi *(supra A 812), mater* Antiae Marcellinae *VI 1343 = D. 1127. Fortasse ex posteris Ti. Claudii Attici Herodis (n. 802) et Appiae Anniae Regillae.* *Gr.*

1118 Claudia Rufina, e Britannia oriunda, ut mater familias praedicatur *Martial. 11, 53.* *St.*

1119 CLAVDIA SABINILLA, (Appii?) Claudii, consulis ordinarii, filia *X 1688 = D. 1184; v. supra n. 762.* *Gr.*

1120 Claudia Sacrata, mulier Ubia *Tac. h. 5, 22.* *St.*

1121 Claudia Salvia, uxor L. Titini Clodiani *t. Cuiculitanus VIII 8329.* *St.*

1122 CL(AVDIA) SEPTIMIA NICARETE, ἡ κρατίστη, uxor Aur(eli) Elpidephori, honorata *titulo Synnadis reperto Rev. arch. 31 (1876), 200, 3 = IGR 4, 705.* *St.*

1123 CLAVDIA SESTIA COCCEIA SEV[E]RIANA, uxor Q. Lolliani Plautii Aviti consulis (a. 209?), mater Lollianae Plautiae Sestiae Servillae *VI 32412 = D. 1155. Ex posteris Coccei Severiani Honorini (infra n. 1230) ut videtur.* *Gr.*

1124 CL(AVDIA) SOSIPATRA, Ti. Claudii Hermiae *(n. 885)* et Aeliae Pithiadis filia *Inscr. Br. Mus. 3, 562 t. Ephesius.* *Gr.*

— TI. CL(AVDIA) SVBATIANA AQVILINA *v. infra in Subatianis.*

1125 Claudia Taurilla, Ti. filia, uxor Q. Marci Victoris, mater Marciae Favonillae et Q. Marci Faustiniani *t. Praenestinus XIV 2931.* *St.*

1126 CL(AVDIA) THEONIS, Ti. Claudii Hermiae *(n. 885)* et Aeliae Pithiadis filia *Inscr. Br. Mus. 3, 562 t. Ephesius.* *Gr.*

— . . . ia Asinnia [Cla]udia Tiberia . . . atia Statilia Paulina Iuliana Philippa.

1127 CLAVDIA TITIA[N]A, Claudii Titiani *(n. 1043)* et Claudiae Helenae *(n. 1097)* filia (natu maior) *IGR 3, 500 III v. 19.* *Gr.*

1128 CLAVDIA TLEPOLEMIS, ἡ κρατίστη, Claudii Iuliani *(n. 897)* filia, Claudii Orestis *(n. 947)* neptis, Claudii Orestis *(n. 948)* soror, Aurelii Polemonis *(supra A 1578)* uxor, Ant(onii) Iuliani *(A 842)* mater, ἀνεψιά Claudii Polemonis *(n. 963)*, qui ei posuit *t. IGR 4, 910 Cibyraticum.* *Gr.*

1129 Claudia Va[l]entina, uxor Aquili Agre . . . . *act. lud. saec. a. 204 VI 32329 + Not. d. sc. 1931, 341 v. 27 (pro* Vi. entina *legit Huelsen Rh. Mus. 1932, 389* Va[l]entina; *sed vix recte idem vir doctus maritum pro Cn. Serto[rio] Brocc[ho] Aquilio Agricola Ped[an]io Fu[sco] Salinat[ore] Iulio Serviano habet).* *St.*

1130 CL(AVDIA) VARENILLA, Claudi Vareni consularis filia, M. Censorii Paulli legati Aquitaniae *(supra n. 659)* uxor, post mortem publice honorata a civitate Pictonum *XIII 1129.* *Gr.*

1131 CLAVDIA VERA, clarissima femina *XV 7434 in fistula aquaria rep. in Quirinali, ubi et prodiit fistula* T. Flavii Claudii Claudiani *(ib. 7450), parentela fortasse cum Vera coniuncti.* *Gr.*

1132 C[LA]VDIA V[E]TTIA(?) AGRIPPINA (Κ . . υδία Ο . . ττία *t.; suppl. Dessau Zeitschr. f. Num. 22, 199 sq.)*, Ti. Claudii Dryantiani Antonini (et Avidiae Cassiae Alexandriae) filia *IGR 3, 500 III v. 1 sq.; cf. stemma supra p. 166.* *Gr.*

— CL(AVDIA) VILIA PROCVLA *v. infra in Viliis.*

— M. Aurelius Cleander.

1133 **Cledonius,** ἀνὴρ τοὺς δικαστὰς εἰσάγων τῷ βασιλεῖ (= *a cognitionibus Augusti)* Valeriani, cum quo captus *(a. 260)* a rege Persarum Sapore ad (M. Fulvium) Macri(a)num missus re infecta revertit *Petr. Patr. exc. de sent. 264, 159 Boiss.* *St.*

1134 Clemens, Postumi Agrippae servus, dominum ferre ad exercitus Germanicos molitus, comperta caede Agrippae se ipsum Agrippam esse simulavit a multis adiutus, postremo captus iussu Tiberii interfectus est a. 16 *Tac. a. 2, 39. 40. Suet. Tib. 25, 1. Dio 57, 16, 3. 4.* *St.*

1135 Clemens, Atestinus, maritus *ut videtur* Sabinae, ad quem Martialis scripsit *10, 93.* *St.*

1136 Clemens, amicus Apulei, poeta, qui Alexandri Magni res gestas illustravit *Apul. flor. 7, 24.* *St.*

1137 CLEMENS *nominatur in t. Ephesino* Ulpii Lolliani Onesimi *Ephesii Forsch. Ephes. 3, 106, 17:* [πρ]ογόνων ὑ[πα]τικῶν Κλήμεντος κ[α]ὶ Κλημεντε[ί]ν[ο]υ. *Consul suffectus a. inc. saec. II. Cf. supra n. 837.* *Gr.*

1138 CLEMENS(?). Cos. I. Clement. *legere sibi visus est Germer-Durand in lapidibus canalis aquam Hierosolyma adducentis III 14383 a. Vide an nominatus fuerit legatus consularis Syriae Palaestinae.* *Gr.*

1139 Clemens, Byzantius, tragoediarum actor, Pythiis et Romae *(ludis Capitolinis)* vicit quo tempore Byzantium obsidebatur *(a. 193—195) Philostr. v. soph. 2, 27, 2 p. 115 K.* *St.*

— M. ARRECINVS CLEMENS.

— **M. Arrecinus Clemens.**

— Attius Clemens.

— Caelius Clemens.

— **C. Camurius Clemens.**

— CASSIVS CLEMENS.

— **Claudius Clemens.**

— C. (?) CLAVDIVS CLEMENS.

— C. CLAVDIVS CLEMENS LICINIANVS.

— **P. Cominius Clemens.**

— SEX. CORNELIVS CLEMENS.

— CN. PINARIVS CORNELIVS CLEMENS *v. infra n. 1341.*

— FLAVIVS CLEMENS.

— **P. Fl(avius) Clemens.**

— HELVIVS CLEMENS.

— M. HELVIVS CLEMENS DEXTRIANVS.

— Iulius Clemens.

— M. HERENNIVS FAVSTVS [TI.] IVLIVS CLEMENS TADIVS FLACCVS.

— **P. Memmius Clemens.**

— C. IVLIVS OPPIVS CLEMENS.

— P. PACTVMEIVS CLEMENS.

— Q. AVRELIVS PACTVMEIVS CLEMENS *v. infra sub Pactumeiis.*

— M. (Rutilius) Clemens.

— SALIENVS CLEMENS.

— T. Suedius Clemens.

— Terentius Clemens.
— Q. TINEIVS CLEMENS.
— Q. TINEIVS SACERDOS CLEMENS.
— **Truttedius Clemens.**
— **T. Varius Clemens.**
— Ti. Cornasidius Vesennius Clemens.
— L. Volusenus Clemens.
— Cl(audia) Clementi.....

1140 CLEMENTIANA, filia et neptis duorum Arrianorum consulum, publice honorata *t. Eleusino versibus concepto IG 2/3² 4251/3; v. supra A 1076. De* Flavio Arriano *rerum scriptore eiusque filio aliunde quod sciam ignoto cogitat Graindor Marbres et Textes (1922), 49 nescio an recte.* *Gr.*
— Antonia Clementiana.
— **Cl. Paternus Clementianus.**
— ARRI[A]..R... [CLE]MENTINA *v. vol. 1 Add. 1117 a.*
— Catia Cle[me]ntina.
— Iallia Clem[en]tina.
— AEMILIA IVNIA C[LEMEN]TINA *v. vol. 1 Add. 416 a. vol. 2 Add. ib.*

1141 CLEMENTINVS. Clemens et Clementinus consulares *memorantur inter* maiores Ulpii Lolliani Onesimi *Forsch. Ephes. 3, 106, 17. Consul suffectus a. inc. saec. II.* *Gr.*
— SEX. CATIVS CLEMENTINVS PRISCILLIANVS.

1142 **T. Clementius Silvinus.** *Tituli Aquincenses III 3424 (= D. 545) (1). 3525, cf. 10492 (= D. 2457) (2). 10424 (3).* T. Clementius Silvinus *t. 3;* Clementius Silvinus *t. 1 (ut testatur Hekler qui titulum mea causa recognovit; in imagine, quam dedit Desjardins Monum. épigr. du mus. nat. Hongr., 1873, t. 12, 82, minus accurata legitur* Silvius)*;* Cleme. Silvi. *t. 2.* Vir egregius, a(gens) v(ices) p(raesidis) (Pannoniae inferioris) *t. 1. 3,* anno 267 *t. 1,* 268 imperante Claudio *t. 2 (officio non indicato). Cf. eum qui sequitur.* *St.*

1143 **Clementius Val(erius) Marcellinus.** *Tituli Volubilitani Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 609 (1). 610 (2). 621 = Bull. tr. hist. 1916, 88, 15 = Ann. ép. 1916, 92 (3).* Vir perfectissimus, praeses *t. 1—3,* provinciae Mauretaniae Tingitanae *t. 1. 2,* a. 277 *t. 1,* a. 280 *t. 2.* Uxor Sutronia Valentina *t. 3. Idem sine dubio* Val. Marcellinus, praefectus legionis, protector Augusti nostri, agens vices legati (legionis II adiutricis) a. 267 *t. Aquincensis III 3424 = D. 545 (imaginem dedit Desjardins Mon. épigr. du musée nat. Hongrois, 1873, tab. 12, 82). Clementius Silvinus (is qui praecedit), qui hoc titulo teste eodem tempore Pannoniam inferiorem administrabat, parentela videtur coniunctus esse cum eo, fortasse pater adoptivus. A. 268, postquam Claudius rerum potitus est, non iam legioni praefuit, cf. III 3525 = D. 2457.* *St.*

— CLAVDIVS ACILIVS CLEOBVLVS.

— TI. CLAVDIVS CLEOBVLVS.

1144 Cleodamus, Byzantius, quem una cum Athenaeo imperator Gallienus instaurandis muniendisque urbibus praefecit; ab iis victi sunt Scythae *vita Gall. 13, 6; intelleguntur Heruli, qui a. 267 per Pontum Euxinum in Asiam et Graeciam invaserunt. Idem* Cleodemus, qui barbaros in Graecia devicit *Zonar. 12, 26 p. 151 D., qui errore id gestum Claudio demum imperante et eum Atheniensem esse tradit, confundens patriam eius cum nomine collegae vel cum loco pugnae. Cf. quae disserui RE 11, 674 sq. St.*

— **Claudius Cleogenes.**

1145 Cleonicus, libertus (L. Annaei) Senecae (philosophi) *Tac. a. 15, 45. St.*

— Ti. Claudius Cleonymus.

1146 Cleopatra, paelex imperatoris Claudii, cui una cum Calpurnia nuptias Messalinae et C. Silii a. 48 prodidit *Tac. a. 11, 30, cf. Dio exc. 60, 31, 4. St.*

1147 Cleopatra, Gessii Flori uxor, amica Poppaeae (Sabinae) *Ios. ant. 20, 252. St.*

1148 CLEOPATRA SELENE. *Nummi extant argentei et aenei partim eius solius nomine inscripti* Κλεοπάτρα βασίλισσα *et signati capite eius regio diademate ornato, partim nomina eius graece et regis Iubae latine scripta coniungentes, L. Müller Numismatique de l'anc. Afrique 3, 108—110. Imhoof-Blumer Z. f. Num. 28, 1—8; Regling ib. 9—27. Dieudonné Rev. num. 1908, 388 sq., cf. Gsell Bull. tr. hist. 1908 p. CLXXXVIII sq.*

M. Antonius ex Cleopatra Aegypti regina liberos gemellos suscepit Alexandrum et Cleopatram *Plut. Ant. 36. Dio 49, 32, 4; 41, 3, cf. Strabo 17, 828* (Cleopatrae et C. Caesaris filia *Suid. s.* Ἰόβας *399 Adler, perperam);* huic agnomen indidit Selenes *Plut. l. l. Dio 51, 21, 8; 50, 25, 3;* Selene *dicitur in nummo Müller l. l. Suppl. 74, 102a (cum nomine Iubae graeco). Suet. Cal. 26, 1. Euseb. arm. 210 K.; Hieronym. chron. 187. Ol. p. 163e) H.* (Luna); *Syncell. 588 (et 583). Suid. l. l. Natos esse gemellos circa a. 41 vel 40 demonstraverunt Gardthausen Augustus 2, 170 sq., 25. Tarn Journ. Rom. St. 22, 145.* A. 34 pater ei Cyrenen donavit *Dio 49, 41, 3; 32, 5, cf. 50, 26, 2.* A. 30 parentibus mortuis Augustus eam fugientem in Thebaide cepit *Syncell. 583. 588, cf. Oros. 6, 19, 13. Plut. Ant. 81,* a. 29 in triumpho ducta est *Dio 51, 21, 8. Euseb-Hieronym., Syncell. l. l., cf. Mon. Anc. lat. 1, 27. 28 (= Antioch. 2, 9. 10).* Augustus Octaviae sorori eam educandam tradidit *Plut. Ant. 87, cf. Suet. Aug. 17, 5.* Magistro usa est Nicolao Damasceno *Sophron. Damasc. Migne Gr. 87, 3, 3621 (= FGrHist 90 T 2).* Augustus eam in matrimonium dedit regi Iubae *Plut. Ant. 87. Dio 51, 15, 6. Suid. l. l., cf. Suet. l. l.*

Strabo l. l. nummi. In hoc coniugium scriptum esse epigramma, quod Crinagorae esse traditur (n. 28 Rub. = Anth. gr. 9, 235), viri docti existimaverunt; at mirum, quod filiis quoque precatur poeta, ut regnum et Libyae et Aegypti adepturi sint. Nummi utriusque capite insigniti et nominibus inscripti r(egni) a(nno) sexto Iubae *cusi sunt (Müller 108, 87), qui annus est fere 20 a. C. Quomodo explicandi sint nummi caput et nomen eius exhibentes, vide Mommsen Ges. Schr. 8, 272 sq. Kahrstedt Klio 10, 301. In iisdem nummis imagines ad Aegyptum spectantes indicare videntur Cleopatram reginam Aegypti non tamen aperte appellari voluisse.*

Quo tempore mortua sit ambigitur, nam quod Iubam postea Glaphyram duxisse constat, quae quidem circa a. 6 p. C. decessit, inde non pro certo affirmandum est Cleopatram prius obisse, potest etiam a marito repudiata esse, et collegit quidem Regling l. l. 11 ex artificio quorundam nummorum nomen eius in aversa praebentium cusos hos esse post annum regni Iubae 36 (= 11 p. C.), ex quo Iubam Glaphyra defuncta iterum sibi Cleopatram matrimonio iunxisse coniecerit, quamquam concedendum est, illos nummos post mortem reginae emitti potuisse. Sed mihi quidem veri simillimum videtur id quod ratiocinatus est Ancey Rev. arch. 15 (1910), 140 sq. In defunctam enim scripsit Crinagoras anth. gr. 7, 633 (n. 19 Rub.) mortem reginae cum defectione lunae componens, ex quo statuendum videtur Cleopatram mortuam esse anno a. C. 5 (cf. Boll RE 6, 2359). Ceterum respiciendum est Ptolemaeum filium eius dici iuventa incuriosum *etiamtum a. 24 Tac. a. 4, 23.*

Eandem esse Cleopatram *in epigrammate Antipatri Thessalonicensis (non Asclepiadae) anth. gr. 9, 752 probare studuit Cichorius Röm. St. 331 sq.*

Filii: Ptolemaeus rex Mauretaniae *Suet. Cal. 26, 1, cf. Strabo 17, 828. IG 3, 555 = Ditt. Or. Gr. 197, fortasse et* Drusilla *Tac. h. 5, 9 (nisi error subsit). St.*

— Cleopatra, *v.* Septimia Zenobia.

— T. FLAVIVS CLITOSTHENES.

1149 Cloatilla *(sic codices praestantiores, nisi quod cod. Ambrosianus uno loco 8, 5, 19* domi(tillam) *exhibet, quod plerique editores praetulerunt, quamquam haec corruptela facile intellegitur ex nomine praecedente* 'Afer Domitius'), a filiis, fratre, paternis amicis accusata, quod virum, qui inter rebellantes fuerat, sepelisset, defensa a Domitio Afro, liberata est ab imperatore Claudio *Quintil. 8, 5, 16; 9, 2, 20; 3, 66; 4, 31. St.*

1150 Cloatius Verus, qui scripsit libros *minimum quattuor* verborum a Graecis tractorum *Gell. 16, 12. Macrob. sat. 3, 18, 4,* ordinatorum graecorum *item minimum quattuor Macrob. 3, 6, 2; 18, 8; 19, 2; laudatur praeterea* Cloatius *ib. 3, 19, 6; 20, 1. Idem ni fallor* Cloatius, e cuius libris sacrorum afferuntur *Fest. p. 124. 204. 208. 234. 402. 422 L. (= p. 141. 189. 193.*

213. 309. 318 M.), qui ante M. Verrium Flaccum liberae rei publicae vel primis Augusti temporibus scripsit. Cf. Goetz RE 4, 61 sq. Schanz-Hosius 2[4]*, 380. 381. Teuffel 2*[7] *§ 263, 1.* *St.*

1151 Clodianus, cornicularius, unus ex interfectoribus Domitiani *Suet. Dom. 17, 2. epit. de Caes. 11, 11 (ubi verba* 'tum ob fraudem interceptae pecuniae supplicium suspectante' *hausta e Suet. Dom. 17, 1 ad Stephanum pertinent).* *St.*

— **M. Aemilius Clodianus.**

— M. ANNAEVS SATVRNINVS CLODIANVS AELIANVS.

— M. CAELIVS CLODIANVS.

— Q. MAESIVS FRONTINVS CLODIANVS.

— STLANCIVS CLODIANVS.

— **L. Titinius Clodianus.**

— L. Titinius Maximus Clodianus.

1152 CLO[DIVS] ...... inter pueros (clarissimos), qui carmen cecinerunt ludis saecularibus a. 204 *Not. d. sc. 1931, 345 (tab. 10) v. 85.* *Gr.*

1153 CLODIVS, ὑπατικὸς τῶν ἱερῶν ναῶν (curator aedium sacrarum consularis) locum adsignavit a. 280 *(at cf. infra) IG 14, 993 = IGR 1, 74 t. urbanus. Fortasse non diversus a* Clodio Pompeiano consulari aedium sacrarum a. 244 *(n. 1177), si recte coniecit Mommsen eum qui dedicavit t. supra memoratum loco usum esse ad similem dedicationem compluribus annis ante concesso.* *Gr.*

— AP. *(*CLODIVS*) in t. liberti VI 37650; v. supra* Ap. Claudius Pulcher *n. 985.*

1154 M. CLODIVS ....., *pontifex vel flamen* a. 101, *ut apparet ex nomine* M. Clodi Tironis, *qui recensetur in laterculo* kalatorum pontificum et flaminum *VI 32445. Fortasse idem atque* M. Clodius Lunensis. *Gr.*

1155 SEX. CLODIVS ..... NIANVS, proconsul (Cypri) *priore parte saec. III IGR 3, 977 t. Cyprius graece scriptus* Augustae *nescio cui* matri [castrorum] *dedicatus. Iuliae Domnae nomen restituerunt editores fortasse recte.* *Gr.*

1156 C. CLODIVS ADIVTOR, C. f., Quirina, quaestor, tribunus plebis *(t. 1,* plebei *t. 2),* praetor, honoratus publice *t. Campano X 3851 = D. 5890 (1), Sinuessano Ann. ép. 1926, 143 (2)* propter pecunias, quas Clodi *(sic t. 1 cf. t. 2) — scil. hic et* Capito *infra n. 1158, cuius similis t. una cum t. 1 repertus est,* — rei publicae Campanorum *(t. 1),* (Sinuessanorum) *(t. 2)* legaverant. *Fuit prioribus principatus temporibus. Aliquanto recentior videtur* P. Clodius P. f. P. n. Falerna L. Arlenus Bassus, patronus et curator coloniae (Sinuessanorum) *Ann. ép. ib. 142.* *Gr.*

— CLODIVS ALBINVS = D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS CAESAR = IMP. CAES. D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS AVG. *infra n. 1186.*

1157 Q. CLODIVS CALVISIVS HONORATVS, clarissimus puer *VI 1380 in urna.*

Filius fortasse Clodii Honorati praefecti legionis III Augustae sub Diocletiano et Maximiano VIII 2572. *Gr.*

1158 [CLODIVS CAP]ITO .... NVS, P. f., triumvir capitalis, quaestor, [ad censu]s provinciae [Pann]oniae *(fortasse post praeturam)*, praetor *X 3852 t. Campanus mutilus una cum plane simili* C. Clodii Adiutoris *repertus. Cf. n. 1156.* *Gr.*

1159 **Clodius Catullus,** pr(aefectus) vig(ilum) a. 191 *VI 414 (= D. 4315) b.* *St.*

1160 Clodius Celsinus, Hadrumetinus, adfinis Albini *(infra n. 1186) vita Sev. 11, 3; suspectae fidei.* *St.*

1161 CLODIVS CELS[INVS?], *proconsul Asiae (saec. III) ut videtur, memoratur in miliario Bull. hell. 14, 615 Iasi in Caria reperto:* ἡγεμονεύοντος Κλωδίου Κελσ .... τοῦ κρατίστου [ἀνθυπάτου] *(secundum spatium probabilius est in lapide fuisse* Κελσίνου *quam* Κέλσου). *Idem fortasse* Clodius Celsinus *qui sequitur.* *Gr.*

1162 CLODIVS CELSINVS Fabiae Fuscinillae clarissimae feminae uxori posuit *t. sepulcralem ex parte versibus conceptum VI 31711 = Bücheler CLE 1306, ubi* 'nati trini' *commemorantur. Huius puto posteri* Clodii Celsini, *qui saec. IIII inter gentes nobiles floruerunt.* *Gr.*

1163 Clodius Celsus, Antiochenus, amicus (C.) Nymphidi (Sabini), quem a. 68 imperium capessere dehortatus est *Plut. Galba 13, 3.* *St.*

1164 C. CLODIVS CRISPINVS, consul ordinarius a. 113 cum L. Publilio Celso II*; in Celsi locum suffectus est* [Ser.] Cornelius Dolabella *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932 tab. 2 v. 49 sq. In consulatu:* C. Clodius Crispinus *fasti Ostienses. VI 221. XI 3614 = D. 2160. 5918 a;* Clodius Crispus *(errore) XIV 4089, 6 = XV 2157 in tegula; ceterum* Crispinus *in titulis fastisque (perperam* Priscianus II *fasti Hydat. Chron. min. 1, 223.* Πρισκιανό; *chron. Pasch. ib.). Idem putatur a nonnullis* Crispinus, Vettii Bolani consularis filius, cuius laudes celebravit Statius *silv. 5, 2, nescio an recte.* *Gr.*

— T. CLODIVS EPRIVS MARCELLVS *v. infra in Epriis.*

— C. CLODIVS FABRICIVS NVMISIVS VICTORINVS *v. infra sub Numisiis.*

1165 L. Clodius Fronto *vel* Fronto[nianus], cui civitas Veliocassium posuit *t. VI 1382 (mutilum). Videtur homo ordinis senatorii vel equestris.* *Gr.*

1166 CLODIVS GRANIANVS, ὁ κράτιστος ἀνθύπατος (proconsul Achaiae) a. 118, *successor Valerii Severi, memoratur in t. Dauliensi IG 9, 1, 61 scripto* d. 24 m. Oct. a. 118. — *Ab hoc diversum esse existimo* Clodium Granianum, *qui nominatur in t. sepulcrali Corinthio* a L. Corano Patrobio sibi et Graniae Homonoiae uxori et Clodio Euphemo, Clodio Graniano, Clodiae Homonoiae privignis posito *Amer. Journ. Arch. 35, 437: Clodios hos a liberto quodam domus eius, ad quam pertinebat Granianus proconsul, genus duxisse putaverim (aliter iudicat Shear Amer. Journ. l. l.).* *Gr.*

— CLODIVS HERODIANVS, *fragm. Vat. 247, v. supra* Ti. Claudius Herodianus *n. 887.*

1167 C. CLODIVS LICINVS, consul suffectus a. 4 p. C. *In consulatu:* C. Clodius C. f. C. n. Licinus *I² p. 29 fasti Capitolini;* C. Clodius Licinus *VI 1263. 1264;* C. Clodius Licin. *I² p. 70 fasti Arv.;* C. Clodius *ib. p. 68 fasti Gabini. Not. d. sc. 1902, 268 fragm. fastorum.* — Clodius Licinus (Licinius *libri) Liv. 29, 22, 10. Suet. de gramm. 20;* Licinus (Licinius *codd.) Nonius s. v. patibulum p. 221.* — Consul suffectus cum Cn. Sentio Saturnino per secundum semestrem a. 4 p. C. *v. supra;* consules terminaverunt locum publicum ab privato *VI 1263. 1264.* — C. Iulius Hyginus fuit familiarissimus Ovidio poetae et Clodio Licino consulari historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua quoad vixerit sustentatum *Suet. l. l.* Clodius Licinus in libro tertio rerum Romanarum *Liv. l. l. (de rebus a. 194 a. C. gestis).* Licinus rerum Romanarum lib. XXI *Nonius l. l. Idem videtur* Clodius (Claudius *traditur)* rerum Romanarum lib. XII *Nonius s. v. pristis p. 535. Cf. Cichorius RE 4, 77 sq.* *Gr.*

1168 T. Clodius Lovella, vir egregius, honoribus municipalibus functus, *t. sepulcralis Madaurensis VIII 4681 = Buecheler CLE 511.* *St.*

1169 M. CLODIVS LVNENSIS, consul (suffectus) cum P. Licinio Crasso d. 18 m. Sept. *a. inc. sub initium saec. II non ante a. 105 (excluduntur anni 109—113, 116, quorum consules tam ordinarii quam suffecti innotuerunt ex fastis Ostiensibus, item a. 114, quo Lollianus Avitus et Messius Rusticus fasces gesserunt m. Sept.) XIV 4057 t. Fidenas (deperditus), quem posuerunt* liberti *quidam* Iuli Quadrati cos. II (a. 105). — *Cf. supra n. 1154. Gr.*

1170 L. CLODIVS MACER. *Nummi: RIC 1, 193—195. Mattingly Br. Mus. 1, 285—287. Tria nomina in nummis;* Clodius Macer *apud scriptores;* Clodius *Pol. Silv.*

Legatus in Africa *Tac. h. 4, 49. Suet. Galba 11 (cf. Plut. Galba 6), scilicet legionis III Augustae in Numidia tendentis.* Sub finem Neronis descivit neque ad Galbam se adiunxit sed ambiguus haerebat, utrum capesseret imperium necne *Plut. Galba 6. Id quod confirmant nummi, in quibus ut additur* s(enatus) c(onsulto) *et ipse se dicit non iam legatum, sed in liberae rei publicae morem* pro prae(tore) Africae, *sic et Libertatis et suum caput neque tamen lauro ornatum repraesentavit et legio ab eo nova instituta cognomen ex ipso duxit (v. infra). Sunt praeterea nummi inscripti* Carthago *et* Sicilia. In Africa legio cohortesque delectae ab eo mox a Galba dimissae *Tac. h. 2, 97.* Legio III Augusta *cognomine* liberatrix *ornata comparet in nummis eius, idem cognomen additum est* legioni I Macrianae *ab eo ut videtur conscriptae. Hanc legionem eandem esse atque illam nomine mutato non recte opinor Mommsen CIL VIII p. XX arbitratus est, cf. quid contra dixerit Cagnat L'armée Rom. d'Afr.² 141—146.*

Nymphidius Sabinus Galbae, ut discrimina rei publicae quam maxima praedicaret, scripsit Clodium Macrum naves frumentarias retinere *Plut. Galba 13;* in arma instigatus est Macer a Calvia Crispinilla, quae famem populo Romano haud obscure molita est *Tac. h. 1, 73.* In Africa haud dubie turbans a Trebonio Carutiano procuratore iussu Galbae interfectus a. 68 *Tac. h. 1, 7. 11. 37. Suet. Galba 11. Plut. Galba 15;* Papirius centurio unus ex interfectoribus Clodii Macri *Tac. h. 4, 49. Cf. Pol. Silv. p. 520, 9 Mo.*

Fueritne ex posteris eius Clodius Macer, de quo Imperator Hadrianus Vitrasio Pollioni legato Augusti provinciae Galliae Lugdunensis rescripsit *dig. 27, 1, 15, 17, vehementer dubito.* *St.*

1171 CLOD(IVS) MARCELLINVS, [l(ati)]c(lavius) (S · C *traditur, corr. Domaszewski Westd. Z. 14, 2. 111 cf. Ritterling RE 12, 1676)* tribunus militum legionis II a(diutricis) piae fidelis Antoninianae, translatus ex legione X fr(etensi) Antoniniana dedicavit *t. Aquincensem (hodie deperditum) III 3472* dis militaribus et genio loci pro salute et reditu imp. Antonini (Severi filii). *Idem probabiliter* Clodius Mar . . . . . . , *qui memoratur in actis* lud. saec. a. 204 *VI 32334 v. 5 fortasse inter pueros, qui Troiam luserunt (cf. Premerstein Wien. St. 22, 148); cf. n. 1152. — Filius ni fallor eius qui sequitur.* *Gr.*

1172 Q. CLODIVS MARCELLINVS cooptatus *in collegium sacerdotum nescio quod ex maioribus aut* a. 169 *aut* a. 204 *VI 2003; (in eius locum) alius cooptatus aut* a. 204 *aut* a. 212 *ib. Pater fortasse eius qui praecedit.* *Gr.*

1173 (Clodius) Maximus, pater M. Clodi Pupieni Maximi, qui imperavit a. 238 *(infra n. 1179)*, faber ferrarius vel raedarius vehicularius fabricator, ex uxore Prima nomine suscepit praeter eum qui postea imperavit filios quattuor et quattuor puellas, qui omnes intra pubertatem interierunt *vita Max. et Balb. 5, 1. 2. Narratio ficta.* *St.*

1174 **C. Clodius Maximus,** C. f., Quirina, procurator Augusti a frumento *t. Antias X 8295.* *St.*

1175 C. CLODIVS NVMMVS, C. f., Maecia *(origine Neapolitanus ut videtur)*, tribunus legionis XIII geminae, X vir stlitibus iudicandis, [quaestor] provinciae Asiae *III 429 t. Ephesius (sepulcralis?)*, quem ei posuit L. Stertinius Quintilianus Curiatius Maternus Clodius Nummus Acilius Strabo *(supra A 83)* filius. *Gr.*

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS *v. supra A 83.*

1176 CLODIVS POLLIO. 'Satis constat Clodium Pollionem praetorium virum, in quem est poema Neronis quod inscribitur Luscio, chirographum eius *(scil.* Domitiani adulescentis) conservasse et nonnunquam protulisse noctem sibi pollicentis' *Suet. Dom. 1, 1.* *Gr.*

1177 CLODIVS POMPEIANVS, consularis aedium sacrarum d. 4 m. Iun. a. 244 *IG 14, 1045 = IGR 1, 114 t. urbanus; cf. supra n. 1153. Videtur pertinere ad domum consularem Claudiorum Pompeianorum (supra n. 970 sqq.) neque diversus esse a Pompeiano cos. a. 241 cum imp. Gordiano II.* *Gr.*

1178 **M. Clodius Postumus,** epistrategus (Thebaidis) a. 1 p. C. (d. 6 m. Sept.) *t. Tentyrites CIG 4715 = Ditt. Or. Gr. 659 (ubi mero typothetae errore* Κλαυδίου *pro* Κλωδίου *editum est).* *St.*

1179 M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS = IMP. CAES. M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS AVG. *Titulos nummos (Cohen 5², p. 14—19. Eckhel 7, 307 sq.) papyros vide in D. Caelio Calvino Balbino (supra n. 126). Praeterea P. Flor. 98. Privatus honoratus est t. graeco Ephesio D. 8839 = Ditt. Or. Gr. 518 (1), memoratur in t. filiae VI 31237 (= 1087) (2).*

In consulatu altero ... odius Puppienius Maximus *XIV 4562, 7;* .... up[ie]nius Maximus *Eph. ep. 9 p. 527 (= VII 104); ceterum* Maximus.

Μᾶρκον Κλ .... Πουπιῆνον Μ[άξ]ιμο ... *t. 1 (imago Forsch. Ephes. 1, 210 praebet* ΚΛ/, *lineolam obliquam quae tam ad* Α *litteram quam ad* Ω *pertinere potest, cf. v. 8);* Pupieni Maximi *t. 2.*

Imperium adeptus Imp. Caes. M. Clodius Pupienus Maximus Augustus *nuncupatur plus minus plene in titulis nummis papyris.* Clodius Pupienus *Vict. Caes. 26, 7;* Clodius *ib. 27, 6; ceterum apud scriptores latinos plerumque* Pupienus *(vel* Pupienius *v. supra), apud graecos* Maximus, *inde dubitat biographus, num idem fuerit* Maximus qui Puppienus *vita 1, 2; 15, 4. 5; 16, 2; Maximin. 24, 5; 33, 3. 4, cf. vita 11, 1; 15, 1; Gord. 10, 1; 19, 9; 22, 1.*

Pater eius Maximus, unus e plebe, faber ferrarius vel raedarius vehicularius fabricator, mater Prima *vita 5, 1. 2;* ignobilis genere *vita 14, 1; 16, 2 (cf. 2, 7; 5, 11); Maximini 20, 1;* obscurissimo genere *Eutr. 9, 2, 1; contra recte opinor* nobili genere ortus *Herod. 8, 8, 1. 4. 8, cf. 8, 7, 4.* Natus est circa a. 164, *annos scilicet agens septuaginta quattuor, cum Augustus factus est Zonar. 12, 17.* Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii egit; fuit tribunus militum et multos duxit numeros, postea praeturam gessit sumptu Pescenniae Marcellinae, quae eum loco filii suscepit et aluit. Inde proconsul Bithyniae *(nota provinciam imperatoris),* Graeciae, Narbonae, missus praeterea legatus Sarmatas in Illyrico contudit atque inde translatus ad Rhenum rem contra Germanos satis feliciter gessit *vita 5, 5—9; cave nimis tribuas huic cursui honorum.* Clarissimus vir *t. 2. Id quidem certum est eum* ἐν πολλαῖς στρατοπέδων ἀρχαῖς *(Herod. 7, 10, 4) fuisse, legatum igitur legionis et legatum Augusti pro praetore provinciae (Germaniae alterius utrius) vita 5, 9. Herod. 8, 6, 6; 7, 8, cf. Ritterling Fasti 89.* Proconsul provinciae Asiae, ὁ λαμπρότατος *t. 1.* Prae-

fectus urbi *vita 5, 10, cf. 6, 5; 15, 2; Maximini 20, 1. Herod. 7, 10, 4 (cf. 6); 8, 8, 4.* Consul I *suffectus anno incerto*, II ordinarius a. 234 cum ..... lla Urbano *vide supra, praeterea t. 2. III 6936. 12210. VIII 10343. 10365 (= D. 496). 22586. 22620. Cohen n. 26—32. Eckhel 307 (cf. vita 15, 2).* A. 238 electus est inter viginti viros consulares ex senatus consulto contra Maximinum ad Italiam tuendam creatos *vita Maximini 32, 3 (minus accurate id post mortem Gordianorum factum esse tradit hoc loco biographus); Gord. 10, 1. 2; 14, 3. 4; 22, 1. Zos. 1, 14, 2.* Duobus Gordianis in Africa interemptis senatus Balbinum et Maximum imperatores creavit *Herodian. 7, 10. vita 1—3; 15, 5; Maximini 20, 1. 2; Gord. 10, 1; 22, 1. Vict. Caes. 26, 7,* populo tumultuante M. Antonium Gordianum puerum Caesarem iis aggregavit *Herodian. l. l. vita 3, 3. 5; Maximini 20, 2, cf. 16, 7. In titulis et papyris Pupienus semper priore loco nominatus est.* Nonaginta novem dies *(chronogr. a. 354, Chron. min. 1, 147)* postquam Augustus factus est, ambo a praetorianis occisi sunt *Herod. 8, 8, 6—8. vita 14, 5. 6; 15, 4; Gord. 22, 5. Eutrop. 9, 2, 2. Vict. Caes. 27, 6. epit. de Caes. 26, 2. Zos. 1, 16, 2. Pol. Silv. 521 Mo.*, a. 238 *non post d. 29 m. Aug. (de tempore cf. supra A 835).*

Filia Pupienia Sextia Pau[lina] Cethegilla *t. 2*, filius *ut videtur* T. Clodius Pupienus Pulcher M[aximus], *qui sequitur. — Eius fortasse privati libertus IX 5765.* *St.*

1180 T. CLODIVS PVPIENVS PVLCHER M[AXIMVS]. *Titulus Tiburtinus XIV 3593 = D. 1185.* M. f. *(videtur filius eius qui praecedit, honoratus a Tiburtibus priusquam pater imperium adeptus est).* Clarissimus vir, triumvir monetalis, quaestor kandidatus, praetor urbanus, proconsul provinciae Macedoniae, vice operum publicorum, electus iudicio sacro *(= imperatoris)* ad [census] acceptandos per provinciam Velgicam *(= Galliam Belgicam)*, curator aedium sacrarum et operum publicorum *(fortasse post consulatum)*, consul *(suffectus anno incerto)*; quindecimvir sacris faciundis; patronus municipii (Tiburtium), curator rei publicae Catinensium, Leptim(agnensium) et Tripolitanorum, Beneventanorum. *St.*

1181 P. Clodius Quirinalis *Suet. de rhet. ind. (p. 2 Robinson);* Clodius Quirinalis rhetor Arelatensis Romae docuit *(e Suet., cf. p. 50, 37 Robinson) Hieronym. chron. Ol. 205 p. 180 a) H. (a. 44 p. C.).* *St.*

— **P. Palpellius Clodius Quirinalis.**

1182 Q. CLODIVS RVFINVS dedicavit imp. Commodo *t. VIII 4211 (1) Verecundensem; memoratur in actis Arv. a. 193 VI 2102 (2). — Tria nomina t. 1, plus minus mutila t. 2;* Clodius Rufinus *vita Sev.* — Legatus Aug. pr. pr. (Numidiae) *t. 1 a. 191 vel 192, ut apparet ex nominibus Commodi.* Magister fratrum Arvalium a. 193 *t. 2.* Ab imp. Severo sine causae

dictione occisus *vita Sev. 13, 5 (nomina et imp. Commodi et Rufini leviter erasa t. 1).* *Gr.*

1183 L. CLODIVS RVFVS. *Nummi Agrigentini, qui in parte adversa exhibent caput Augusti cum inscriptione* Augusto p(atri) p(atriae) Agrigentin(i), *in aversa* Salasso Comitiae Sex. Rufo II v(i)r(is) *in campo* L. Clodio Rufo procos. *Fiorelli Cat. Mus. Napoli, Medagl. 1, 73, 4066. Salinas Monete d. ant. città Sicilia 35 sq., 342—349. Br. Mus. Sic. 22, 160—164 (minus accurate).*

Proconsul (Siciliae) *nummi non ante a. 2 a. C., quo a. Augustus pater patriae appellatus est. — Idem videtur* L. Clodius Rufus, *qui memoratur una cum* Q. Caecilio . . . . . *in fragmento VI 34073; fortasse consul suffectus a. 7 p. C. collega Q. Caecilii Metelli Cretici Silani; cf. supra n. 64. — Parentela potest cum hoc coniunctus fuisse* P. Clodius C. f. Rufus Latro, qui imp. Tiberio posuit *t. Eph. ep. 8, 708 in ora septentrionali Siciliae repertum.* *Gr.*

1184 Clodius Sabinus, rhetor, qui Augusti aetate graece et latine declamabat *Sen. controv. 9, 3, 13. 14. Noli componere eum cum Sex. Clodio magistro M. Antoni.* *St.*

1185 T. CLODIVS SATVRNINVS FIDVS *memoratur in titulis Philippopolitano SEG 3, 509 = Ann. ép. 1927, 74 (1)* Iulio Vero Maximo Caesari *(cuius nomen erasum est)* posito, *Traianae Augustae rep. Ann. ép. 1927, 73 (2), in miliariis Thraciae IGR 1, 1474 (3), Cappadociae III 12213 (4), in signaculo X 8059, 120 (5) in Sicilia reperto.*

Τ. Κλώδιος Σατορνεῖνος *t. 1;* Τ. Κλόδιος Σατουρνεῖνος *t. 2;* T. Clodius Saturninus *t. 5;* Clodius Saturninus *t. 4;* . . . . [Σ]ατουρνῖνος Φῖδος *t. 3.* — Clarissimus vir *t. 5.* (Legatus Aug. pr. pr.) Thraciae (ὑπατεύων τῆς Θρακῶν ἐπαρχείας *t. 2;* ὑπατεύων τῆς ἐπαρχίας *t. 1 cf. t. 3)* sub Maximino *t. 1. 3 (non ante a. 236 positi ut apparet ex mentione Maximi Caesaris, cf. Stein Thracia 64). 2 (imperatoris nomen consulto deletum est). Haud certum at probabile est Saturninum eo ipso tempore, quo provinciam rexit, fascibus consularibus ornatum vel inter consulares adlectum esse (cf. Stein l. l.).* Legatus Aug. pr. pr. (Cappadociae) *t. 4 (in eodem t.* praeses provinciae *appellatur) fortasse imperante Gordiano non ante a. 239, cum imperator, cuius nomen periit, dictus sit* [tri]b. potest. cos. [p. p. p]rocos.; *de Maximino vix cogitaverim, huius enim principatus anni legationibus Licinii Sereniani, Catii Clementini, . . . elli Vibiani (?) occupati videntur; cf. praeterea* Cuspidius Flaminius Severus. — *Praedia videtur habuisse in Sicilia cf. t. 5.* *Gr.*

1186 D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS CAESAR = IMP. CAES. D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS AVGVSTVS. *Tituli quibus honoratus est una cum Septimio Severo VIII 1549 cf. 15551 (= D. 415). 17726. 26498. XIV 6 = D.*

414; nomen erasum. Nummi Eckhel 7, 161—166. Cohen 3², 415—424. Hasebroek Septimius Severus (1921), 156 sq.

Plena nomina in titulis nummisque; Clodius Albinus *vel* Albinus *apud scriptores.*

In describenda vita eius fides historica tribuenda est in primis Herodiano et Dioni, nulla biographo, cf. Hasebroek Die Fälschung der Vita Nigrini u. Vita Albini, diss. Heidelberg 1916. Fuit familia nobili *Herod. 2, 15, 1. 2. 4; 3, 5, 2. Dio-Xiph. 75, 6, 2. vita 1, 3;* vir antiquae familiae *7, 2,* Hadrumetinus *vita 1, 3; 4, 1; 12, 8, cf. Sev. 11, 3, id quod frustra tueri conatus est Hasebroek Fälschung 13—15; cf. Dessau WfklPh 1918, 391 sq.*, originem a Romanis familiis traxit, Postumiorum scilicet et Albinorum et Ceioniorum *vita 4, 1 (cf. 13, 5), plane ficticia.* In divitiis avitis et luxuria educatus *Herod. 2, 15, 1. 2 (contra* natus loco modico, patrimonio pertenui *vita 4, 3)*, patre Ceionio Postumo, matre Aurelia Messalina, primus suis parentibus fuit *vita l. l., quae omnia omnino fide carent.* Natus VII kal. Dec. *vita 4, 6 in epistula ficta,* quo anno Aelius Bassianus proconsul fuit Africae *ib. 4, 5, id quod fidem nullam meretur,* pueritiam in Africa transegit *vita 5, 1.* Adulescens ad militiam se contulit atque Antoninis per Lollium Serenum et Baebium Maecianum et Ceionium Postumum suos adfines innotuit *vita 6 1.* Egit tribunus equites Dalmatas *(falso, nam ante Gallienum equites Dalmatae constituti non erant)* et legionem quartam et primam *vita 6, 1. 2. Haec non magis fide sunt digna quam ea quae sequuntur quae ordine perturbato enarrantur in vita.* Quaesturae gratia illi facta est, qua concessa aedilis non amplius quam decem diebus fuit, quod ad exercitum festino mitteretur *vita 6, 6.* Bithynicos exercitus eo tempore, quo Avidius Cassius rebellabat *(a. 175)*, fideliter tenuit *vita 6, 2; cf. Hasebroek l. l. 23 sq.* Dein praeturam egit sub Commodo *vita 6, 7.* Commodo imperante res in Dacia bene gessit *Dio exc. 72, 8, 1. Consul primum suffectus anno incerto sub Commodo.* (Imperator Marcus Avidii Cassii temporibus eum dignum consulatu in locum Cassii Papirii suffecturus erat *vita 10, 11 in epistula ficta).* Per Commodum ad Galliam translatus, in qua gentes Transrhenanas fudit *vita 6, 3; 5, 5* (quibus rebus accensus Commodus Caesareanum ei nomen obtulit, quo tamen ille abstinuit *ib. 2. 3. 6, 4. 5;* dum Britanniam administrat *ib. 13, 4. 9).* Britannicos exercitus rexit iussu Commodi *ib. 13, 4. Vict. Caes. 20, 9,* a. 193 *Dio exc. 73, 14, 3. Herod. 2, 15, 1.* Auctor vel socius (Didio) Iuliano fuit Pertinacis occidendi *Eutr. 8, 18, 4. Vict. Caes. l. l. vita 1, 1; 14, 2. 6 (ex communi fonte fidei corruptae, cum prorsus aliter rem tradant Herodianus et Dio).*

Severus eum per litteras Caesarem appellavit, dum ipse bellum gerit contra Pescennium Nigrum a. 193 *Herod. 2, 15 (cf. 3, 5, 2; 3, 7, 8). vita 10, 2, 3; Sev. 6, 9. Dio-Xiph. 73, 15, 1,* κοινωνὸς τῆς ἀρχῆς τῷ Σεουήρῳ

ἐσόμενος *ib. 15, 2;* (Severus) φθάσας αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα .... τῇ τῆς ἐξουσίας κοινωνίᾳ *Herod. 2, 15, 3;* de Clodio Albino sibi substituendo cogitavit *vita Sev. 6, 9.* Ius ei concessit nummorum feriendorum *Herod. 2, 15, 5. Inde* D. Clodius Septimius Albinus Caesar *in titulis et nummis et in consulatu altero. Nomen Septimium a Severo, a quo eodem tempore adoptatus videtur esse (cf. Mommsen St. R. 2³, 1147. Hirschfeld Kl. Schr. 417 sq. Hasebroek Sept. Sev. 28), eum accepisse consentaneum est. Nummi Pautaliae cusi L. Ruzicka Die Münzen von Pautalia (1933) p. 122.* Consul a Severo declaratus est eo tempore, quo illum sibi paraverat subrogare *vita 6, 8; 3, 6.* Consul II ordinarius cum Imp. Caes. L. Septimio Severo Aug. II a. 194 *dipl. mil. Archeogr. Triest. 1908, 289 sqq. = Ann. ép. 1908, 146. Rev. ép. 1 (1913), 239 = Ann. ép. 1913, 134. VI 724 (= D. 4204). XIII 1753 (= D. 4133). 6740 b. t. pictus Europi-Durae rep. Rostovtzeff Excav. at Dura-Europos, 5. season, 1934, 226 sq., 561 = Ann. ép. 1934, 280. P. Lond. 3 p. 217, 1178 = Wilcken Chrest. 156. fasti; in nummis passim* consul iterum *perhibetur.* (Cos. III *Cohen 417, 19,* tr. pot. *ib. et 418, 35, ubi partes aversae non ad eundem pertinere possunt, cf. Eckhel 7, 164 sq. Hirschfeld l. l. 418 sq.).* Ei Severus Pescennio Nigro devicto insidias frustra paravit *Herod. 3, 5. vita 7, 8,* neque eum amplius Caesarem agnovit *Dio-Xiph. 75, 4, 1.* Sed Albinus ipse imperium affectavit *Dio l. l. Herod. 3, 6. vita Sev. 10, 1, anno 195 vel 196, Byzantio nondum capto Herod. 3, 6, 9.* Bellum civile Romam nuntiatum est circensibus ante Saturnalia missis *(die 15 m. Dec. anni 195) Dio l. l. 4, 2.* Imperator Caesar D. Clodius Septimius Albinus Augustus *nummi. (Nummus a Sidetibus et Pergaeis cusus Br. Mus. Lycia 164, 129, cf. Mionnet Suppl. 7, 69, 204. 205 valde suspectus, certo falsus qui Hipponensis dicitur, cf. Dessau Klio 8, 461. Cagnat ib. 9, 199).*

E Britannia in Galliam transmisit *Herod. 3, 7, 1 (cf. 3, 6, 6);* rebellavit in Gallia *vita Sev. 10, 1;* in Gallia invasit imperium *Vict. Caes. l. l.;* in Gallia imperator appellatus eodem tempore quo Didius Iulianus, Septimius Severus, Pescennius Niger *vita 1, 1; Pesc. Nig. 2, 1, perverse;* in Gallia se Caesarem fecit *Eutrop. l. l. epit. de Caes. 20, 2, hoc minus accurate.* Severus contra eum hostem iudicatum profectus est *Herod. 3, 6, 8. vita 9, 1; Sev. 10, 2. 3.* Primo quidem Severi duces ab Albinianis victi sunt *vita 9, 1; Sev. 10, 7;* Albinus (Virium) Lupum vicit *Dio exc. 75, 6, 2.* Numerianus quidam ludi magister Albini partes in Gallia adflixit *ib. 75, 5.* Severus ipse pugnavit in Gallia non sine varietate fortunae *vita 9, 1; Sev. 11, 1. Herod. 3, 7, 2,* felicissime pugnavit primo apud Tinurtium *vita Sev. 11, 1,* postremo (καθ' ἕτερα χωρία, ἡ δὲ τελευταία *Herod. l. l.;* ultimo proelio *vita 9, 3)* apud Lugudunum die 19 m. Febr. *(vita Sev. 11, 7; idem dies celebratur* pro salute et aeternitate Antonini Severi a. 215 *in Aegypto BGU 362 IV 11 = Wilcken Chrest. 96)* a. 197 copias Albini

fudit, qui in fuga periit *Dio 75, 5—7. Herod. 3, 7. vita 9, 3—7; Sev. 11, 6—9; Pesc. Nig. 9, 3. Eutr. l. l. Euseb.-Hieronym. chron. 246. Ol. p. 212 i) H.; Syncell. 671. Vict. Caes. 20, 8. epit. l. l.*

Fuit Albino unus, ut aliqui dicunt, filius; (Marius) Maximus dicit duo, quibus Severus primum veniam dedit, postea vero eos cum matre percussit et in profluentem abici iussit *vita 9, 5; Sev. 10, 1;* cadavera uxoris liberorumque eius in Rhodanum abici praecepit *vita Sev. 11, 9; memorantur* uxor et infantulus Pescennius Princus *in epistula ficta vita 7, 5,* frater *ib. 9, 6.* Adfinis Clodii Celsini *vita Sev. 11, 3 (suspectae fidei).* Consanguineus (Aselli) Aemiliani *Dio exc. 74, 6, 2.* Scripsit Georgica. Milesias nonnulli eiusdem esse dicebant, quarum fama non ignobilis habebatur, quamvis mediocriter scriptae essent *vita 11, 7. 8, cf. 12, 12. De re dubitat Hasebroek diss. p. 34, recte ut videtur. Memoratur praeterea Dio exc. 74, 9, 5 (p. 345 sq. Boiss.); 75, 8, 3; 76, 3, 4. Tertull. apol. 35; ad Scapulam 2. vita Sev. 10, 8; Firmi 1, 1. Zos. 1, 8, 1. — Domus huius fortasse liberti VI 37437.* *St.*

1187 P. CLODIVS THRASEA PAETVS. P. Thrasea Paetus *Dio-Xiph. 61, 15, 2; ceterum* Thrasea Paetus *vel* Thrasea *vel* Paetus. *In consulatu* [P. C]lodius Thrasea *IV 3340 tab. cer. Pomp. n. XXV 24;* ... ius Thrasia *n. XXVI 24;* P. Clodius *ib. saepius. X 826 t. Pompeianus.*

Origine Patavinus *Tac. a. 16, 21. Dio-Xiph. 62, 26, 4.* Consul (suffectus) cum L. Duvio Avito mens. Nov. et Dec. a. 56 *vide supra;* consularis *Tac. a. 16, 27. 28.* Quindecimvir sacris faciundis *ib. 16, 22, cf. 27. 28.* A. 57 eo iuvante Cossutianus Capito accusatus a Cilicibus repetundarum damnatus est *Tac. a. 16, 21, cf. 13, 33.* A. 58 sententiam in senatu dicit *Tac. a. 13, 49.* A. 59 cum de Agrippina occisa decerneretur, senatu exiit *ib. 14, 12; 16, 21. Dio 61, 15, 1.* Ludis Iuvenalibus quibus Nero a. 59 citharoedus cecinit parum spectabilem operam praebuit, etsi ipse ludis cetariis Patavi institutis habitu tragico cecinit *Tac. a. 16, 21. Dio exc. 61, 20, 4; 62, 26, 3. 4, cf. Charis. p. 160 B. (= p. 125 sq. K.).* A. 62 ne Antistius praetor maiestatis damnaretur capite adversatus est *Tac. a. 14, 48. 49; 16, 21.* Eodem anno censuit cavendum esse senatus consulto ne provinciales praesidibus grates agerent *ib. 15, 20—22.* Cum senatus a. 63 filia Neronis nata ad gratulandum se contulit Antium, Thrasea prohibitus est *ib. 15, 23.* Exinde per triennium curiam non introiit *ib. 16, 22. Dio-Xiph. 62, 26, 3,* sponte absens cum a. 65 divini honores Poppaeae Sabinae decreti sunt neque funeri eius interfuit *Tac. a. 16, 21, cf. 22. 28.* A. 66 auctore Nerone, qui olim infensus ei fuerat, accusatus a Cossutiano Capitone et (T. Clodio) Eprio Marcello senatus consulto damnatus est arbitrio mortis dato *Tac. a. 16, 21. 22. 24—29. 33—35 (inde Valla ad Iuvenal. 5, 36); h. 4, 6—8. Dio 62, 26, 1. 3. 4. Suet. Nero 37, 1. Plut. praec. ger. reip. 14 p. 810 A.*

Gener Caecinae Paeti et Arriae (maioris), quibus *(a. 42)* morientibus adfuit *Plin. epist. 3, 16, 10,* maritus Arriae (minoris), pater Fanniae *ib. 7, 19, 3. Tac. a. 16, 34 (cf. 26). vita Pers. p. 65 Jahn-Buech.-Leo*[4], socer Helvidi Prisci *Plin. l. l. Tac. a. 16, 28. 35; h. 4, 5. Dio-Xiph. 66, 12, 1. 3.*

A. Persium Flaccum poetam *(defunctum a. 62)* decem fere annis dilexit ita, ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habens *vita Pers. l. l.,* amicus Vespasiani *Tac. h. 4, 7,* familiares eius (T.) Avidius Quietus *Plin. epist. 6, 29, 1,* Domitius Caecilianus, Demetrius philosophus cynicus *Tac. 16, 34.*

Dicta eius Plin. epist. 6, 29, 1. 7; 8, 22, 3. Dio 61, 15, 3. 4. Epictet. 1, 1, 26 (idem dictum Dio exc. 62, 15, 1a p. 54 Boiss.). Memoriam eius laudibus extulit Iunius Arulenus Rusticus *Tac. Agr. 2. Suet. Dom. 10, 3. Dio exc. 67, 13, 2.* Scripsit vitam Catonis Uticensis, in qua usus est fonte praecipuo Munatio Rufo *Plut. Cato min. 25. 37.* Pomponii Secundi ad Thraseam *adfertur Charis. l. l. Diomedes GL 1, 371, 18 sq. Priscian. ib. 2, 538, 29, cf. Cichorius Röm. St. 423—425. — Memoratur praeterea Tac. h. 2, 91. Dio exc. 66, 12, 3. Martial. 1, 8, 1; 4, 54, 7. Iuvenal. 5, 36. M. Ant.* εἰς ἑ. *1, 14, 2.* *St.*

1188 Clodius Turrinus, rhetor, aequalis Senecae, natus erat patre splendidissimo, avo divi Iuli hospite, sed civili bello attenuatas domus nobilis vires excitavit et ad summam perduxit dignitatem; pecuniam et dignitatem primam in provincia Hispania habuit *Sen. controv. 10 pr. 14—16.* Sententiae, colores, divisiones eius *ap. Senecam vide ind. p. 537 K.* Filius cognominis *is qui sequitur.* *St.*

1189 Clodius Turrinus, filius *eius qui praecedit,* amicus filiorum Senecae rhetoris, qui eum tamquam filium dilexit, adulescens summae eloquentiae futurus nisi modicis contentus esset *Sen. controv. 10 pr. 14—16.* *St.*

1190 Clodius Tuscus, ad quem Sinnius Capito *(grammaticus Augusti fere aetatis prioris)* litteras dedit *Gell. 5, 20, 2. Adfertur* Clodius Tuscus *a Servio (Daniel.) Aen. 12, 657, nisi hic confunditur cum Clodio auctore commentariorum (grammaticorum) ib. 1, 52. 176; 2, 229, qui videtur idem esse ac Ser. Clodius, gener L. Aeli Stilonis. Eius nomen* Κλωδίου *(vel* Κλαυδίου) τοῦ Θούσκου *fictum est quasi auctoris ephemeridis totius anni, quam Lydus operi suo de ostentis in graecum versam adicit c. 59—70 (p. 117—158 Wachsm.), cf. Bianchi, S.-Ber. Heidelb. 1914, 3, 13—16. Boll Phil. Woch. 1919, 223 sq.* *St.*

1191 . . [CLODIV]S VESTALIS. *In fragmento t. Foroclodiensis XI 3311 memoratur* . . [Clodiu]s C. f. Vestalis f(ilius), [X] vir stl(itibus) iud(icandis); *mentio patris videtur praecessisse (cf. n. 1192).* *Gr.*

1192 C. CLODIVS VESTALIS honoratur publice *t. XI 3310 a = D. 904 (1)*

Foroclodiensi; eodem loco videtur posuisse una cum filio t. XI 3311 (2), cuius non extat nisi fragmentum. Ad eundem rettulit probabiliter Marg. Guarducci t. bilinguem Gortynium Bull. Mus. Imp. Rom. 1930, 88 (3). Idem nominari videtur in fragm. Cyrenaico Οὐεστᾶλις ἀνθύπατος *Docum. ant. Afr. Ital. 2, 1, 108, 77 = Ann. ép. 1934, 258 (4). Nummi aurei et argentei, qui in parte adversa exhibent caput Florae et inscriptionem* C. Clodius C. f., *in aversa mulierem velatam et inscriptionem* Vestalis *Babelon Monn. rép. 1, 354, 12. 13. Grueber Coins 1, 564, 4195—4197. v. Bahrfeldt Röm. Goldmünzenpräg. 72, 73.*

C. Clodius C. f. Vestalis *t. 1. In t. 2 nomen periit.* Vestalis (Οὐεστᾶλις) *t. 3. 4. — Nescio quis ex maioribus eius videtur viam Claudiam sive Clodiam munivisse et in media via forum Clodium constituisse; cf. Bormann XI p. 502. — Nummi ab eo cusi sint necesse est intra a. 41 et 38 a. C., nam desunt in nummorum thesauris defossis a. 41, adsunt in thesauro eruto loco, qui dicitur Brescello, qui thesaurus propter nummum M. Agrippae anni 38 ibi repertum hoc anno non potest antiquior esse (v. Bahrfeldt p. 73 sq.). Clodium a. 41/40 a. C. una cum C. Numonio Vala, M. Arrio Secundo, L. Servio Rufo in collegio quattuorvirum monetalium fuisse coniecit Bahrfeldt l. l. vix recte (anno 43 a. C. nummos Clodii attribuit Grueber 1, 555 omnino male).* Proconsul *t. 1;* [pro]cos. *recte suppletur t. 2 (Clodium proconsulatu functum esse in Italia — cf. Mommsen Z. f. Num. 15, 202 sq. — haud facile posuerim).* Proconsul (Cretae et Cyrenarum) *t. 3. 4 si quidem ad hunc pertinent.* — Patronus Claudiensium ex praefectura Claudia urbanorum *t. 1. — Pater eius qui praecedit.* *Gr.*

— T. CLODIVS VIBIVS VARVS *v. infra in Vibiis.*

— Titinia Clodia.

1193 CLODIA [I]A[TR]INA? *(suppl. Ramsay nescio num recte; fortasse fuit* [P]a[tru]ina), uxor L. Cossoni Galli legati Aug. pr. pr. (Galatiae), honorata ab Eburena Maxima *t. Iconiensi Journ. Rom. St. 16, 214.* *Gr.*

1194 CLODIA LAETA, virgo Vestalis, ab Antonino Severi filio per vim vitiata iussu eius viva sepelitur *Dio exc. 77, 16, 1—3.* *Gr.*

1195 CLODIA MACRINA, clarissima femina, C. Clodii Saturnini decurionis (municipii Muzucensis) neptis, aedem Apollinis Augusti erexit *VIII 12058 t. Muzucensis.* *Gr.*

— CLODIA [P]A[TRV]INA(?) *v.* Clodia [I]a[tr]ina? *n. 1193.*

1196 Q. CLOELIVS (Κλοέλιος), M. f., Quirina, *recensetur inter* testes senatus consulti (Panamarensis) facti d. 15 m. Aug. a. 39 a. C. *loco quinto (M. Servilius C. f., qui locum obtinet post eum, tribunus plebis fuerat a. 43 a. C., cf. Münzer RE 2 A 1766, 21) Bull. hell. 11, 226 = Viereck Sermo graecus 41, 20.* *Gr.*

— Q. ATRIVS CLONIVS.

1197 Clusinius Figulus, filius Urbiniae, acie victa in qua steterat fugit iacta-

tusque casibus variis, retentus etiam a rege *(nescio quo)* tandem in Italiam ac patriam suam Marrucinos *(corr. Bonnell, traditur* marginos) venit atque ibi agnoscitur, heres Urbiniae ut filius petiit bona, causam defendente T. Labieno, adversante C. Asinio Pollione qui contendit eum Pisauri fuisse servum nomine Sosipatrum *Quintil. 7, 2, 4. 5. 26,* mediis Augusti temporibus *Tac. dial. 38, 6. Cf. Quintil. 4, 1, 11. Charis. p. 77 K. = 98 B.* *St.*

1198 Clusinius Gallus *(sic cod. Asburnham. in indice l. IIII;* .... sinio ga ... *cod. Flor. in margine; ceterum* Gallus; *editores sine iusta causa* Asinius Gallus; *Stangl Philol. 45, 655* C. Asinius Gallus), amicus Plinii, qui ei scripsit *epist. 4, 17.* *St.*

1199 Clutorius Priscus (Γάιος Λουτώριος Πρίσκος *Dio)*, eques Romanus, ob carmen in mortem Germanici compositum a Tiberio pecunia donatus, a. 21 accusatus, quod aliud in Drusum Caesarem aegrotantem fecisset, ut si extinctus foret, maiore praemio vulgaretur, senatus decreto in carcere interemptus est *Tac. a. 3, 49—51. Dio-Xiph. 57, 20, 3.* *St.*

— Clutorius Priscus *Plin. n. h. 7, 129, sed traditur* Sutorius, *ubi vide.*

1200 Cluvidienus Quietus, particeps coniurationis Pisonianae a. 65 in insulam maris Aegaei relegatus est *Tac. a. 15, 71.* *St.*

1201 Cluvienus, saturarum poeta aetate Iuvenalis *1, 80 cum schol.* (Cluvienus *pro* Calvinus *Martial. 7, 90, 3 legit Schneidewin vix recte), cf. Ennod. epist. 5, 8* (Glovidenum); *carm. 1, 7 praef.* (Gluvidenus). *St.*

1202 CLVVIVS (?) (Κλούιτος *libri,* cluitus *versio Latina)* consularis d. 24 m. Ian. a. 41 Romae fuit *Ios. ant. 19, 91. 92. Vulgo* Κλούβιος *legitur, neque tamen certum videtur, num idem sit atque* Cluvius Rufus *n. 1206; fortasse de patre Rufi ceteroquin ignoto cogitari potest.* *Gr.*

1203 C. CLVVIVS, maritus sororis matronae eius, in quam unus ex proscriptis laudationem habuit funebrem, *quae vulgo dicitur 'Turiae', cuius extant fragmenta VI 1527 cf. 31670 + 37053 = D. 8393* (C. Cluvius *I 47. II 19.* Cluvius *I 16; Cluvii nomen certe suppletur I 5).* In Africam provinciam [abiit] *(a. 49 a. C. cum senatoribus partis Pompeianae ut videtur) ib. I 5. Quod posuit Mommsen Ges. Schr. 1, 406 sq. ab hoc non diversum esse* C. Clovium praefectum Caesaris dictatoris, *qui a. 46/45 a. C. nummos aeneos cudendos curavit (Willers Kupferpräg. 98 sq., 95. 96 cf. p. 99—105), ad quem in Galliam proficiscentem (a. 45 a. C.) scripsisse putat Ciceronem ad fam. 13, 7, id mihi minus probatur. Neque meliore iure coniecit idem Cluvium hunc significari apud Dionem 49, 44, 3 (sub a. 33 a. C.)* (Μ. Ἀντώνιος) Λούκιον Χλαουούιον *(sic libri)* ποιήσας τε ἅμα ὕπατον καὶ παύσας (συνῆν γὰρ αὐτῷ). *Cf. praeterea n. 1204. — De Cluviis his egit Muenzer RE 4, 120, 4.* *Gr.*

1204 C. CLVVIVS, cum consul designatus esset, alius autem locum eius occupavisset, a Caesare a. 29 a. C. inter consulares adscriptus *Dio 52, 42, 4.*

Videntur floruisse sub finem liberae rei publicae duo C. Cluvii *(cf. n. 1203); uter a. 29 a. C. inter consulares adlectus sit, ambiguum est.* *Gr.*

— Cluvius (?) Fuscus *v.* Claudius Fuscus *supra n. 877.*

1204 a P. CLVVIVS MAXIMVS PAVLLINVS, consul (suffectus) aetate Hadriani, *memoratur in t. (sepulcrali) nondum edito rep. 'a Monte Porzio Catone sulla Via Prenestina'. Tituli mentionem facit Calza Bull.Assoc.Studi Mediterr. 5, 1934/5, 173; idem refert in t. enuntiari Cluvium a senatu obviam missum esse Hadriano ex Africa Romam redeunti (a. 128).* *Gr.*

1205 P. CLVVIVS MAXIMVS PAVLINVS, *ex posteris eius qui praecedit,* salius Palatinus factus a. 181 *VI 1979 fasti saliorum. Vide an idem sit* Max (?).... Paulinus clarissimus vir, curator aedium sacrarum a. 214 (d. 3 m. Iul.) *VI 31338 (= D. 452), melius 36899.* *Gr.*

1206 CLVVIVS RVFVS (Κλούβιος Ῥοῦφος *Dio 63, 14, 3. Plut. quaest. Rom. 107;* Κλαύδιος Ῥοῦφος *Plut. Otho 3;* Cluvius *Tac. a. 13, 20; 14, 2. Plin. ep. 9, 19, 5;* m. cluuius rufus *Tac. h. 2, 65 errore librarii ut videtur) num idem sit atque* Κλούιτος consularis a. 41 *Ios. ant. 19, 91. 92, dubium videtur (cf. n. 1202).* Consularis *(consul suffectus a. inc. non post a. 65) Suet. Nero 21, 2. Dio 63, 14, 3.* Nero cum publice cantaret, et Romae (a. 65) et in Achaia (a. 66/67) eo praecone usus est *Suet. Dio ll. ll.* Perinde dives et eloquentia clarus nulli unquam sub Nerone periculum facessivit *Tac. h. 4, 43 (in oratione Helvidii Prisci).* Principio a. 69 Hispaniae (citeriori) (legatus Aug. pr. pr.) praeerat, vir facundus et pacis artibus, bellis inexpertus *ib. 1, 8: praefecerat eum provinciae fortasse Galba imperator factus.* Diplomata epistulasque ab Othone accepit *Plut. Otho 3 cf. Suet. Otho 7, 1;* Hispaniam in Othonem iurasse adlatum laudatusque per edictum Cluvius Rufus, sed statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam *Tac. h. 1, 76.* Lucceium Albinum, procuratorem utriusque Mauretaniae, res novas molientem oppressit *ib. 2, 58. 59.* Hilarius Vitellii libertus detulit, tamquam propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum temptasset eoque diplomatibus nullum principem praescripsisset *ib. 2, 65.* Cluvius omissa Hispania digressum a Luguduno Vitellium adsequitur; liberto punito comitatui principis adiectus, non adempta Hispania, quam rexit absens *ib.* Vitellii colloquia cum Flavio Sabino (m. Dec. a. 69) duos testes habebant, Cluvium Rufum et Silium Italicum *ib. 3, 65. Mense Ian. a. 70* Mucianus Antonio Primo citeriorem Hispaniam ostentabat discessu Cluvii Rufi vacuam *ib. 4, 39.* — Sermones habiti inter eum et Verginium Rufum *Plin. ep. 9, 19, 5.* — Rerum scriptor *Tac. a. 13, 20; 14, 2. Plin. ep. l. l. Plut. Otho 3; adfertur praeterea Plut. quaest. Rom. 107. — Ab hoc fortasse partem nominum traxit* C. Marius Marcellus Octavius Publius Cluvius Rufus cos. suffectus a. 80 *(III p. 854). Num ex familia eius fuerit* T. Cluvius [T. l. ?] Rufus *VI 33100 (in monumento quodam columbariorum), parum constat.* *Gr.*

— C. MARIVS MARCELLVS OCTAVIVS PVBLIVS CLVVIVS RVFVS.

1207 Cluvia, femina impudica *Iuvenal. 2, 49; nobilis videtur, vix ficticia. St.*

— Fuficia Clymene.

1208 Cniva, rex Gothorum, Moesiam et Thraciam invasit, exercitu Romano cum imperatore Decio fugato Philippopolim cepit, Decium ad Abrittum devicit *(a. 251) Jordan. Get. 18, 101—103. Hunc complures viri docti eundem duxerunt atque Cannaban (supra n. 398), dubito num recte; cf. Loewe Anz. f. d. Altert. 33 (1909), 260. St.*

1209 T. Cnorius Sabinianus, ex praef. alae contariorum, vir egregius *t. Savariensis III 4183 = D. 7117. St.*

1210 Q. CO . . . . . ., consul suffectus cum D. Terentio Gentiano tertio nundino a. 116 *fragmentum fastorum Ostiensium Calza Not. d. sc. 1934, 254 tab. 6 v. 6. — Idem fortasse atque* Q. Cornelius Senecio Annianus *(n. 1450). Gr.*

1211 COC. RVFINVS *(gentilicium* Cocceius *supplendum esse probabile est, sed etiam aliud esse potest, velut* Coculnius) *memoratur in titulis in provincia Arabia repertis Wadd. 2070 e = IGR 3, 1288 = Bruennow-Domaszewski Prov. Arabia 2, 258, 3; 3, 293 (1). Rev. bibl. 1905, 95 = corr. Bruennow-Domaszewski 3, 293 (2).*

Κοκ. Ῥουφεῖνος *t. 2;* Κοκ. Ῥουφει . . *t. 1.* — [Ὁ λαμ]πρότατος ἡ[γε]μὼν *t. 1;* ὑπατικ(ός) *t. 2; legatus Aug. pr. pr. Arabiae saec. III medio ut videtur (imp. Gallieni nomen in t. 1 restituit Domaszewski non satis certis ex causis). Fasces fortasse in legatione obtinuit (suffectus a. inc.), nisi inter consulares adlectus est. Eundem esse* Rufinum, qui aetate Gallieni Odaenathum seniorem interemit *(Dio cont. (Petr. Patr.) fr. 166 Dio vol. 3 p. 744 Boiss. = exc. de sent. p. 266 Boiss.) suspicatus est Rohden PIR[1] R 108, sed magis cogitaverim de Aradio Rufino legato Syriae (Phoenices?); cf. in hoc vol. supra add. A 1013. Gr.*

— CASSIVS DIO COCCEIANVS.

— Dio Cocceianus.

— L. SALVIVS OTHO COCCEIANVS.

1212 C. COCCEIVS, *cuius nomen in fastis anni Iuliani Pincianis (post a. 30/29 a. C. exaratis) subscriptum est* diei 29 m. Sept. *I² p. 219 cf. VI 32481; fortasse consul suffectus a. inc. aetate triumvirum vel primo Augusti tempore; cogitari potest de* C. Cocceio Balbo *n. 1214. Gr.*

— M. COCCEIVS ANICIVS FAVSTVS FLAVIANVS *v. supra A 597.*

— SEX. COCCEIVS ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS *v. supra A 600.*

1213 L. Cocceius Auctus, L. C. Postumi libertus, arc(h)itect(us) *X 1614 = D. 7731 a t. Puteolanus. Fuit libertus L. Coccei (cf. n. 1223) et C. Postumii (Pollionis architecti X 6126. 6339 = D. 7731) aut, quod magis placet, Luci, Gai, Postumi Cocceiorum. Idem videtur* Cocceius, qui iussu

Agrippae cuniculum fecit a lacu Averno Cumas et alterum Puteolis Neapolim *Strabo 5, 245 (at locus fortasse corruptus). Cf. X 3707.* *St.*

1214 C. COCCEIVS BALBVS αὐτοκράτωρ honoratur publice *t. Attico IG 3, 571 = 2/3², 4110. Imperatoris appellationem nactus est probabiliter aetate triumvirum, fortasse legatus M. Antonii in orientali parte imperii. Nescio an idem sit* C. Cocceius *(consul?), qui nominatur in fastis anni Iuliani Pincianis I² p. 219; v. n. 1212. Videtur fuisse ex eadem stirpe ac Nervae, fortasse frater Lucii (n. 1223) et Marci (n. 1224); cf. n. 1223.* *Gr.*

1215 Cocceius Bennianus, vir egregius (ὁ κράτιστος), filius Coccei Iuliani Synesii *t. sepulcralis urbanus IG 14, 1347.* *St.*

1216 COCCEIVS CASSIANVS, clarissimus vir, Rufinam ingenuam honore pleno dilexit; filiam eius alumnam testamento nepti coheredem datam appellavit *(temporibus Severi et Antonini) Papinian. dig. 34, 9, 16, 1.* *Gr.*

— C. AVFIDIVS VICTORINVS M. VL[PIVS]..... [MAR?]ẠCELLINVS RHESIVS PE.........VS RVFVS ARRIVS PAV...... [CO?]CCEIVS GAL...... *v. supra in hoc vol. add. A 1393.*

1217 **M. Cocc(eius) Genialis,** vir egregius, procurator Augustorum provinciae Daciae Porolissensis *t. Napocensis III 7662.* *St.*

1218 COCCEIVS HONORINVS *memoratur in t. mutilo VIII 24535 Carthaginiensi.* — Cocceius Honorinus *t.;* Honorinus *Apul. flor. 2, 9, 39. 40.* — (Coccei) Severiani *(n. 1230)* filius *Apul. l. l.* Clarissimus vir, legatus pro pr. (Africae) *t.* dioeceseos Carthaginiensis proconsulatu patris *Apul. l. l.* Praetor designatus *Apul. 40:* 'Honorinum — — honos suus ad praeturam vocat.' *Hic fortasse memoratur in fragmento actor. Arval. a. inc. VI 32393* .... IORINOCOS *(vix fuit* [Vict]orino). — Laudes eius *Apul. l. l.* — *Cum hoc fortasse affinitate coniunctus* Sextus Cocceius Craterus Honorinus eques Romanus *II 131 = D. 4513 a t. Lusitanus.* *Gr.*

1219 **Cocceius Iulianus Synesius,** Antiochenus, vir egregius (ὁ κράτιστος), ducenarius, maritus Aeliae Matronae, pater Coccei Benniani *t. urbanus IG 14, 1347.* — *Idem potest fuisse* Cocceius Iulianus centurio frumentarius, vices agens principis peregrinorum, qui dedicavit imperatoribus *quibusdam VI 3326 = D. 2221.* *St.*

1220 L. COCCEIVS [I]VSTVS ([Λ]ο[υ]κίου Κοκκηΐο[υ Ἰ]ούστου), proconsul *(Macedoniae vel Achaiae), memoratur in t. IG 9, 2, 1239 Phalannae Perrhaeborum rep. posito ut videtur uxori eius (cuius nomen maiore ex parte periit; traditur* .. σίαν ... α[ν]). *Gr.*

— .. LABERIVS IV ... [C]OCCEIVS LEPIDVS PROC[VLVS].

1221 **Cocceius Minic[ianus],** rationalis *VI 33757 (= 9031).* *St.*

1222 M. COCCEIVS NEPOS, M. f., Pollia, X vir stlitibus iudicandis, sevir equitum Romanorum, tribunus militum legionis XI Claudiae, quaestor, legatus

pro praetore provinciae Siciliae, tribunus plebis designatus *XI 13 t. Ravennas (saec. XVI restitutus ut videtur, sed sincerus)* positus a Primitivo liberto, seviro. *Gr.*

1223 L. COCCEIVS NERVA, consul suff. a. 39 a. C. *In consulatu:* .. Cocceius *I² p. 65 fasti Biondiani.* — Lucius Cocceius Nerva *Porphyr. Hor. sat. 1, 5, 27;* Λεύκιος Κοκκήιος *App. b. c. 5, 60, 251 (reliquis locis* Κοκκήιος*);* Cocceius *Hor. sat. 1, 5, 28. 32. 50.*

Origine Narniensis ut videtur (cf. infra n. 1227). Filius fortasse Coccei, *qui saepius memoratur in Ciceronis epistulis ad Atticum (12, 13, 2; 18, 3; 19, 2; 16, 15, 5).* Amicus M. Antonii et Caesaris divi filii *App. b. c. 5, 60, 251; 64, 272.* Aestate a. 41 a. C. cum Caecina a Caesare ad Antonium in Syria agentem missus est *App. 5, 60, 251.* Antonium anno sequenti in Italiam comitatus Brundisii amicitiam et foedus inter triumviros composuit *App. 60—64 (252—272).* Consul (suffectus per secundum semestrem) a. 39 a. C. cum P. Alfeno Varo *I² p. 65. Iterum dissensione inter Antonium et Caesarem exorta* Nerva petiit a Caesare, ut aliquem, cum quo de summa rerum tractaret, mitteret Tarracinam (a. 37 a. C.) *Porphyrio l. l.;* 'Maecenas — atque Cocceius, missi magnis de rebus uterque legati, aversos soliti conponere amicos' *Hor. sat. 1, 5, 27 sq.* Iter eorum Brundisinum describit Horatius *sat. 1, 5 (de aetate sermonis huius cf. Kießling-Heinze in ed. Hor.).* Foedus (Tarentinum) inter Antonium et Caesarem pepigerunt *Porphyrio l. l.:* 'hoc et Titus Livius in libro CXXVII refert', *perperam, nam in libro 127 Livius egit de foedere Brundisino anni 40 a. C.*

Frater huius *memoratur nomine non posito App. 61, 256: probabiliter* M. Cocceius Nerva, *qui sequitur (ubi vide).* Avus eius qui postea imperavit *Porphyrio l. l.* (proavus *Ps. Acro vol. 2, 66 Keller) errore, immo frater proavi vel potius abavi. Ad huius familiam videtur pertinere t. I² 1286 = VI 9320* familiae L. Coccei et liberteis *etc. Item huius et C. Postumii Pollionis libertus videtur* L. Cocceius L. C. Postumi l. Auctus arcitect(us) *X 1614 = D. 7731 t. Puteolanus (cf. n. 1213).* L. Cocceius C. L. M. l. Papa *(t. Campani X 3803 positus a. 13 a. C., ib. 3962) fortasse libertus fuit trium fratrum Gai (Balbi? v. n. 1214), Lucii, Marci.* — 'Coccei plenissima villa, quae super est Caudi cauponas' *Hor. l. l. 50 sq. cf. Porphyrio p. 216.* *Gr.*

1224 M. COCCEIVS NERVA, consul a. 36 a. C., honoratur publice *titulis Bull. hell. 49, 310, 8 = SEG 4, 604 (1) Tei rep., Bull. hell. 44, 73, 4 = D. 8780 (2) Laginis Cariae rep., ab editoribus quibusdam haud recte ad imperatorem Nervam relatis; memoratur in actis lud. saec. a. 17 a. C. VI 32323 v. 151 (3). — Nummi: a) denarii in parte adversa caput M. Antonii exhibentes et inscriptionem* M. Ant. imp. aug. III vir r. p. c. M. Nerva pro q. p., *in aversa caput Caesaris adscripto* Caesar imp. pont. III vir r. p. c. *Babelon*

Monn. rép. 1, 176, 52. Grueber Coins 2, 491; male descriptus Babelon 1, 367, 3 cf. v. Bahrfeldt Num. Z. 28, 34, 21; 32, 15. b) aurei et denarii, in adversa eadem atque in a), in aversa cum capite L. Antonii et inscriptione L. Antonius cos. *Babelon 1, 367, 1. 2. (= 174 sq., 47. 48) cf. Bahrfeldt Num. Z. 28, 32. Grueber 2, 492, 106—108. v. Bahrfeldt Goldmünzenpräg. 77, 80.*

In consulatu: Μ. Κόκκιος Νερούας *Dio ind. l. 49;* M. Coccius *XI 6673, 19 in tegulis*; .. Cocceius *I² p. 65 fasti Biondiani;* Κόκκιος Νερούας *Dio 49, 1, 1;* Νερούας *ib. 24, 1;* M. Cocceius *Cassiodor. Chron. min. 2, 134;* Herva Cocceius *fasti Hydat. ib. 1, 217;* Ἔρβα Κοκίου *(casu gen.) chron. Pasch. ib.; ceterum* Nerva *fasti.* — Μᾶρκος Κοκκήιος Νερούας *t. 1. 2* (Νεριουα *t. 1 errore quadratarii);* M. Cocceius *t. 3;* M. Nerva *nummi.*

De origine eius v. in eo qui praecedit. Pro q(uaestore) p(ro praetore?) *nummi* a. 41 a. C. *n. b (quos nummos a. 38 a. C. attribuit Laffranchi Riv. ital. num. 30, 252, at credi vix potest virum, qui pro quaestore functus esset a. 38, biennio post fasces duodecim gessisse); littera singulari* P. *significari* p(ro praetore), *id quod iam proposuit Eckhel 4, 248 sq.; 5, 174, non certum at probabile est; de supplemento* p(rovinciae) *vel* p(rovincialis) *omnino non potest cogitari. Bello Perusino (a. 41/40) eum stetisse a partibus L. Antonii elucet ex nummis b; hic igitur* frater L. Coccei Nervae, quem in gratiam Lucii servavit Caesar *App. b. c. 5, 61, 256.* Imperator (αὐτοκράτωρ), consul designatus *t. 1. 2. Quoniam praedicatur in t. 1* ὁ κοινὸς εὐεργέτης καὶ σωτὴρ τῆς ἐπαρχήας *(sc.* Asiae), *in t. 2, ubi manifesto verba fiunt de Stratonicensibus, honoratur* ταῖς δευτέραις τιμαῖς *ut* εὐεργέτης καὶ πάτρων καὶ σωτὴρ γεγονὼς τῆς πόλεως, ἀποκαθεστακὼς δὲ ἡμῖν καὶ τὴν πάτριον ἐλευθερίαν τε καὶ πολειτείαν, *sponte patet eum salutationem imperatoriam (ante a. 36) in Asia meruisse. Fortasse legatus vel praefectus classis M. Antonii (si proconsul Asiae fuisset, tituli id non reticuissent) Stratoniceam a Parthis Labieno duce oppidum obsidentibus (a. 40 a. C.) prospere defendit vel cives Stratonicenses se ipsos defendentes adiuvit (cf. Dio 48, 26, 3. 4. Tac. a. 3, 62).* Consul a. 718 = 36 a. C. cum L. Gellio Poplicola *v. supra. Hic sine dubio significatur ap. Sen. de clem. 1, 10, 1:* (Augustus) Sallustium et Cocceios et Dellios et totam cohortem primae admissionis ex adversariorum castris conscripsit. XV vir sacris faciundis adfuit ludis saecularibus a. 17 a. C. *t. 3.* — Patronus Teiorum *t. 1,* (Stratonicensium) *t. 2.* — *Avus videtur* M. Coccei M. f. Nervae *n. 1225. Cf. praeterea n. 1223.* *Gr.*

1225 M. COCCEIVS NERVA *(sic apud Frontinum;* M. Cocceius Ner.... *in fistula aquaria XV 7437; ceterum* Cocceius Nerva *vel* Nerva).

A. 24 curator aquarum *Frontin. aq. 102 (huc pertinere videtur fistula), antea igitur consul. Hic potius quam filius eius (qui sequitur)* M. Cocceius Nerva M. f. consul (suffectus) cum C. Vibio Rufino *VI 1539 (et 31674).*

9005 = D. 1795 mense Augusto; *nam in hoc titulo nominatur praegustator quidam divi Augusti neque traditum habemus filium ad consulatum pervenisse.* A. 26 consulatu functus Tiberium in Campaniam abscedentem comitatus est *Tac. a. 4, 58.* Caesari familiarissimus *Pomponius dig. 1, 2, 2, 48;* continuus principis comes. proximus amicorum *Tac. a. 6, 26.* A. 33 vitam inedia finivit *ib. Dio 58, 21, 4,* anno demum 34 in cura aquarum successor ei datus *Frontin. l. l.*

Nepos videtur M. Coccei Nervae consulis anno 36 a. C., pater eius, qui sequitur. Divi Nervae avus *Frontin. l. l. In t. Lucerino IX 855 diu deperdito iam denuo rep. et melius edito Riv. Indo-gr.-ital. 15, 50, ubi memoratur* Coccei [a]rbitratu, *hunc significari putat Ribezzo l. l., haud scio an recte.*

Omnis divini humanique iuris sciens *Tac. a. 6, 26, cf. 4, 58;* scientia etiam iuris inlustris *Frontin. l. l.* Ateio Capitoni Masurius Sabinus successit, (Antistio) Labeoni Nerva, qui adhuc eas dissensiones *(sc. quae inter Capitonem et Labeonem fuerant)* auxerunt *Pompon. l. l.* Nervae successit Proculus *ib. 1, 2, 2, 52. Adfertur a Gaio inst. 2, 15. 195; 3, 133 et passim in digestis. Fragmenta collegit Lenel Palingenesia 1, 789. Cf. Jörs RE 4, 131 sq.* *St.*

1226 (M. COCCEIVS) NERVA filius *(sc. eius qui praecedit)*, iuris consultus, fuit eodem tempore quo Proculus, qui Nervae (patri) successit *Pomponius dig. 1, 2, 2, 52.* Annos agens decem et septem aut paulo plus fertur Nerva filius et publice de iure responsitasse *Ulpian. dig. 3, 1, 1, 3.* Scripsit libros de usucapionibus *Papin. dig. 41, 2, 47. Adfertur saepius in digestis, locos composuit Lenel Palingenesia 1, 791. De consulatu M. Coccei M. f. Nervae cum C. Vibio Rufino cf. sub patre.*

Filius eius M. Cocceius Nerva qui imperavit *(qui sequitur)*, uxor *igitur* Sergia Plautilla, (C. Octavi) Laenatis filia *VI 31297 = D. 281. Cf. Jörs RE 4, 132 sq.* *St.*

1227 M. COCCEIVS NERVA = IMPERATOR NERVA CAESAR AVGVSTVS. *Privatus posuit t. Sentini XI 5743 = D. 273. Nummi RIC 2, 220—233. Kubitschek Anz. Ak. Wien 1933, 4—22.— Tria nomina in consulatu primo VI 1984. X 4734. 5405 = D. 5025. 3868. 6125. dipl. mil. Jahresh. 17, 151 = Ann. ép. 1912, 10. ib. 1925, 68,* (M. Cocceius *IV 5523), in altero VI 621 = D. 3532; ceterum* Cocceius Nerva *vel* Nerva. *Filius sine dubio eius qui praecedit,* mater Sergia Plautilla, (C. Octavi) Laenatis filia *VI 31297 = D. 281,* vir nobilitatis mediae *Eutr. 8, 1, 1,* εὐγενέστατος *Dio exc. 67, 15, 5; fuit patricius utpote salius. Per matrem affinitate aliquatenus coniunctus cum domo Augusta, nam frater matris Octavius Laenas videtur duxisse Rubelliam Bassam filiam Iuliae Drusi Caesaris filiae, cf. Groag Jahresh. 21/22 (1924), 425—436.* Oppido Narniensi genitus *epit. de Caes. 12, 1;* Cretensis *Vict. Caes. 12, 1 absurde corruptum.* Natus est d. 8 mens.

Nov. *chronogr. a. 354, I² p. 255. 276. Pol. Silv. ib. p. 277. VI 10050 = D. 5285*, anno 30, *vide infra.* VI vir turmae equitum Romanorum, [praef(ectus)] urb(i) *sc. feriarum Latinarum, ut recte supplevit titulum Brassloff Herm. 39, 627, 1; Wien. Eranos (1909), 277.* [Quaestor *Augusti ni fallor*]. A. 65 praetor designatus; coniuratione Pisoniana oppressa triumphale decus imperator Nero ei tribuit ita extollens eum, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium quoque effigiem eius sisteret *Tac. a. 15, 72;* triumphalib[us ornamentis] honoratus *tit.* [Salius] Palat(inus; *noli coniungere* in Palatio triumphalibus ornamentis honoratus), augur, sodalis [Augustalis] *ib.* Consul I ordinarius a. 71 cum imperatore Vespasiano III, consul II ordinarius a. 90 cum imperatore Domitiano XV *fasti; v. supra. Frontin. l. l. Ad alterum consulatum spectat Plin. paneg. 90, 6* 'habuerat hunc honorem periculis nostris divus Nerva'. Sub Domitiano mathematicis ex genitura imperaturum eum calumniantibus, in periculum capitis venit *Dio exc. 67, 15, 5. 6.* Relegatus est Tarentum *Philostr. v. Apoll. 7, 8. 11, cf. 8, 7 p. 317 K. Suid. s.* Δομετιανός *1352 Adler = Syncell. 649.* (Extrema aetate apud Sequanos, quo tyranni decessit metu, imperium arbitrio legionum cepit *Vict. Caes. 12, 2 omnino perverse). Paulo post revocatus videtur, si quidem vere exul fuerat.* A. 93 per litteras Plinio advocato provinciae Baeticae contra Baebium Massam congratulatus est *Plin. epist. 7, 33, 9.* Eodem anno Martialis ad eum dedit *8, 70*, insequenti anno *9, 26.*

Domitiano d. 18 mens. Sept. a. 96 *(Suet. Dom. 17, 3. VI 472 = D. 274, cf. Plin. paneg. 92, 4. I² p. 255. 272. Eph. ep. 9, 767 et Plin. ad Trai. 17, 2. P. Ryl. 2, 202 a, 4)* occiso auctoribus inprimis T. Petronio Secundo praefecto praetorio et Parthenio cubiculario Nerva imperator factus est *Dio-Xiph. 68, 1, 1. Eutr. 8, 1, 1. Euseb.-Hieronym. 219. Ol. Memoratur Pol. Silv., Chron. min. 1, 520.*

Inde dictus Imperator Nerva Caesar Augustus, *minus saepe* Imperator Caesar Nerva Augustus *in titulis et nummis et in papyris.* Consul III a. 97, IIII a. 98, imperator II, Germanicus a. 97, tribunicia potestate I usque ad d. 17 m. Sept. a. 97, II usque ad mortem, *cf. RE 4, 149 sq.* Autumno a. 97 *(cf. epit. de Caes. 12, 9)* adoptavit M. Ulpium Traianum legatum Augusti pro praetore Germaniae superioris *Dio exc. 68, 3, 4. Plin. paneg. 1, 5; 5, 1; 6, 3. 4; 7—11. 23, 4; 47, 4; 88, 5; 89. 94, 4. Eutr. 8, 1. 2. Vict. Caes. 13, 1. epit. l. l. vita Aureliani 14, 6. Lyd. de mens. 4, 18 (qui tradit* Traianum ei in consuetudinem insinuatum suburbanum ei dono obtulisse, *narratio manifesto ficta).* Mortuus est in hortis Sallustianis *(Euseb.-Hieronym. chron. p. 193, 13 H.; arm. p. 218 K.; Syncell. 654. chronogr. a. 354, Chron. min. 1, 146)*, postquam annum et menses quattuor et dies novem imperavit *Dio-Xiph. 68, 4, 2;* dies octo *Eutr. l. l.*, dies decem *Chryseros ap. Theophil. ad Autolyc. 3, 27 C = F GrHist 96 T 1.*

Clem. Alex. strom. 1, 21, 144, 4. epit. de Caes. 12, 1, defectione solis *ib. 12, 12 (sed cf. Boll RE 6, 2361); numerum dierum omittunt Philostr. v. Apoll. 8, 27. Hieronym. chron. p. 192 H.;* annum et menses tres *Euseb. arm. l. l.;* d. 25 mens. Ian. a. 98 *chron. Pasch. 1, 469. Diem mortis 27 mens. Ian. 98 etiam e spatio imperii Traiani computavit Holzapfel Klio 17, 82 sqq.* Defunctus est anno aetatis sexagesimo tertio *epit. de Caes. 12, 11;* septuagesimo et altero *Eutr. l. l. = Hieronym. p. 193, 14 H.* Annos agebat sexaginta quinque, menses decem, dies decem, cum princeps factus est (προεβεβιώκει *ex lectione Boissevainii, qui bene vidit, unde discrepantiae scriptorum ortae sint) Dio-Xiph. 68, 4, 2, quocum optime quadrat dies natalis eius (v. supra);* natus est *igitur* d. 8 Nov. anni 30, vixit annos sexaginta septem, menses duo, dies undeviginti. Corpus eius in mausoleo Augusti sepultum est *epit. de Caes. 12, 12. Titulus ei positus mutilus in sepulcro Augusti rep. Bull. com. 54, 222, tab. 3 = Ann. ép. 1930, 58.*

Composuit carmina quaedam nominatus a Nerone 'temporis nostri Tibullus' *Martial. 8, 70, cf. 9, 26, 1. Plin. epist. 5, 3, 5.* — Propinqui Nervae *commemorantur (nominibus omissis) Dio-Xiph. 68, 4, 1; significari Octavios Laenates putat Groag l. l. Vix huius sed unius ex maioribus eius* Cocceia M. Nervae l. Felicula *VI 15923 et* Callistus Coccei Nervae *Amer. Journ. Arch. 1910, 57, 39 t. Praenestinus.* *St.*

1228 **M. Cocceius Nigrinus,** procurator Augusti (Britanniae inferioris) imperante Caracalla *VII 875 (cf. Eph. ep. 9, p. 604) = D. 9317 titulus prope vallum Hadriani rep.* *St.*

1229 Cocceius Proculus, speculator in praetorio Galbae, donatus ab Othone *Tac. h. 1, 24; Suet. Otho 4, 2 eandem rem narrat, nomine omisso.* *St.*

— COC(CEIVS?) RVFINVS *v. supra n. 1211.*

1230 COCCEIVS SEVERIANVS HONORINVS dedicavit *Thagorae t. (mutilum) Gsell ILA 1030 (pars tituli iam VIII 4644) (1); nomen eius excidit, sed certe suppletur in t. Carthaginiensi VIII 24535 (2).*

Cocceius Severianus Honorin . . *t. 1;* Severianus *Apul. flor. 2, 9, 40.* — *Nescio an fuerit ex posteris* M. Coccei M. f. Pollia Severi primi pili legionis VIIII Hispanae, praefecti legionis X geminae *V 7159 (t. Pedemontanus).* Clarissimus vir *t. 2.* Legatus (pro praetore) provinciae Africae *Apul. l. l. Consul suffectus a. inc. paullo ante a. 146 ut videtur (cf. infra).* Proconsul Africae *t. 1. 2 (proconsulis appellatio in his tt. periit). Apul. 37—40,* Marco et Vero imperantibus *t. 1 cf. Apul. 40* ('favor Caesarum') *non post a. 163 (cum in t. 1 Verus nondum appelletur Armeniacus) fortasse a. 161/162 (a. 162 Africam rexit Q. Voconius Saxa Fidus cos. a. 146 VIII 22691, a. 163 Ser. Cornelius Scipio Salvidienus Orfitus cos. a. 149 ib. 10999).* — Laudes eius *Apul. 38—40.* — Pater Coccei Honorini *(n. 1218),* qui legatione Africae sub patre functus est *Apul. 39. 40, cf. t. 2. Nep-*

tis eius videtur (per matrem puto) Claudia Sestia Cocceia Severiana *(n. 1123).* *Gr.*

1231 COCCEIVS VERVS, homo nobilis, ab imp. Septimio Severo occisus *vita Sev. 13, 4.* — Cocceia L. f. Vera *memoratur IX 4971 = D. 6560 (t. Curensis).* *Gr.*

1232 SEX. COCCEIVS VIBIANVS honoratur publice *t. VIII 84 cf. 11226 (1) Tamallensi, commemoratur in actis lud. saec. a. 204 VI 32327 v. 9. 14 (2), in t. urbano VI 37065 (3) post mortem ut videtur posito.*

Sex. Cocceius Vibianus *t. 1. 3 (cf. adnot.);* Cocceius Vibianus *t. 2.* — *Consul suffectus a. inc. sub finem saec. II vel ineunte saec. III.* Proconsul provinciae Africae *t. 1. 3* (proc. p. A.). XV vir sacris faciundis *t. 2. 3* (XVR *errore quadratarii)* ludis saecularibus a. 204 interfuit *t. 2.* — Patronus m(unicipii Tamallensis) *t. 1. Domum videtur habuisse Romae sub colle Quirinali, ubi t. 3 erutus est.* — *Ab hoc ni fallor partem nominum traxit* Sex. Cocceius Anicius Faustus Paulinus *(supra A 600), fortasse nepos eius ex filia.* *Gr.*

— Cocceia Bassula Numisia Procula *v. infra sub Numisiis.*

— Stertinia Cocceia Bassula Venecia Aeliana *v. infra sub Stertiniis.*

1233 COCCEIA GALLA clarissima femina *in fistula aquaria prope Baias rep. Not. d. sc. 1932, 301. Cf.* C. Aufidius Victorinus *cet.* [Co]cceius Gal... *(supra in hoc vol. add. A 1393).* *Gr.*

— CLAVDIA SESTIA COCCEIA SEV[E]RIANA.

1234 M. COCVLNIVS QVINTILIANVS. *Tituli Cirtenses:* ipse uxori posuit *VIII 19508 (1); ab eodem videntur dedicati esse* Iovi o. m., dis deabusque Matri deum magnae Idaeae, Apollini.... *ib. 6955 cf. 19416 (2),* imperatori *nescio cui, cuius nomen periit, (Commodo ni fallor) ib. 6993 = 19417 (3); ipsi positi sunt ib. 7042 (4) mutilus, 7041 cf. 19423 = D. 6857 (5), quem t.* dedicavit Florus princeps et undecimprimus gentis Saboidum amico.

M. Coculnius Sex. fil. Quirina Quintilianus *t. 4. 5* (Quintillianus); M. Coculnius Quintilianus *t. 1;* M. Coculni...... *t. 3;* M. Coc.... us ...... *t. 2.* — Lato clavo exornatus ab Imp. Caes. L. Septimio Severo — — Pio Parth. Arab. Parth. Adiab. *(a. 195 ut videtur, cf. Hasebroek Sept. Sev. 81) t. 5. 4,* quaestor designatus, post flamonium et honores omnes, quibus in colonia — — Cirta patria sua functus est *t. 5 cf. t. 3:* ob honorem I[II viratus]. — Vitruvia L. fil. Maxima uxor *t. 1.* *Gr.*

1235 Codrus, homo doctus quidam et pauper *Iuvenal. 3, 203 sqq. Scholiasta eum non diversum putat a Cordo ib. 1, 2, v. infra n. 1292.* *St.*

1236 Coedes *(nomen corruptum videtur),* libertus imperatoris L. Veri *vita Veri 9, 5.* *St.*

— T. FLAVIVS COELIANVS.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS — — — — — SOSIVS PRISCVS.

— M. ROSCIVS COELIVS.

1237 M. COELIVS(?) (Μᾶρκος Κοίλιος), consul (suffectus) cum L. Cornelio d. 18 m. Mart. *a. inc. Rev. d. philol. 36, 75 t. Iconii rep.; hanc consulatus indicationem nostris temporibus a Graeco quodam fictam esse opinatur Ramsay Klio 23, 21; 25, 422.* *Gr.*

1238 Q. COELIVS, L. f., quaestor, pro praetore ex senatus consulto, aedilis plebis Cerialis, praetor *(t. honorum ordinem inversum exhibet)*, ex voto suscepto pro incolumitate Ti. Caesaris Augusti Concordiae d. d. *VI 91 = D. 153. Titulus positus videtur a. 16, cum ob detecta nefaria Libonis Drusi consilia dona Iovi Marti Concordiae senatus censuisset (Tac. a. 2, 32).* *Gr.*

1239 P. COELIVS APOLLINARIS, consul suffectus a. 111 *(ex kal. Sept. ut videtur* usque ad finem anni) cum L. Octavio Crasso *fasti Ostienses Not. d. sc. 1932, 191, tab. 2 v. 25. Pater ni fallor* P. Coelii P. fil. Sergia Balbini cos. a. 137 *(n. 1241), in quo vide.* *Gr.*

1240 P. COELIVS APOLLINARIS, *pleniore neque tamen integro nomine dictus* M. Aqu(ilius?) P. Coelius Apollinaris, *filius puto* P. Coelii P. fil. Sergia Balbini Vibullii Pii *(qui sequitur)*, consul ordinarius a. 169 cum Q. Pompeio Senecione Sosio Prisco. — *In consulatu:* P. Coelius Apollinaris *III 14219, 10 = D. 5490. VI 1984. 2003. XI 405;* Πούπλιος Κοι . . ος Ἀπολινάριος *BGU 7, 1655 v. 63 sq.;* Μ. Ἀκου. Κοί[λι]ος Ἀπου[λλ]ινάριος *Rev. de philol. 36, 69 t. Iconiensis, ubi* Ἀκου(ίλιος) *supplendum esse mihi probabile videtur (cf. t. VI 15963, quem* M. Coelio Fortunato posuit Aquillia Syntyche)*;* Coelius Apollinaris *XIV 2408 = D. 5196;* Coelius Ap. *Röm. germ. Komm. Bericht 17, 1927, 104, 312 = Germ. 11, 41, ceterum* Apollinaris *in titulis fastisque. Polyonymum eum fuisse more hominum nobilium illius aetatis extra dubium est; nomina* M. Aqu(ilii) *nescio an duxerit a posteris M. Aquilii Reguli oratoris (supra A 1005).* *Gr.*

— M. AQV(ILIVS?) P. COELIVS APOLLINARIS *v. n. 1240.*

1241 P. COELIVS BALBINVS VIBVLLIVS PIVS, consul a. 137, honoratur publice a decurionibus *municipii nescio cuius VI 1383 = D. 1063 (1); ad familiam eius videtur pertinere t. Salonitanus III 2295 (2).*

In consulatu: P. Coelius Balbinus Vibullius Pius *III 1933 = D. 4907;* P. Coelius Balbinus *VI 31145. IX 5839 = D. 2084;* P. Coel. Balbin. *XV 1057; . . . .* llius *(an potius . . . .* elius ?) Balbinus *XIV 2390; ceterum* Balbinus *in titulis fastisque* (Albinus *Chron. min. 1, 286. 423. 694; 2, 142).* — P. Coelius P. f. Sergia Balbinus Vibullius Pius *t. 1.* Liberta servique P. Coeli Balbini *t. 2. — Filius puto* P. Coeli Apollinaris consulis a. 111 *(n. 1239). Eum propinquitate coniunctum fuisse cum imp. Traiano haud improbabiliter inde coniecit Dessau Eph. ep. 3 p. 229, quod divo Traiano*

flamen creatus est (v. infra); idem vir doctus suspicatus est Balbinum utpote adscriptum Sergiae tribui oriundum fuisse Italica, ubi Traianum et Hadrianum natos esse constat. Quod statuit Dessau, id vel inde confirmatur, quod Balbinus et ab Hadriano inter patricios adlectus est et una cum L. Aelio Caesare fasces accepit. — Nescio quomodo coniunctus fuerit cum L. Vibullio Pio, *qui memoratur in t. Corinthio mutilo Corinth 8, 2, 95;* Vibulli Pii *nomina inveniuntur etiam in nomenclatura et C. Iulii Euryclis Herculani L. Vibullii Pii nobilis Spartiatae, aequalis Balbini, et Q. Pompei Falconis consulis circa a. 108 polyonymi posterorumque eius.*

Cursum honorum exhibet t. 1 consuli designato positus (a. 136). X vir stlitibus iudicandis, VI vir equitum Romanorum turmae quintae, tribunus militum legionis XXII primigeniae piae fidelis *(nota in eadem legione antea militasse Hadrianum),* adlectus inter patricios ab imp. Hadriano, salius Collinus, quaestor Augusti, flamen Ulpialis, praetor de fidei commissis, consul designatus. Consul ordinarius a. 137 cum L. Aelio Caesare II *v. supra. — Praedia eum habuisse Salonis apparet ex t. 2 collatis titulis* Publiorum Coeliorum *Salonitanis III 2294. 2561. 9009. 13925. — Pater videtur* P. Coelii Apollinaris consulis a. 169 *(n. 1240). Gr.*

— C. Coelius Balbus *male traditur in nummis Bithyniae; v.* L. Mindius Balbus.

1242 COELIVS CALDVS (Caldus Coelius *apographum Amerbachianum,* Caldus Caelius *ed. princeps), ex posteris sine dubio* C. Coelii Caldi consulis a. 94 a. C., *nepos fortasse* C. Coelii Caldi quaestoris a. 50 a. C. *(cf. Muenzer RE 4, 196, 14),* ad(ulescens) vetustate familiae suae dignissimus, clade Variana a Germanis captus mortem sibi conscivit *Vell. 2, 120, 6. — Vel huius vel potius unius ex maioribus eius servus* Amiantus Coeli Caldi ser. fullo *Not. d. sc. 1929, 461, 174 t. Pompeianus. Gr.*

1243 L. COELIVS FESTVS honoratus publice a Veleiatibus *XI 1183 = D. 1079. Titulus cursum honorum exhibet ordine inverso nisi quod* 'cos. praetori' *reliquis honoribus praemittitur.* Adlectus inter tribunicios, praetor, praefectus frumenti dandi ex senatus consulto, legatus *(sc.* iuridicus) Imp. Antonini Aug. *(Antonini Pii, non Severi Antonini, ut iure statuerunt viri docti; cf. Hüttl Anton. Pius 2, 103)* Asturiae et Callaeciae, praefectus aerari Saturni, proconsul provinciae Ponti et Bithyniae, consul *suffectus a. inc. —* Patronus Velleiatium. — *Ad eundem rettulit Borghesi 8, 325 sq. t. acephalum Praenestinum XIV 2941 sine idonea causa. Gr.*

1244 Q. COELIVS HONORATVS, praefectus frumenti dandi, legatus (proconsulis) Siciliae, legatus (proconsulis) Ponti et Bithyniae, proconsul Cypri *Wadd. 2814 = IGR 3, 970 t. Cyprius* publice positus. *Vix idem atque* Q. Co .... consul suffectus a. 116 *(n. 1210), scil. aliquanto recentior. Gr.*

1245 COELIVS MARTIALIS, clarissimus vir, ... liae Honoratae clarissimae

feminae filius, Coeli Senecionis clarissimi viri et Cn. (?) Coeli Senecae equitis Romani frater *VIII 20449 t. Mauretaniae Sitifensis. Vel idem vel pater eius* T. Coel. Mar(tialis) egregius vir *VIII 20429 t: ib. rep.*, positus a. 244 p. C. — *Oriundus ex Mauretania Sitifensi.* *Gr.*

— Q. ROSCIVS COELIVS MVRENA — — — POMPEIVS FALCO *v. infra* Q. Pompeius Falco.

1246 L. COELIVS RVFVS, legatus Aug. pr. pr. (Moesiae superioris) a. 120 *cippus miliarius Vulić Spomenik Acad. Serb. 71, 1931, 209, 556; ad eundem fortasse referendus est miliarius mutilus Hadriani lectionis ex parte incertae III 8272, ubi nescio an legendum sit v. 6* [L.] C[oeli]o R[ufo]. *Idem sine dubio* L. . . . l . . . Rufus, consul suffectus d. 23 m. Dec. a. 119 cum C. Herennio . . [A]pella (?) *VI 2080 acta Arv. — Ab hoc diversus, sed fortasse ex eadem familia* L. Coelius Rufus *XII 4218 = D. 4585 t. Galliae Narbonensis.* *Gr.*

1247 Cn. Coelius Seneca, eques Romanus, filius . . . liae Honoratae clarissimae feminae, Coeliorum Senecionis et Martialis clarissimorum virorum frater *t. Mauretaniae Sitifensis VIII 20449.* *St.*

1248 COELIVS SENECIO, clarissimus vir, ... liae Honoratae filius, Coeliorum Martialis et Senecae frater *VIII 20449 t. Mauretaniae Sitifensis. V. n. 1245.* *Gr.*

— C. POMPONIVS RVFVS ACILIVS . . . . VS COELIVS SPARSVS.

1249 L. COELIVS TARPHINVS (?), ὁ ἀνθύπατος (proconsul Cypri) καὶ στρατηγός, honoratur *t. Cyprio IGR 3, 953. Cognominis lectio incerta, fortasse legendum* Τάμφιλος. — *Videtur fuisse sub finem liberae rei publicae.* *Gr.*

1250 COELIA CLAVDIANA, virgo Vestalis maxima, honorata a sacerdotibus sacrae urbis a. 286 *VI 2136. 2137 = D. 4936*, ab Octavia Honorata virgine Vestali *VI 2138*, a Coelia Nerviana sorore *ib. 2139 = D. 4935*, a Coelia Claudiana sorore *VI 2140*, ab Aurelio Fructoso cliente et candidato suo *ib. 32420 = D. 4937* ('cuius opera sacrorum gubernante Vesta matre maximatus sui XX conplebit'), a . . Septim[io?] *nescio quo VI 32421.* *Gr.*

1251 COELIA CLAVDIANA, clarissima femina, cum . . . . . Nicomede (marito) Coeliae Claudianae *(quae praecedit)* sorori posuit *t. VI 2140.* *Gr.*

1252 Coelia Nerviana, soror Coeliae Claudianae virginis Vestalis maximae, cui una cum Pierio coniuge ac liberis posuit *t. VI 2139 = D. 4935.* *St.*

1253 [C]OELIA POLL[A], filia . . . . . πρεσβευτοῦ . . . , honorata publice *t. (mutilo) Inschr. Magnesia 148. Litterarum formam ad saec. I a. C. spectare iudicat editor. Patrem eius* C. Coelium Caldum, *proconsulem provinciae alicuius orientalis circa a. 69 a. C., fuisse suspicatur Muenzer RE Suppl. 1, 325, 31 a.* *Gr.*

1254 Coenus, libertus Neronis, a. 69 iussu Vitellii morte punitus est *Tac. h. 2, 54.* *St.*

1255 Coeranus, philosophus graecus (stoicus), familiaris Rubelli Plauti occisi a. 62 *Tac. a. 14, 59.* Coeranus philosophus inter auctores Plinii externos *n. h. ind. l. 2.* *St.*

— AEL(IVS) COERANVS.

— P. AELIVS COERANVS.

1256 Cogidumnus, rex Britannorum, qui donatus a Claudio (dum Ostorius Scapula provinciam regit, ante Didium Gallum) quibusdam civitatibus, Romanis fidissimus mansit *Tac. Agr. 14. Cf. n. 841.* *St.*

— **Atilius Cognitus.**

1257 L. COIEDIVS CANDIDVS, L. f., Aniensis, honoratur publice *t. XI 6163 = D. 967 Suasae in Umbria rep. (gentilicium quod est* Coiedius *invenitur in titulis Umbris XI 5737 = D. 4215. XI 5774).* Tribunus militum legionis VIII Augustae *(cf. infra)*, III vir capitalis, quaestor Ti. Claudii Caesaris Aug. Germ., quaestor aerarii Saturni *(cf. infra)*, curator tab(ulariorum) p(ublicorum) *fortasse post praeturam, cuius mentio tamen in t. desideratur.* Hunc Ti. Claudius Caes. Aug. Germ. revers(um) ex castris donis militaribus donavit corona aurea murali vallari hasta pura eundem[que] cum haberet inter suos quaestores, eodem anno et aerarii Saturni quaestorem esse iussit *(fortasse a. 44, quo anno Claudius aerario Saturni quaestores praefecit, qui per triennium praeessent, cf. Mommsen St. R. 2*[3] *558 sq.). Candidum dona militaria accepisse ut tribunum legionis VIII Aug. ex bello Britannico (a. 43) censuit praeter alios Dessau, ex bello 'Mithridatico' (a. 45) Ritterling RE 12, 1649; magis cogitaverim de seditione a Camillo Scriboniano legato Dalmatiae a. 42 mota et intra quintum diem oppressa (v. supra A 1140); legionem VIII Augustam his temporibus haud procul a finibus Dalmatiae tetendisse constat (cf. Ritterling l. l. 1645 sq.).* *Gr.*

— CN. POMPEIVS COLLEGA.

— SEX. POMPEIVS COLLEGA.

1258 Collinus, poeta coronatus agone Capitolino *(a. 86) Martial. 4, 54;* ad eundem scripsit *4, 20.* *St.*

— Colobius, cognomentum imperatoris Licini Valeriani *epit. de Caes. 32, 1.*

— **Antonius Colonianus.**

1259 Colonus, ad quem Plinius dedit *epist. 9, 9.* Amicus Pompei Quintiani *ib.* *St.*

— Colosseros, agnomen Aesi Proculi *Suet. Cal. 35, 2.*

1260 Columbus, murmillo, cui imperator Gaius victori, leviter tamen saucio venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellavit *Suet. Cal. 55, 2. Idem* Columbus *in vasculis vitreis una cum aliis gladiatoribus repraesentatur nominibus appositis XII 5696, 32 = D. 5137. XIII 10025, 178. 180. Eph. ep. 4, 708 d. Diversus puto* mur(millo) Columbus Serenianus nat(ione) Aedu(u)s *t. sepulcralis Nemausensis XII 3325.* *St.*

— M. (Iunius) Columella.
— L. Iunius Moderatus Columella.
— PVBLIA VALERIA COMASIA.
— P. VALERIVS COMAZON EVTYCHIANVS.
— Valeria Cominiana.
— **Badius Com(i)nianus.**
— Vibius Cominianus Valerius Pius.

1261 C. Cominius, eques Romanus, quem imperator Tiberius probrosi in se carminis convictum precibus fratris, qui senator erat *(T. Comini Proculi infra n. 1270?)*, concessit a. 24 *Tac. a. 4, 31. Haud absimile veri videtur eundem esse C. Cominium Macrum (infra n. 1267). St.*

1262 L. COMINIVS, pedarius a. 11 a. C. Messallae Corvino curatori aquarum adiutor datus *Frontin. aq. 99. Liberti* L. Cominii *cuiusdam Ann. ép. 1922, 123 t. Minturnensis. Gr.*

1263 C. Cominius Aufillenus Minicianus, amicus P. Statii Paulli Postumii iunioris *t. agri Brixiani V 4129. St.*

1264 **C. Cominius .... Bo .... Agricola .... elius Aper.** *Tituli: Arelatensis XII 672=D. 1432 (1). Concordiensis mutilus V 8663 (2).—Nomina plena, quamquam lacera t. 1;* C. Comi .... Agrico .... *t. 2.* Tribu Claud(ia), *origine videtur Concordiensis et affinitate coniunctus cum P. Cominio Clemente (n. 1266)*, praefectus cohortis III Bracaraugustanorum, tribunus legionis [primae] adiutricis, procurator Augustorum ad annonam provinciae Narbonensis et Liguriae, praefectus alae miliariae in Mauretania Caesariensi *t. 1;* praef. eq(uitum) *t. 2. — Eius nominis vestigia in rasura tituli Berytii III 14165[8] = D. 6987 Cagnat Rev. ép. 1900, 116 deprehendere sibi visus est plane incerta. St.*

1265 M. AVRELIVS COMINIVS CASSIANVS. *Tituli Lambaesitani:* ipse dedicavit Aesculapio et Hygiae *t. VIII 2589 = D. 3842 (1);* septizonium restituit *VIII 2657 cf. 18105 = D. 5626 (t. mutilus) (2);* ei positi sunt *VIII 2732 cf. 18124 = D. 1154 (3). VIII 2733 (4). 2734 cf. 18125 (5). 18268 (6). Ann. ép. 1918, 71 (7). 72 (8). 73 (9). 74 (10); memoratur in t. VIII 2611 cf. p. 954 (11);* [coniu]gi eius positus est *t. mutilus Ann. ép. l. l. 75 (12). Commemoratur praeterea in t. VIII 6357 cf. 19337 = D. 6868 (13) Mastarensi. Non ad hunc sed ad Ti. Claudium Subatianum Proculum videtur pertinere t. mutilus VIII 2585 Lambaesitanus, ubi nomen legati periit.*

Plena nomina exhibent vel exhibebant tituli 1—8. 10—13; Aurel. Cominius Cassianus *t. 9.* — Clarissimus vir *t. 1. 3—5. 7—10. 12. 13.* Legatus Augg. pr. pr. (praeses *t. 7. 8)* (Numidiae) *t. 1—13:* Augg. *integrum extat in t. 4, altera* G *erasa est in titulis reliquis. Rexit igitur Numidiam Antonino et Geta imperantibus a. 211/212 neque tamen per totum fratrum*

imperium, cum iam ante Getae necem exercitus Africanus fuerit sub C. Pomponio Magno (VIII 2748. Ann. ép. 1918, 76). Ipse successit Ti. Claudio Subatiano Proculo, qui a. 210 etiamtum (certe d. 4 m. Apr.) legatione fungebatur (cf. Cagnat Bull. ant. Fr. 1915, 196 sq.). Cassianum iam ante Septimii Severi mortem provinciae praefuisse videtur colligi posse ex t. 11: [Impp. Antonino III et G]eta [II] Augg. coss. (a. 208) [aedes] — — — — — anno et mensibus . . . [consummata est dedicante] M. Aurelio Cominio Cassian[o] *cet. (in consulatus indicatione, quam ad initium templi aedificandi non ad dedicationem pertinere perquam probabile est, Geta minus accurate* Aug. *dicitur, qua appellatione dedicationis demum tempore utebatur).* Consul designatus *t. 1.* — [Patronus] municipii Lambaesitanorum *t. 11.* — Uxoris *nomen periit in t. 12.* *Gr.*

1266 **P. Cominius Clemens.** *Tituli Concordienses V 8659 = D. 1412 (1). Not. d. sc. 1890, 173 = Ann. ép. 1890, 151 (2). Aquileiensis Not. d. sc. 1923, 230 acephalus (3).* P. f. *t. 1. [2]*, Claudia *t. 1. 2. Origine sine dubio Concordiensis.* Honoratus e[quo publico, praef(ectus)] cohortis quintae Ling[onum, trib(unus) mil(itum) leg(ionis) secundae, *cf. Ritterling Rh. Mus. 1904, 192*] adiutricis piae fidelis, [donis militaribus donatus] expedition[e Parthica corona] murali has[ta pura ab impera]toribus Marco et Vero, praefectus alae primae singularium civium Romanorum *t. 2;* omnibus equestribus militiis functus *t. 1. 3*, procurator Augusti vicesimae hereditatium per Hispaniam citeriorem, procurator Augusti ad familiam gladiatoriam trans Padum *t. 1. 3;* per Italiam *t. 2*, subpraefectus annonae *t. 1. 3*, procurator Augusti provinciae Daciae Apulensis *t. 1—3*, procurator Augusti provinciae Lusitaniae *t. 1. [2. 3.]*, procurator Augusti vicesimae hereditatium *t. 1. [3.]*, praepositus a censibus *t. 1. 3*, praefectus classium praetoriarum Misenensis et Ravennatis *t. 1—3.* Concordiae pontifex, patronus, item patronus coloniarum Aquileiensis, Parmensis, Venafranae *t. 1. 3. Uxor videtur* [Des]ticia T. f. [? Ploti]na, clarissima femina *t. 3. Cf. n. 1264.* *St.*

1267 C. Cominius Macer. Eius et C. Corneli Crispi bigarius vicit a. 15 p. C. *VI 37836 = D. 9349. Idem fortasse* C. Cominius *supra n. 1261. Cum Cornelio Crispo alioquin quodammodo coniunctus videtur, cf. XI 2755 t. Volsiniensis sepulcralis* Sex. Comini Corneli Crispi. *St.*

1268 **L. Cominius Maximus,** L. f., domu Mantua, beneficiarius praefecti praetorio, evocatus Augustorum, centurio cohortis quintae vigilum, decimae urbanae, primae praetoriae; tribunus cohortis tertiae vigilum, quartae decimae urbanae, septimae praetoriae, primus pilus bis, praefectus legionis II Traianae fortis ducenarius, procurator M. Antonini Augusti, vixit annos LXXXII *t. Tiburtinus XIV 3626 = D. 2742.* Uxor Numitoria C. f. Moschis *ib.* *St.*

1269 **Cominius Pris[cianus],** vir perfectissimus, magister [studi]orum *(vel*

[libell]orum), patronus (Neapolitanorum) *X 1487 t. Neapolitanus. Fortasse quarto demum saeculo.* *St.*

1270 T. COMINIVS PROCVLVS *memoratur in t. Cyprio Bull. hell. 51, 153, 11 = SEG 6, 834 (1);* uxori posuit *t. urbanum VI 5, 2200* (2) a Ligorio interpolatum, quem immerito inter falsos reiectum esse nunc apparet ex t. Cyprio, quo praenomen* Titus *confirmatur. — Nummi in parte adversa exhibentes caput Claudii et inscriptionem nominis, in aversa* ἐπὶ Κομινίου Πρόκλου ἀνθυπάτο(υ), *in campo* Κυπρίων *Leake Num. Hell. Suppl. p. 161. Num. Chron. 1891, 146. Br. Mus. Cyprus 76, 16. Babelon Coll. Wadd. 4846. Grose McClean Coll. 3, 313, 9185.*

Τίτος Κομίνιος Πρόκλος *t. 1;* T. Cominius T. f. Po[blilia] *(vel* Pollia *vel* Pomptina) Proculus *t. 2. — Hic videtur* C. Cominii equitis Romani *(supra n. 1261)* frater senatorii ordinis, cuius precibus Tiberius vitam fratris concessit a. 24 *Tac. a. 4, 31.* Proconsul .... *t. 2;* proconsul Cypri sub Claudio *nummi* anno tertio Claudii *(i. e. inter d. 25 m. Ian. a. 43 et d. 25 m. Ian. a. 44) t. 1. —* Lartidia Sex. f. uxor *t. 2* (l. artidiae sex. f. cominiae *traditur, sed* Cominiae *interpolatum puto a Ligorio). Socer Cominii Proculi videtur* Sex. Lartidius senator *D. 97, de quo v. VI 4 p. 3870.* *Gr.*

1271 COMINIVS SECVNDVS, legatus Aug. pr. pr. Pannoniae inferioris k. Aug. a. 150 *III p. 2213 cf. 2328, 204 = D. 9056 dipl. mil. — Parentela fortasse cum hoc coniunctus (nisi idem est)* L. Cominius Secundus aedilis Tusculanus *Eph. ep. 9, 680 = D. 9388.* *Gr.*

1272 **L. Cominius Vipsanius Salutaris,** domo Roma, subprocurator ludi magni, procurator alimentorum per Apuliam Calabriam Lucaniam Bruttios, procurator provinciae Siciliae, proc(urator) capiend. vec. et *(vel* veg. et *vel* vegt., *quid subsit incertum, nisi sumere velis* procurator capiendis vectigalibus), procurator provinciae Baeticae, a cognitionibus imperatoris Septimii Severi, perfectissimus vir *II 1085 = D. 1406 t. Ilipensis hodie deperditus. Fortasse* filia eius Cominia Vipsania Dignitas L. f., *quae sequitur.* *St.*

— LARTIDIA COMINIA (?).

1273 COMINIA VIPSANIA DIGNITAS, L. f., clarissima femina *t. Allifanus IX 2336 = D. 7298* positus ei a collegio capulatorum sacerdotum Dianae. *St.*

1274 Q. COMIVS ARMIGER CRESCENS, *tribu* Arn(ensis) *(si vere tribus fuit, in t. ponitur loco non suo),* clarissimus vir, [X] v(i)r stilitibus *(sic)* iudicandis, sevir turmae secundae eq(uitum Romanorum), quaestor, ab actis senatus, aedilis curulis *(vix post Severum Alexandrum cf. Jardé Etud. sur Sév. Alex. 51 sq.) VIII 25822 t. Sicilibbensis (a lapicida corruptus), qui cursum honorum ordine inverso exhibet.* Patronus Sicilibbensium *t. Origine sine dubio Afer.* *Gr.*

— C. COSCONIVS COMMODIANVS.
— T. FL(AVIVS) APER COMMODIANVS.
1275 ..... [COM?]MODVS, co(n)s(ularis) (Syriae Palaestinae) sub imp. Vero *non post a. 163 III 6645 t. mutilus Hierichunte repertus. Si recte editores cognomen quod est* Commodus *suppleverunt, potest idem esse atque* C. Iulius Commodus Orfitianus, *in quo vide.* *Gr.*
— IMP. CAESAR M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVGVSTVS.
— L. CEIONIVS COMMODVS.
— C. IVLIVS COMMODVS ORFITIANVS.
— **Badius Comnianus** *vel* **Com(i)nianus.**
— IVLIA CONCESSA.
— **Calpurnius Concessus.**
— GALLIENVS CONCESSVS.
— **[A]ur(elius) Concordiu[s].**
— SEX. QVINTILIVS CONDIANVS.
1276 Conon, dux quidam, qui seditionem Alexandrinorum sedavit *paulo ante orationem a Dione Prusensi habitam 32, 72 (inter a. 105 et 112, cf. v. Arnim Leben u. Werke des Dio 435—438).* *St.*
1277 Conopas, pumilio in deliciis Iuliae Augusti neptis *Plin. n. h. 7, 75.* *St.*
1278 CONSIDIVS, praetura functus, a. 31 (P.) Pomponium Secundum accusavit *Tac. a. 5, 8. Fortasse non diversus a* L. Considio Gallo *(n. 1280).* *Gr.*
1279 Considius Aequus, eques Romanus, quod fictis maiestatis criminibus Magium Caecilianum praetorem petivisset, auctore principe ac decreto senatus punitus a. 21 *Tac. a. 3, 37.* *St.*
1280 L. CONSIDIVS GALLVS, L. f. *(fortasse ex posteris* Q. Considii Galli *Cic. fam. 12, 26, 1)*, praefectus urbis *(sc.* feriarum Latinarum), quaestor, tribunus plebis, praetor inter civis et peregrinos; XV vir sacris faciundis *VI 31705 t. sepulcralis(?). Nescio an idem sit atque* Considius *n. 1278.* *Gr.*
1281 Considius Proculus, a Q. Pomponio (Secundo) postulatus *(nota P. Pomponium Secundum a Considio praetorio, n. 1278, accusatum)* maiestatis a. 33 damnatus et interfectus; sorori eius Sanciae *(vel* Sanctae*)* aqua et igni interdictum *Tac. a. 6, 18.* *St.*
— (Considia) Sancta *v.* Sancia.
— (SERVILIA) CONSIDIA.
1282 L. Consitius *(sic traditur in plerisque Plinii codicibus,* cossicium *in aliis,* cossitium *ap. Gellium)*, civis Thysdritanus, mutatus nuptiarum die in marem, quem in Africa vidit Plinius *n. h. 7, 36, inde Gell. 9, 4, 15*, vivebat cum scripsit Plinius *Gell. l. l.* *St.*
1283 CONSIVS QVARTVS, clarissimus vir *X 8059, 123 in signaculo. Idem memorari videtur in t. Baetico mutilo bis descripto II 1270, ubi traditur* Consio

Quarto praetorio quaestorio *vel* Consio Quarto..... quaestorio..... praetorio..... legionis..... ser..... merito..... *Huius puto filius* M. Aurelius Consius Quartus iunior, clarissimus vir, corrector Flaminiae et Piceni *aetate Diocletiani ut videtur VI 1700 = D. 1249.* *Gr.*

— SEIA POTITIA CONSORTIANA.

— **Ael(ius) Constans.**

— **Claudius Constans.**

— **T. Flavius Constans.**

— **Ra[e]cius(?) Constans.**

1284 Constantina, soror imperatoris Claudii Gothici, nupta tribuno Assyriorum, in primis annis defuncta *vita Claud. 13, 3; ficta omnino, cf. supra A 1626.* *St.*

— **Aur. Con[stantin]us.**

— Consultius, *signum* L. Titini Clodiani.

— C. (Flavius) Consus.

— Contuccius, *agnomen* Sex. Corneli Repentini *(infra n. 1429).*

— Galeria Copiola.

1285 **Coponius,** eques Romanus, procurator Iudaeae iure gladi a. 6 p. C. ab Augusto praepositus *Ios. bell. 2, 117 sq.; ant. 18, 2. 29—31.* *St.*

1286 Coranus, scriba, cui nupsit filia Nasicae captatoris testamenti *quo tempore Caesar Octavianus Actii vicerat Hor. s. 2, 5, 57. 62 sqq.* *St.*

1287 Coranus, miles praetorianus, quem pater captavit *Iuvenal. 16, 54—56.* *St.*

— Hortensius Corbio.

1288 Corbulo ut homo fortissimus *memoratur Iuvenal. 3, 251; schol. ignorant quinam fuerit. Nescio num idem sit Cn. Domitius Corbulo.* *St.*

— CN. DOMITIVS CORBVLO.

— Q. IVLIVS CORDINVS RVTILIVS GALLICVS *v.* C. Rutilius Gallicus.

1289 **Cordius** (Γορδίου *Dio)*, auriga *Dio exc. 79, 15, 1. vita Elagab. 6, 3; 12, 1*, quem Elagabalus primo in certamine curruli socium, post in omni vita et actu participem habuit *vita 6, 3*, praefectum vigilum fecit *vita 12, 1.* Remotus est denique ab Elagabalo *ib. 15, 2.* *St.*

1290 M'. CORDIVS RVFVS, M'. f., praetor, proco(n)s(ul) *(vix* praetor pro consule, *ut statuerunt Mommsen St. R.* 2^3 *650, 2, Lommatzsch ad* I^2 *781. 782);* aedilis lustr(alis) mon(itor) sacr(orum) (Tusculi) *XIV 2603 =* I^2 *782 = D. 902 t. Tusculanus (sepulcralis ni fallor). Idem sine dubio* M'. Cordius Rufus III vir (monetalis), *qui intra a. 49—43 a. C. ut videtur nummos argenteos cudendos curavit Babelon Monn. rép. 1, 383 sqq., 1—9 (cf. v. Bahrfeldt Num. Z. 28, 92 sq.). Grueber Coins 1, 523 sqq., 4037—4048. In nummis Babelon n. 1. 2 = Grueber n. 4037—4039 Castores repraesentavit originem suam Tusculanam indicans (cf. Borghesi 1, 269 sq.).* *Gr.*

— Aelius Corduenus.

1291 Cordus, quem Martialis dicit alpha paenulatorum *2, 57, 4; 5, 26*, homo elegans, cui tamen census equester non fuit *ib. 5, 23, 8.* *St.*

1292 Cordus, poeta qui Theseida scripsit *Iuvenal. 1, 2 (cum schol.). Serv. Aen. 1 p. 4, 2 Thilo (traditur* Codri, *item in codice Pithoeano Iuvenalis a manu recentiore); 11, 458.* *St.*

— Aelius Iunius Cordus.

— CAESIVS CORDVS.

— A. Cremutius Cordus.

— Q. IVLIVS CORDVS.

— MARIVS CORDVS.

— Valerius Cordus.

— **Minicius Corellianus.**

1292 a Corellius, eques Romanus Ateste genitus insevit castaniam in Neapolitano agro, quae ab eo nomen accepit; postea libertus eius *(nomen corruptum)* Corellianam iterum insevit *Plin. n. h. 17, 122, cf. 15, 94. Aetatis incertae.* — Corellii liberti *in titulis haud longe Ateste rep. Not. d. sc. 1930, 281.* *St.*

1293 CORELLIVS PANSA, consul ordinarius a. 122 cum M.' Acilio Aviola. *In consulatu:* Corellius Pansa *VI 10048 = D. 5287, ceterum* Pansa *in titulis fastisque.* Sparsa *(sic) Ps. Augustin. de mirab. s. script. 2, 4 Migne Lat. 35, 2176.* — *Veri simile videtur eum more hominum nobilium illius aetatis ut polyonymum nomina paterna conflasse cum aliis ex materno genere petitis; potest igitur idem esse atque* Corelliae Hispullae *(n. 1296)* filius, Q. Corellii Rufi *(n. 1294)* nepos, *cuius mentionem facit Plinius (nomine non adposito) in epist. 3, 3 ad matrem adulescentis data; cf. § 1:* 'enitar, ut filius tuus avo similis existat, equidem malo materno: quamquam illi paternus etiam clarus spectatusque contigerit, pater quoque et patruus inlustri laude conspicui'; *§ 6:* 'quibus imaginibus oneretur, quae nomina et quanta sustineat'. *Nescio an avus ille paternus idem fuerit atque* M. Hirrius Fronto Neratius Pansa *consul aetate Vespasiani (cf.* Neratius Corellius *IX 1455 II 14 = D. 6509).* *Gr.*

1294 Q. CORELLIVS RVFVS *memoratur in dipl. mil. III p. 1960 = D. 1995 (1); consulatus eius indicari videtur in fragmento t. suburbani XIV 4276 (2) cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 23.*

Q. Corellius Rufus *t. 1;* Corellius *t. 2;* Corellius Rufus *vel* Corellius *Plin.* — Consul m. Oct.(?) *a. inc.* cum (L. Funisulano?) Vettoniano *t. 2, si ad hunc pertinet. Hi consules nescio an fasces gesserint a. 78, v. supra n. 174; Corellium paucis annis ante legationem Germanicam consulatu functum esse certum est.* Legatus Aug. pr. pr. Germaniae (superioris) a. 82 (d. 19 m. Sept.) *t. 1.* Ab imp. Nerva ad curam agrorum emendorum dividendorumque electus Claudium Pollionem adiutorem adsumpsit

Plin. epist. 7, 31, 4 (cf. Dio 68, 2, 1). — Tertio et tricensimo aetatis anno pedum dolore correptus est; patrius hic illi *Plin. 1, 12, 4.* Longa valetudine conflictatus vitam inedia finivit *ib. 1, 12;* implevit annum septimum et sexagensimum *ib. § 11.* — Hispulla uxor *ib. § 3. 7. 9. 10.* Sorores *ib. § 3,* una ex his Corellia *(n. 1295) ib. 7, 11, 3.* Corellia Hispulla filia *ib. 1, 12, 3. 9; 3, 3, 1; 4, 17, 2. 4. 9.* Nepos (ex filia) *commemoratur ib. 1, 12, 3 (cf. n. 1293).* Amici: Plinius *ib. 1, 12; 3, 3; 4, 17; 7, 11, 3; 9, 13, 6* (Plinio in petendis honoribus suffragator et testis *ib. 4, 17, 6;* a Plinio in consilium adhibitus *ib. 5, 1, 5),* (C. Iulius) Cornutus Tertullus *ib. 4, 17, 9,* C. Geminius *ib. 1, 12, 9.* — Laudes eius *Plin. 1, 12, 3; 3, 3, 1; 4, 17, 4. 9; 9, 13, 6.* *Gr.*

1295 CORELLIA, (Q.) Corellii Rufi soror, Minicii Iusti uxor *Plin. epist. 7, 11, 3. 4 cf. 1, 12, 3.* Filius eius *memoratur nomine non posito ib. 7, 11, 4.* Fratri superstes *ib. 1, 12, 3; 7, 11, 3.* Matri Plinii familiarissima *ib. 7, 11, 3.* Plinius ad eam scripsit *epist. 7, 14.* *Gr.*

1296 CORELLIA HISPVLLA, (Q.) Corellii Rufi et Hispullae filia *Plin. 1, 12, 3. 9; 3, 3, 1; 4, 17, 1. 4. 9.* Maritus eius *commemoratur nomine omisso ib. 3, 3, 1.* Iulium Genitorem ut praeceptorem filii *(cf. 1, 12, 3)* adulescentis commendat Plinius *ib. 3, 3.* Idem causam Corelliae contra C. Caecilium (Strabonem) consulem designatum suscipit *ib. 4, 17 (v. supra n. 85).* — Plinius ad eam dedit *epist. 3, 3.* — *Corelliae filius nescio an fuerit* Corellius Pansa cos. a. 122 *(n. 1293), in quo vide.* *Gr.*

— AVFIDIVS CORESNIVS MARCELLVS.

1297 CORFIN[IV]S FELIX inter pueros (clarissimos), qui carmen cecinerunt ludis saecularibus a. 204 *Not. d. sc. 1931, 345 (tab. 10) v. 87 = Huelsen Rh. Mus. 1932, 394.* *Gr.*

— STATILIVS CORFVLENVS.

1298 Corinthus, stupidus *Iuvenal. 8, 197.* *St.*

1299 **T. Cornasidius Sabinus,** T. f., Fabia, egregius vir, praefectus cohortis I Montanorum, tribunus legionis II Augustae, praefectus alae veteranorum Gallorum, subpraefectus classis praetoriae Ravennatis, procurator Alpium Atractianarum et Poeninarum iure gladii, procurator Augusti Daciae Apulensis; patronus coloniae (Faleriensium), augur, Laurens Lavinas, aedilis, duovir q(uin)q(uennalis), q(uaestor) p(ecuniae) p(ublicae) *tit. Falerione Piceni rep. IX 5439 = D. 1368, in memoriam eius positus.* Filius T. Cornasidius Vesennius Clemens *ib.* *St.*

1300 T. Cornasidius Vesennius Clemens, filius T. Cornasidi Sabini, equo publico, Laurens Lavinas *t. Faleriensis IX 5439 = D. 1368.* *St.*

— RVFRIA OVINIA CORNELIANA *v. sub Oviniis.*

1301 Cornelianus, amicus Plinii *epist. 6, 31.* *St.*

1302 Cornelianus, qui scripsit κατὰ Βερονίκης *Stob. 3, 4, 45 (1 p. 230 sq. H.).* *Incertum, num recte Berenicen fuisse illam imperatoris Titi amicam (v.*

Iulia Berenice) coniecerit Buecheler Rh. Mus. 1908, 193, neque veri similius eundem esse Cornelianum cui scripsit Apollonius (Tyanensis) *Stob. 4, 53, 34 (3 p. 1107 H.).* *St.*

1303 **Cornelianus,** ab epistulis graecis imperatorum *(Marci et Veri vel Marci et Commodi),* cui Phrynichus dicavit ἐκλογὴν ῥημάτων καὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν eius iussu scriptam *Phryn. p. 1. 225. 379. 418 Lob. Fortasse non diversus* Cornelianus rhetor, pater Metrophanis sophistae Lebadea oriundi *Suid. s.* Μητροφάνης *1010 Adler.* *St.*

1304 CORNELIANVS, consul (suffectus) cum Aureliano idibus Mais *unius ex annis 180—182 VIII 10570 = D. 6870. Fortasse* L. Attidius Cornelianus *supra A 1342.* *Gr.*

1305 ...... CORNELIANVS *memoratur in actis lud. saec. a. 204 VI 32334 v. 5 fortasse inter pueros, qui Troiam luserunt (ut coniecit v. Premerstein Wien. St. 22, 148).* *Gr.*

— L. ATTIDIVS CORNELIANVS.

— **M. Attius Cornelianus.**

— AVRVNCVLEIVS CORNELIANVS.

— P. [CA]LPVR[N]IVS [PROC]L[VS?] COR[N]ELIANVS.

— .... VS CLAVD[IVS] ..... CORNELI[ANVS?]

— L. CLAVDIVS PROCVLVS CORNELIANVS.

— Q. F(ABIVS) IVLIANVS OPTATIANVS L. FABIVS GEMINVS CORNELIANVS.

— C. MARIVS PVDENS CORNELIANVS.

— L. MVMMIVS FELIX CORNELIANVS.

— L. OVINIVS RVSTICVS CORNELIANVS.

— P. POMPONIVS CORNELIANVS.

— **T. Porcius Cornelianus.**

— C. SERVAEVS FVSCVS CORNELIANVS.

— (SEXTIVS) CORNELIANVS.

— Sulpicius Cornelianus.

— Q. VOLVSIVS FLACCVS CORNELIANVS.

1306 .. CORNELIVS, consul suffectus a. 38 a. C. cum L. Marcio Philippo *I² p. 65; v. infra* [P.] Cornelius Scipio *n. 1437.* *Gr.*

1307 Cornelius, qui una cum Servilio Mamercum Aemilium Scaurum accusavit a. 34 *Tac. a. 6, 29. 30.* Paulo post ambo, quia pecuniam ob delationem omittendam ceperant, aqua et igni interdicto in insulam relegati sunt *ib. 6, 30. Alteruter videtur* Tuscus ille qui Scaurum Mamercum maiestatis reum fecit *Sen. suas. 2, 22, ut pleno nomine Cornelius Tuscus nuncupatus sit nisi eum eundem esse atque C. Cornelium Crispum (infra n. 1342) et Servilium cognominatum esse Tuscum sumere mavis. Sed potest fuisse Tuscus accusator Scauri, cum primum a. 32 maiestatis postularetur Tac. a. 6, 9.* *St.*

1308 Cornelius, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς (centurio

cohortis Italicae) Caesareae Iudaeae *(circa a. 40) acta apost. 10, 1; narratio dubiae fidei historicae (cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volkes 1*[4]*, 462 sq. Ed. Meyer Urspr. u. Anf. des Christent. 3, 147), amplius conficta a christianis posterioribus.* *St.*

1309 Cornelius, miles Romanus, frater Longi, a. 70 Hierosolymis *Ios. bell. 6, 187.* *St.*

1310 Corn[elius] . . . . . . *memoratur in t. graeco permutilo Corinthi rep., Corinth 8, 1, 110 c v. 4. Num idem sit* [ἀν]θύπατ[ος] *(scil.* Achaiae) *ib. d v. 2, omnino incertum. Fieri potest ut significetur Cn. Cornelius Pulcher (infra n. 1424).* *Gr.*

1311 Cn. Cornelius, architectus, aequalis Vitruvii *1 praef. 2.* *St.*

1312 CN. CORNELIVS . . . . . . Inter kalatores pontificum et flaminum *nominatur* a. 101 Cn. Cornelius Philargyrus *VI 32445. Patronus eius vix fuit* Cn. Pinarius Cornelius Severus rex sacrorum *n. 1453* *Gr.*

1313 L. CORNELIVS, consul suffectus a. 722 = 32 a. C. cum M. Valerio *I*[2] *p. 68 = VI 10286/7. Idem puto atque* L. Cornelius Cinna *n. 1338.* *Gr.*

1314 L. CORN[E]LIVS(?), consul (suffectus) cum M. Coelio d. 18 m. Mart. *a. inc. Rev. d. philol. 36, 75 t. Iconii rep.; cf. supra n. 1237.* *Gr.*

1315 L. CORNELIVS . . . . . . *Ex nominibus* L. Cornelii Helii *et* L. Cornelii Blasti kalatorum pontificum et flaminum a. 101/102 *VI 32445. 31034 apparet patronos eorum tunc temporis vel pontifices vel flamines fuisse. Alteruter fortasse* L.(?) Cornelius Priscus *n. 1420.* *Gr.*

1316 L. CORNELIVS . . . . . . *v. in eo qui praecedit.* *Gr.*

1317 P. Cornelius. *In fine t. Forulani mutili IX 4395* P. Cornelio . . . . . *(versus erasus) num subsit consulatus indicatio, parum constat.* *Gr.*

1318 P. CORNELIVS . . . . Inter kalatores pontificum et flaminum a. 101/102 recensetur primo loco P. Cornelius Ialyssus *VI 32445. 31034. Nescio an patronus eius pertineat ad stirpem Dolabellarum; v. infra* Ser. Cornelius Dolabella Petronianus *n. 1351.* *Gr.*

1319 Q. COR[NELIVS] . . . . ., unus ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministraverunt a. 155 (d. 17 et 20 m. Mai) *VI 2086.* *Gr.*

1320 SERVIVS CORNELIVS cum Salvio Iuliano edictum composuit *ecloga legum Ius graecorom. ed. Zachariae a Lingenthal 2 p. 280. V. infra* Ser. Cornelius Scipio Salvidienus Orfitus cos. a. 149 *(n. 1447).* *Gr.*

— . . . CELER . . . [M]AXIMVS CORNELIVS . . . L . SINVS *v. supra n. 629.*

1321 T. CORNELIVS ANN(A)EVS FVSCVS, salius Palatinus cooptatus a. 170 *VI 1978 = D. 5024. Fortasse ex posteris* Cornelii Fusci *n. 1365.* *Gr.*

1322 P. CORNELIVS ANVLLINVS, consul II a. 199. *Tituli:* ei positus est *t. Iliberritanus (mutilus) II 2073, melius 5506 = D. 1139 (1); memoratur in titulis mutilis Germaniae superioris XIII 6542 = Haug-Sixt*[2] *615, 432 (2), XIII 6543 = Haug-Sixt*[2] *617, 433 (3), in t. prope Carthaginem rep. VIII 1170 (p. 931) = D. 413 (4). Num huius nomina reponenda*

sint in frustulo diplomatis mil. III p. 1994 = XIII 7380 (5), non satis constat (cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 33).

In consulatu altero: P. Cornelius Anullinus *VI 2270 = D. 4331;* Λ. *(errore)* Κορνήλιος Ἀνυλλεῖνος *IGR 1, 1498, ceterum* Anullinus *in titulis fastisque.* — P. Cornelius P. f. Galeria Anullinus *t. 1;* Cornelius Anullinus *t. 4;* P. Cor. An . . . . . . us *t. 2;* P. Corne . . . . . . us *t. 3;* . . . . . . [ul?]linus *t. 5;* Ἀνυλλῖνος *Dio;* Anulinus *epit. de Caes.* — *Origine* Iliber(ritanus) *t. 1.* Clarissimus vir *t. 4. Honores eius suscepti ante alterum consulatum recensiti fuerunt in t. 1 turbato ordine.* Quaestor, tribunus plebis, praetor *t. 1.* Legatus (proconsulis) provinciae Narbonensis *incertum utrum ante an post praeturam t. 1.* Legatus legionis VII geminae *(praetorius) t. 1.* Proconsul provinciae Baeticae *t. 1 (ubi ponitur ante legationem legionis vix recte).* [Legatus] Aug. pr. pr. pro[vinciae] *nescio cuius praetoriae t. 1 v. 7 (de supplemento* [Germaniae superioris] *cogitare nolim).* Consul *t. 1 suffectus a. inc. paullo ante a. 176, id quod colligi potest ex tempore et legationis Germaniae et proconsulatus Africae.* Legatus Aug. pr. pr. (Germaniae superioris) *t. 2. 3 cf. 5. Qua legatione eum functum esse imperante Marco recte collegit Ritterling Germania 1, 1917, 65 sq. ex mentione* liberorum (Augusti) *t. 2* ([liberoru]mque eiu[s]). *3, neque tamen pro certo habendum est quod idem vir doctus statuit Anullinum provinciae praefuisse intra a. 178—180; his enim annis Augusti duo rem publicam tenuerunt. Itaque Anullinus iam antequam Commodus adsumptus est in societatem imperii, i. e. ante aestatem fere a. 177, Germaniae superiori praefuerit necesse est (paullo aliter E. Stein ap. Ritterling Fasti 32 sq.).* Curator alvei et [riparum Tiberis] *(fortasse ante legationem Germanicam) t. 1.* Proconsul provinciae Africae *t. 1. 4* a. 193/194, *cum* Septimius Severus *in t. 4 dictus sit* trib. [pot]est. cos. des. II. *Autumno a. 194 ut videtur* dux Septimii Severi Pescennium Nigrum vicit *Dio-Xiph. 74, 7, 1; 4—8 (cf. Hasebroek Sept. Sev. 61). A. 195* dux Severi in expeditione Adiabenica *Dio-Xiph. 75, 3, 2 (cf. Hasebroek 77 sq.).* Praefectus urbi *(iam ante consulatum alterum) t. 1, haud dubie ipso anno iterati consulatus; videtur successisse C. Domitio Dextro cos. II a. 196, ipsi successit L. Fabius Cilo praefectus urbi a. 203 (cf. VI 1409).* Consul II ordinarius a. 199 cum M. Aufidio Frontone *v. supra (iterationis nota adest VI 1352. 2270. VIII 14589. XIII 11352. XIV 4322. IGR 1, 1498); huius consulatus mentio fortasse restituenda in fragmento urbano Not. d. sc. 1933, 509, 235 v. 5* . . . nelio . . . . *(ut suspicatur Paribeni).* — Fuit inter amicos Severi, quos hic ditavit aedibus quoque memoratu dignis *epit. de Caes. 20, 6. — Huius filius sine dubio is qui sequitur. Qui cum salius factus sit, vel ipse vel pater inter patricios adlectus sit necesse est.* *Gr.*

1323 P. CORNELIVS ANVLLINVS, consul a. 216. *In consulatu:* P. Cornelius Anullinus *III p. 891 = D. 2007 dipl. mil.;* P. C. . . . . . *XIV 4562, 4;*

Cornelius Anullinus *XIV 2596 = D. 453. II 2221 = D. 6906;* Cor. Anullinus *II 2663 = D. 2335;* Cornelius *III 7531; ceterum* Anullinus (Venustus *fastorum laterculi nonnulli Chron. min. 1, 435. 702; 2, 145, ubi consulatus annorum 216 et 240 inter se confunduntur).* — Cornelius Anullinus *VI 1982.*

Filius sine dubio eius qui praecedit. Salius Palatinus exit e collegio a. 201 augur factus *VI 1982.* Consul ordinarius a. 216 cum P. Catio Sabino II *v. supra.* *Gr.*

1324 CN. CORNELIVS AQVILIVS NIGER, legatus legionis I Minerviae piae fidelis, item *(sic)* proconsul provinciae Galliae Narbonensis, item sodalis Hadrianalis, dedicavit Apollini Livici *t. Bonnensem XIII 8006 (de sinceritate tituli dubitat Klebs PIR[1] C 1068 sine idonea causa). Statueris Nigrum statim ex legatione proconsulatum sortitum esse. — Ex posteris ut opinor* Q. Aquilii Nigri consulis a. 117 *(supra A 996).* *Gr.*

1325 CORNELIVS AQVINVS, legatus legionis, una cum Fabio Valente Fonteium Capitonem legatum exercitus Germanici inferioris interfecit a. 68 *Tac. h. 1, 7. Cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 54.* *Gr.*

1326 CORNELIVS ARCHELAVS, vir clarissimus, patronus collegii sacerdotum domus Augustae Palatinae *aetate Commodi VI 2010.* *Gr.*

1327 Cornelius Avitus, qui Chalcedonem a Gothis aetate Gallieni dirutam aliqua parte reparavit *Iord. Get. 20, 107.* *St.*

1328 CORNEL(IVS) AVR(ELIVS) THEODORVS, consularis, maritus Fl(aviae) Demetriae Flac(c)illae, pater M. Cornelii Aur(elii) Zenonis *t. Ephesius ineditus (in schedis Inst. archaeol. Austr. servatus).* Uxor *memoratur in t. IGR 4, 1576 Tei rep.* (πραγματευτὴς Φλ. Δημητρίας Φλακίλλης ὑπατικῆς). *Medio vel labente III saec. ut opinor.* *Gr.*

1329 M. CORNELIVS AVR(ELIVS) ZENO, ὁ κράτιστος, filius eius qui praecedit et Fl(aviae) Demetriae Flac(c)illae *t. Ephesius ineditus.* *Gr.*

1330 Cornelius Balbus. Epistula *(ficticia)* imp. Marci ad eum *vita Nigri 4, 1—3.* *Gr.*

1331 L. CORNELIVS BALBVS *memoratur in actis triumph. Capitolinis I[2] p. 50, in nummis a) aeneis Gaditanis, qui in parte adversa exhibent caput Herculis, in aversa instrumenta pontificalia cum inscriptione* Balbus pont. *Eckhel 1, 20. Mionnet 1, 14, 109 sq. Suppl. 1, 26, 149 sq. Delgado Medallas autónomas de España 2, 64 sq., 83—89. Non satis constat, utrum ad hunc an ad patruum eius pertineant nummi b) argentei originis incertae in parte adversa exhibentes inscriptionem* C. Caesar III vir r. p. c., *in aversa clavam adscripto* Balbus pro pr. *Eckhel 5, 179. Babelon Monn. rép. 1, 429 sq., 77. 78 (aureum similem musei Parisiensis falsum iudicat v. Bahrfeldt Röm. Goldmünzenpräg. 63 sq.). Ad Balbum alterum utrum refert Delgado l. l. 1, 129; 2, 77 litteras singulares* BA *vel* B *in nummis Cordubensibus et Gaditanis, nescio num recte.*

L. Cornelius P. f. Balbus *acta triumph.* — Balbus Cornelius minor *Cic. Att. 11, 12, 1; ceterum apud scriptores* Cornelius Balbus *vel* Balbus minor *vel simpliciter* Balbus. — Gaditanus civitatem Romanam accepit cum patruo L. Cornelio Balbo maiore *(fortasse opera L. Cornelii Lentuli cos. a. 49 a. C.) Plin. n. h. 5, 36 = Solin. 29, 7. Strabo 3, 169. Vell. 2, 51, 3. Tac. a. 11, 24 (cf. Muenzer RE 4, 1261).* Caesar *m. fere Febr.* a. 49 a. C. eum ad L. Lentulum consulem misit cum litteris, ut Romam rediret *Cic. Att. 8, 9, 4; 8, 11, 5; 8, 15 A 3 (epistula Balbi maioris ad Ciceronem scripta); 9, 6, 1.* A. 48 a. C. apud Dyrrhachium vulneratus *Caes. b. c. 3, 19;* castra Pompeianorum ingressus saepius cum Lentulo conlocutus est *Vell. 2, 51, 3, qui* Lentulum *errore* consulem *appellat; recte* proconsul *dicitur ab Asinio Pollione ap. Cic. fam. 10, 32, 3.* Epistulae Balbi minoris ad Ciceronem datae a. 47 a. C. *memorantur Cic. Att. 11, 12, 1* (d. 8 m. Mart.), a. 45 *ib. 12, 38, 2* (d. 6 m. Mai). Aestate a. 45 Romae fuit *ib. 13, 37, 1; 49, 2.* A. 43 quaestor C. Asinii Pollionis in Hispania (ulteriore) Gadibus rapinas caedesque exercuit; grandi pecunia coacta kal. Iuniis ad Calpen in regnum Bogudis se traiecit *Asinius Pollio ap. Cic. fam. 10, 32, 1—3. 5. Nummi b si ad hunc pertinent, auspiciis* Caesaris triumviri *intra a. 41—38 provinciam nescio quam (unam ex Hispanicis ut videtur)* pro praetore *rexit; eundem esse* Λεύκιον legatum Hispaniae *(citerioris? cf. Ganter Provinzialverw. d. Triumvirn 14)* a. 40 a. C. *App. b. c. 5, 54, 229, conieci RE 4, 1270 (de Balbo maiore cogitat Muenzer ib. 1267).*

Ex privato consularis *Vell. 2, 51, 3, quae verba mihi ita interpretanda esse videntur, ut Balbus nullo magistratu curuli functus sit. Videtur adlectus esse ab Augusto inter consulares* (L. Cornelium consulem suffectum a. 32 a. C. *diversum ab hoc putaverim; cf. n. 1313).* Proconsul Africae *(a. 21/20 a. C. ni fallor)* Garamantes vicit; d. 27 m. Mart. a. 19 triumphavit ex Africa *acta triumph. Vell. l. l. Strabo 3, 169. Plin. n. h. 5, 36 (= Solin. 29, 7). 37* unus omnium curru externo et Quiritium iure donatus *Plin. l. l. 36.* A. 13 a. C. theatrum Romae dedicavit spectaculis editis; Tiberius consul eum honoris causa primum in senatu sententiam rogavit *Dio 54, 25, 2.* — Pontifex *Vell. l. l.; nummi a.* — Gadibus quattuorvir *a. 44/43 a. C.* ('quattuorviratum sibi prorogavit') *Pollio ap. Cic. fam. 10, 32, 2.* — Theatrum Balbi *commemoratur in fragmento formae urbis Romae VI 36619, 45* (theatrum [Bal]bi). *Not. region. urb. (regio IX) p. 51 Jordan, curiosum urb. (ib.) Jordan Topogr. 2, 555; Jordan-Huelsen ib. 1, 3, 579. Suet. Aug. 29, 5. Plin. n. h. 36, 60. Tac. a. 3, 72. Dio 66, 24, 2. Auson. lud. sept. sapient. 40; de* crypta Balbi *(not. reg., curios. urb. ll. ll.) cf. Huelsen RE 4, 1732.* Gaditanis 'urbem novam' condidit et navalia exstruxit *Strabo 3, 169.*

Ludis, quos Gadibus fecit a. 43 a. C., praetextam de suo itinere ad

L. Lentulum procos. sollicitandum posuit *Pollio ap. Cic. l. l. 3. 5. Idem videtur* Cornelius Balbus, *qui adfertur* de Herculis sacris ἐξηγητικῶν libro octavo decimo *Macrob. 3, 6, 16*, de Hymenaeo *Serv. Verg. Aen. 4, 127 (de patruo eius cogitaverunt viri docti nonnulli, cf. de hac quaestione Teuffel*[6] *§ 209, 4).*

Huius fortasse filia Cornelia Norbanor[um] mater *(scil.* C. Norbani Flacci cos. a. 15 et L. Norbani Balbi cos. a. 19) *VI 16357, uxor igitur C. Norbani Flacci consulis a. 24 a. C. (cf. V 3575* L. Cornelio L. f. Pob. Balbo Norbano). *Quomodo cohaereant cum Corneliis Balbis Gaditanis* Cornelii Balbi Veronenses *V 3574. 3575. Not. d. sc. 1893, 8, 16, parum liquet.* *Gr.*

1332 M. Cornelius Bassus Servianus, egregiae memoriae vir, pater Corneliae Servianillae clarissimae feminae *t. Lepcimagnensis Riv. Tripol. 2 (1925/6), p. 70 = Bull. com. 55, 83, 4.* *St.*

1333 L. Cornelius Bocchus. *Tituli in Lusitania rep. II 35 (1). 5184 (2) = D. 2920. 2921. Eph. ep. 8 p. 356, 4 (3) = II 5617 (= 2479). Tria nomina extant t. 1, extabant t. 2. 3.* C. f. *t. 1;* L. f. *t. 2 (errore ut videtur).* Praefectus fabrum *t. 3*, tribunus militum legionis III Augustae *t. 1* (tr. mil. *t. 2. 3);* flamen provinciae *t. 1. 2. [3]*, (in colonia sua) praefectus Caesarum bis, [pon]t(ifex) perpetuus, flamen perpetuus *t. 3. Idem videtur* Cornelius Bocchus auctor Plinii *n. h. ind. l. 16. 33. 34. 37*, *qui adhibetur* de rebus Hispanicis *16, 216; 37, 127 et potissimum* de Lusitania *37, 24. 97. Minus certum, num idem sit* Bocchus ex quo *quaedam chronographos redolentia petiit Solinus 1, 97; 2, 11. 18, cf. Mommsen in ed.*[2] *p. XIV.* *St.*

1334 Cornelius Capitolinus, adfertur de Zenobia *vita tyr. trig. 15, 8.* *St.*

1335 A. Cornelius Celsus. *Tria nomina in titulo librorum medicinae codd. FIV (Marx); ceterum* Cornelius Celsus *sive* Celsus. Columellae temporum vir *Colum. 1, 1, 14; 3, 17, 4, cf. 4, 8, 1.* (Iulius) Graecinus *(interfectus ab imperatore Gaio inter a. 39 et 41)* eum transcripsit *Plin. n. h. 14, 33.* Mediocri vir ingenio non solum de his omnibus conscripsit artibus *(quae quomodo intellegenda sint, exposuit Kappelmacher (v. infra) p. 1—18),* sed amplius rei militaris et rusticae et medicinae praecepta reliquit *Quintil. 12, 11, 24*, prior patre (Iunio) Gallione *(damnato a. 32) ib. 3, 1, 21.* Celsus libros suos a varietate rerum cestos vocavit *schol. Plaut. Bacch. 69 p. VI Ritschl (1849) vix recte.* Celsus orator, qui septem libros institutionum scriptos reliquit *schol. Iuvenal. 6, 245. Inter scriptores rei militaris nominatur* Cornelius Celsus *Veget. 1, 8.* Non solum agricolationis sed universae naturae prudens *Colum. 2, 2, 15.* De philosophia scripsit non parum multa *Quintil. 10, 1, 123. 124.* Opiniones omnium philosophorum, qui sectas varias condiderunt, usque ad tempora sua sex non parvis voluminibus quidam Celsus absolvit *Augustin de haeres.*

prooem. Migne 42, 23, quae verba ad hunc spectare eiusdemque philosophorum opiniones *Quintil. 12, 11, 17 significare videntur.*

Conscripsit *igitur aetate fere Tiberii* libros, quibus Artes inscriptae sunt, qui praeter philosophiam et opiniones philosophorum continebant: De re rustica libros quinque *Colum. 1, 1, 14, quorum quae supersunt fragmenta collegit Marx p. 5—13.* Medicinam, *quae sola servata est integra* libris octo (= Artium libris VI—XIII) *rec. Fr. Marx in Corp. Medic. Lat. 1 (1915).* De arte rhetorica libros septem *schol. Iuvenal. l. l., fragmenta ed. Marx p. 411—421.* De re militari, *cuius librorum numerus ignoratur; neque nimis tribuendum est testimonio Lydi de mag. 1, 47 neque maiorem fidem meretur quod idem 3, 33 refert* Celsum librum singularem de bello Parthico scripsisse, *cf. Marx p.* XXI et 421 sq.; quae sequuntur verba Lydi 3, 34 de expeditione Corbulonis Nerone principe cave a Celso scripta esse putes. De Celso (qui ipse Catonem potissimum adhibuit) fonte Vegetii vide D. Schenk Klio Beih. 22, 26—39. — Idem fortasse* A. Cornelius Celsus *cum* Sabinia Sabina (uxore) *VI 36285 ut suspicatus est Cichorius Röm. St. 412 non sine quadam probabilitate. Epigramma quod sub nomine* Cornelii Celsi *fertur anth. lat. 1, 2 p. 340, 899 R. confictum esse censet Marx p. 422. Cf. in universum Teuffel 2[7] § 280. Schanz-Hosius 2[4], 722—727. M. Wellmann RE 4, 1273—1276; idem, A. Cornelius Celsus (1913). Marx proleg. in ed. p. V—CIX. (De fontibus contra dixit Wellmann Mitt. z. Gesch. d. Med. 16, 269—290.) A. Kappelmacher Unters. z. Enzykl. des A. Cornelius Celsus, 1918. St.*

— CORNELIVS CETHEGVS, salius Palatinus, collegio exiit a. 180 *VI 1979; v.* (Gavius) Cornelius Cethegus.

— (CORNELIVS?) CETHEGVS salius Palatinus obiit *a. inc. VI 1981; v. supra n. 700.*

— M. CORNELIVS CETHEGVS, consul ordinarius a. 170, *v.* M. (Gavius) Cornelius Cethegus.

1336 SER. CORNELIVS CETHEGVS, consul a. 24 p. C., *commemoratur in t.* servi *VIII 23264 Ammaedarensi. — In consulatu:* .... rnelius Cethegus *I*[2] *p. 71 fasti Arv.;* Σέργ. *(errore pro* Σερούιος) Κορνήλιος Σεργ. *(sic)* υἱ(ὸς) Κέθηγος *Dio ind. l. 57;* Ser. Cornelius Cethegus *VI 10051 = D. 5283;* Servius Cornelius Cethegus *Frontin. aq. 102;* Ser. Cornelius *Cassiodor. Chron. min. 2, 136;* Ser. Cor. *I 765 = Herzog n. 93. Babelon Arethuse 5, 1928, 17, 37 tesserae nummulariae;* Cornelius Cethegus *Tac. a. 4, 17; ceterum* Cethegus *fasti.* — [S]er. Cornelius Cethe[gus] *titulus.*

Ser. filius *cf. Dio l. l. Videtur fuisse ex stirpe Lentulorum, quos cognomina exstinctarum familiarum gentis Corneliae adscivisse constat (cf. Mommsen VI 6072 adn.); ad eandem stirpem pertinet* Lentulus Cethegus *(infra n. 1388) nisi idem est atque is de quo agimus.* — Consul a. 24 cum L. Visellio Varrone *v. supra* in kal. Iul. *fasti Arv.* Proconsul (Africae)

tit., fortasse Gaio imperium obtinente, successor scil. L. Calpurnii Pisonis cos. a. 27 proconsulis a. 39/40 ut videtur (v. supra n. 293). Gr.

1337 P. Cornelius Cicatricula, P. f., Sabatina, tribunus militum, praefectus cohortium civium Romanorum quattuor in Hispania, praefectus classis *(nescio cuius)*, praefectus equitum, primus pilus bis; II vir et II vir quinquennalis, pontifex (Pisauri) *t. Pisaurensis publice positus XI 6344 = D. 2693. St.*

1338 L. (CORNELIVS) CINNA, frater Arvalis, *memoratur in fragmento act. Arv. VI 32338, quod ad a. 21 a. C. pertinere recte ut opinor posuit Hula (cf. supra n. 34). Idem ni fallor statuendus est* Cinna, quaestor P. Dolabellae consulis a. 44 a. C., qui ab equitibus, quos in Asiam ducturus erat, in Thessalia desertus est *Plut. Brut. 25. Cic. Phil. 10, 6, 13 (ubi magistratus Cinnae indicatur, nomen tacetur); 11, 12, 27, neque diversus* L. Cornelius consul suffectus a. 32 a. C. *(n. 1313). Non hic sed pater eius propter aetatis rationes videtur* L. Cornelius Cinna praetor a. 44 a. C. *(de quo v. Muenzer RE 4, 1287 sq.); fratrem huius de quo agitur natu minorem (ex alio autem ni fallor matrimonio patris ortum) putaverim* Cn. Cornelium Cinnam Magnum consulem a. 5 p. C. *(n. 1339). Gr.*

1339 CN. CORNELIVS CINNA MAGNVS, consul a. 5 p. C., *memoratur in t. liberti sepulcrali VI 1961 (1). Ad eundem pertinere videtur fragmentum VI 31701 (2), ubi exstat* Cn. Cinna *(consulatum a. 5 hic indicatum fuisse putaverim). — In consulatu:* Cn. Cornelius L. f. Magni Pompei n. Cinna Mag. *I² p. 29 fasti Capitol.;* Γν. Κορνήλιος Λ. υἱ. Κίννας Μᾶγνος *Dio ind. l. 55;* Cn. Cinna Magnus *VI 851. 10294 (= D. 7341). II 1343 = D. 6097* (anno Cn. Cinnai Magn[i] *cet.);* Cn. Cinna *I² p. 68 = XIV 2801 fasti Gabini. Cassiodor. Chron. min. 2, 136;* Cn. Cin ... *Not. d. sc. 1902, 268 fragmentum fastorum;* Κορνήλιος *Dio 55, 22, 3.* Magnus Pompeius *fasti Hydat. Chron. min. 1, 219, ceterum* Magnus *fasti scripti.* — (Cn. Cornelius) Magnus *t. 1;* Γναῖος Κορνήλιος *Dio 55, 14, 1;* Κορνήλιος *ib. 21, 1; 22, 1. 2;* L. Cinna *Sen. de clem. 1, 9, 2. 6 errore;* Cinna *id. de benef. 4, 30, 2.*

L. f. *fasti Capitol. Dio ind. l. 55.* Magni Pompei nepos *fasti Capitol. (cf. fasti Hydat.);* Cn. Pompei nepos *Sen. de clem. 1, 9, 3 cf. de benef. 4, 30, 2;* θυγατριδοῦς τοῦ μεγάλου Πομπηίου ὤν *Dio 55, 14, 1. Parentes eius ni fallor* L. Cinna *praetor a. 44 a. C.* et Pompeia Magni filia, *quae post mortem Fausti Sullae (a. 46 a. C.) secundas nuptias cum Cinna contraxisse videtur (cf. Muenzer RE 4, 1287 sq. Drumann-Groebe 2, 499; 4, 592). Soror eius puto* (Cornelia) Magna, cuius libertus et servus una cum (Cinnae) Magni liberto *commemorantur in t. 1.* Nobilis *Sen. de clem. 1, 9, 3. Dio 55, 21, 1.* Bellis civilibus contra Caesarem (qui postea Augustus) arma tulit *Sen. l. l. 1, 9, 8. 11; de benef. 4, 30, 2; veri est simile eum a partibus stetisse Sex. Pompei avunculi sui.* Victor Augustus eum servavit, patrimonium ei omne concessit *Sen. de clem. ll. ll.*, sacerdotium

ei petenti dedit *ib. 8.* Ad Augustum cum annum quadragensimum transisset *(sic)* et in Gallia moraretur *(intra a. 16—13 a. C. vel a. 10 a. C.)*, delatum est indicium Cinnam *(qui eum comitatus esse videtur)* insidias ei struere; suadente Livia ei ignovit *Sen. de clem. 1, 9* (adulescens *appellatur ib. § 3, cf. § 5, aperto errore, nam viginti fere annis ante iam arma adversus Caesarem gesserat). Dio 55, 14—22, qui de coniuratione Cinnae ad a. 4 p. C. agit ea re ut opinor motus, quod Cinna anno sequenti fasces gessit. Quae de hac coniuratione traduntur, a Seneca inventa et a Dione ab eo recepta esse statuerunt cum alii tum Fitzler-Seeck RE 10, 370 sq. vix recte, cf. quae admodum probabiliter exposuit Adler ZöGy 1909, 193—208.* Post hoc Augustus detulit ultro consulatum *Sen. de clem. 1, 9, 12; de benef. 4, 30, 2. Dio 22, 1.* Consul cum L. Valerio Messalla Voleso a. 5 p. C. *v. supra (cf. t. 1)* in kal. Iulias *fasti Capitol., fasti Gabini. Cinnam prope sexagenarium ad consulatum pervenisse elucet ex iis, quae praeterea de eo traduntur.* Dives *Sen. de clem. 1, 9, 8.* Augustus ei heres solus fuit *ib. 12; liberos igitur superstites non videtur reliquisse.* — Libertus eius accensus patrono in co(n)s(ulatu) *t. 1.* Libertini hominis gratia in privato iudicio superatus *Sen. l. l. 10.* — Stolidi ingenii vir *Sen. l. l. 2.* — *Ad Cinnas nobiles non pertinent* Cn. Cornelius L. f. Galeria Cinna II vir Carthagine nova *II 3425. 3426 = D. 5332. Eph. ep. 9, 331*, .. [Corne]lius L. f. Gal. Cinna II vir Cordubae *II 5525.* Cornelii Cinnae *de plebe IX 477 (Venusia). Gr.*

1340 SEX. CORNELIVS CLEMENS honoratus, *cum Dacias regebat*, ab .. Avidio Valente centurione legionis XIII geminae *t. VIII 20994 = D. 1099, corr. Albertini Bull. tr. hist. 1925 p. CLXXV (1) Caesareae Mauretaniae rep., memoratur in t. III 7505 = D. 2311 (2) Troesmitano.*

Sex. Cornelius Sex. f. Palatina Clemens *t. 1;* Cornel. Clemens *t. 2;* Κλήμης *Dio exc. 71, 12, 1. 2. — Oriundus puto ex colonia Caesarea Mauretaniae.* — Clarissimus vir *t. 2. Consul suffectus a. inc. Marco et Vero imperantibus ut videtur.* Co(n)s(ularis) et dux trium Daciarum *t. 1* a. 170 *t. 2, successor M. Claudii Frontonis (supra n. 874) cf. t. 2.* Res ab eo in legatione Dacica gestae *a. 171/172 ut videtur Dio exc. 71, 12, 1. 2 (= exc. de leg. 2, 431, 57 de Boor) cf. v. Premerstein RE 11, 1506. — Parentela cum hoc coniunctum esse* Sex. Cornelium Eucaerianum, cui municipium Drobetense ex Dacia statuam posuit Caesareae *Bull. tr. hist. 1905, CLXII, suspicatus est Dessau probabiliter in scheda nobiscum communicata; fortasse Eucaerianus filius Clementis fuit (senatorem originis et modicae et provincialis filio nomen imposuisse Eucaeriano illis temporibus non est quod miremur). Gr.*

1341 CN. PINARIVS CORNELIVS CLEMENS posuit *t. Hispellatem (ab una parte iam mutilum) XI 5271 = D. 997 (1), memoratur in dipl. mil. III p. 852 = D. 1992 (2), in cippo terminali in Alpibus Grais rep. XII 113 cf. p. 805 =*

D. 5957 (3), in fragmento columnae miliariae Germaniae superioris XIII 9082 = D. 5832 (4).

Cn. Pinarius L. f. Papiria Cor...... *t. 1;* Cn. Pinarius Cornelius Clemens *t. 2. 3;* Cn. Cor[nelio Clemen]te *t. 4, unde apparet nomina principalia ei fuisse* Cn. Cornelius Clemens. — *Honores eius (fortasse tantummodo consulares) exhibuit t. 1. Consul suffectus a. inc. ante a. 74 p. C., initio puto principatus Vespasiani.* [Curator aedium] sacrarum locorumque publ[icorum] *t. 1 probabiliter paulo post consulatum.* Legatus Aug. pro praetore exercitus Germanici superioris *t. 3. 1* (legat. pro pr. exercitus qu[i est in Germania superiore]). *2* (in Germania). *4* (leg.....) a. 74 *(ante d. 1 m. Iul.) t. 3,* d. 21 m. Mai *t. 2.* [A senatu auctore Imp. Caes. Vespasiano Aug.] triumphalibus ornament[is et statua.... honoratus ob res] in Germa[nia prospere gestas] *t. 1. Ad eundem rettulit Bang fragmentum t. urbani VI 37088* ob res in Ge[rmania prospere gestas] a senatu orn[amentis triumphalibus] et statua qua[driga?..... honoratus] *fortasse recte. De rebus a Clemente in Germania gestis cf. Weynand RE 6, 2661 sqq. Fabricius ib. 13, 585. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 22.* — *Huius filius sine dubio* Cn. Pinarius Cn. f. Cornelius Severus cos. a. 112 *(n. 1453). Qui cum factus sit salius Collinus, vel ipse vel pater inter patricios adlectus sit necesse est.* *Gr.*

— M. Ofasius Firmus Marus Cornelius Cossinus *v. infra n. 1538.*

1342 C. Cornelius Crispus. Eius et C. Comini Macri *(supra n. 1267)* bigarius vicit a. 15 p. C. *VI 37836 = D. 9349. V. supra n. 1307.* *St.*

1343 Cornelius Dext[er] *nominatur in fragmento VI 32321 una cum*...Sabinia[no]...o Quintillo [Pi]sibanio Lepido [C]urtio Crispino. *Utrum hic t. ab uno homine scil. polyonymo positus sit an ad fastos referendus collegii alicuius sacerdotalis, parum constat.* *Gr.*

1344 **Sex. Cornelius Dexter.** *Tituli Saldenses, alter quem posuit ei* P. Blaesius Felix centurio legionis II Traianae fortis, adfinis *VIII 8934 = D. 1400 (1), alter ab ipso dedicatus* Neptuno *VIII 8925 (2).* Sex. f., Arnensis, (origine Saldensis) *t. 1. 2.* Praefectus fabrum ter, praefectus cohortis V Raetorum, tribunus legionis VIII Augustae, praefectus alae I Augustae geminae colonorum, donis militaribus donatus a divo Hadriano ob bellum Iudaicum hasta pura et vexillo, praefectus classis Syriacae, procurator Neaspoleos et mausolei *t. 1,* iuridicus Alexandreae *t. 1. 2,* procurator Asiae; patronus coloniae *t. 1. Idem videtur* Cor[nelius] D[e]xter, procurator Gal(liae Belgicae) et Ger[maniarum] *t. Atticus III 553 semel descriptus, cf. Hirschfeld Kl. Schr. 378 sq. Potest fuisse pater vel avus eius qui praecedit.* Sex. Cornelius L. f. Arnensis Dexter Maximus eques Romanus et Sex. Cornelius Sex. f. Arnensis Dexter Petronianus statuas equestres propatrui sui *(huius fortasse procuratoris)* restituerunt

t. Saldensis VIII 8935 = *D. 5484.* Cornelia Dextri liberta Erotis *nescio cuius VI 33906* = *D. 7584.* *St.*

1345 CORNELIVS DOLABELLA (Δολοβέλλας), ἐπιφανὴς νεανίσκος ἐν τοῖς Καίσαρος ἑταίροις Alexandreae (a. 30 a. C.) Cleopatram reginam coluit *Plut. Anton. 84. Idem videtur* Dolabella, quocum Augustus iocatus est *Quintilian. 6, 3, 79 (fortasse intra a. 16—13 a. C., quoniam sermo est de* Gallis, qui torquem aureum Augusto dederant). *Vel hic vel filius eius* Πόπλιος Κορνήλιος Ποπλίου υἱὸς Δολαβέλλας στρατηγός *(i. e.* praetor), qui honoratur ab Atheniensibus *IG 3, 591* = *2/3², 4155; item incertum, utrum ad hunc an ad filium spectet fragmentum Teatinum IX 702 (v. in filio).*

Filius videtur P. Cornelii Dolabellae consulis a. 44 a. C., *fortasse ex Fabia susceptus (cf. Muenzer RE 4, 1308), pater* P. Dolabellae P. f. P. n. consulis a. 10 p. C. *(n. 1348).* *Gr.*

1346 .. [CORNEL]IVS DOLABELLA cooptatus *in collegium aliquod nobile sacerdotum (saliorum Palatinorum ut videtur) paullo ante a. 40 p. C. VI 37162* = *D. 9339. Potest idem esse atque* Cn.(?) Dolabella *n. 1347.* *Gr.*

1347 CN.(?) CORNELIVS DOLABELLA. Cn. Dolabella *Suet. Galba 12, 2 (cf. infra);* Cornelius Dolabella *Tac. h. 1, 88;* Dolabella *ib. 2, 63. 64. Plut. Galba 23; Otho 5.* — Εὐπατρίδης ἀνήρ *Plut. Otho 5, cf. Tac. 1, 88. Nepos ut opinor* P. Dolabellae consulis a. 10 *(n. 1348). Nescio an erraverit Suetonius in praenomine ita ut Dolabella non Gnaei sed Publii praenomine usus sit, pater enim fuit sine dubio Ser. Dolabellae Petroniani consulis a. 86 (n. 1351), huius autem ni fallor filius dicitur* Ser. Cornelius Ser. f. P. nep. P. pronep. P. abnepos Dolabella Metilianus Pompeius Marcellus *IX 3154 (v. n. 1350).* Propinquus Galbae *Tac. h. 1, 88 fortasse natus Sulpicia Galbilla alterutra (v. stemma infra p. 318), unde explicandum videtur, quod filio praenomen quod est* Servius *usitatum apud Sulpicios imposuit.* Uxorem duxit Petroniam *(P. Petronii consulis a. 19 neptem potius quam filiam),* quae antea nupta erat A. Vitellio *Tac. h. 2, 64.*

Idem potest esse .... ius Dolabella *receptus inter salios Palatinos ut videtur paulo ante a. 40 (v. n. 1346).* Galbae ineunte a. 69 de successore deliberanti amici quidam adoptionem Dolabellae suaserunt, sed frustra *Plut. Galba 23;* Galba cohortem Germanorum remisit in patriam quasi Cn. Dolabellae proniorem *Suet. Galba 12, 2.* Ab Othone in coloniam Aquinatem sepositus *Tac. h. 1, 88; 2, 63. Plut. Otho 5.* Audita morte Othonis Romam rediit, sed proditus a Plancio Varo amico iussu Vitellii Interamnium ductus et in itinere interfectus est *Tac. 2, 63. 64.* — *Huius filius ex Petronia* Ser. Cornelius Dolabella Petronianus cos. a. 86 *(n. 1351).* — Horti Dolabellae *memorantur Suet. Galba 12, 2.*

Gr.


— P. CORNELIVS DOLABELLA, *IG 3, 591* = *2/3², 4155, v. n. 1345.*

1348 P. CORNELIVS DOLABELLA, consul a. 10 p. C., posuit una cum collega *t. VI 1384 (1); in legatione Dalmatica* ei posuerunt civitates superioris provinciae Hillyrici *t. Epidauriensem III 1741 = D. 938 (2), memoratur in titulis Dalmaticis III 2908 = D. 2280 (3) Iadestino, III 14712 (4) Salonitano, in miliariis III 3198 = 10156 = D. 5829 (5), III 3199 cf. 10157 (6), in cippis terminalibus ib. 9973 = D. 5953 corr. Abramić et Colnago Jahresh. 12 B. 32, 2 (7), Jahresh. l. l. n. 3 (8), fortasse etiam in fragmento III 14321, 18 (9) Burni reperto. Incertum utrum ad eum an ad patrem eius (n. 1345) pertineant tituli IG 3, 591 = 2/3², 4155 (10) Atticus, IX 702 (11) Teatinus neque magis certum, utrum hic an unus ex posteris commemoretur in t. mutilo XIV 2966 (12) Praenestino, in titulis libertorum VI 5864 (13). 10103 (14). Ad hunc rettulerim t. mutilum Tarraconensem semel descriptum II 4129 (15) feminae alicuius nobilis, quem Huebner haud recte supplevisse videtur; nescio an versus 2—8 restituendi sint hunc fere in modum:* filia [L. Asprenatis, VII vi]ri epulonum, ... consularis, [soror? L. Nonii Asprena]tis, legati [pr. pr. P. Cornelii] Dolabellae [proconsulis Africae co]gnati *etc.; constat enim Dolabellam hunc parentela coniunctum fuisse Quinctilio Varo P. Quinctilii Vari caesi a. p. C. 9 filio (Tac. a. 4, 66), Varum autem seniorem avunculum fuisse L. Nonii Asprenatis consulis a. 6 p. C. et septemviri epulonum (Vell. 2, 120).*

Nummi aenei oppidi nescio cuius (Clupeae?) provinciae Africae: I a) b) in adversa caput Tiberii exhibentes et inscriptionem Ti. Cae. divi Aug. f. Aug. imp. VIII cos. IIII, *in aversa* permis(su) P. Dolabellae pro cos. c(urante?) P. G. Cas(ca) D · D · *vel* P. Gavio Cas. *(nummus a: in campo* C P I) *Mueller Num. de l'anc. Afr. 2, 156, 335. 337. Mionnet 6, 584, 23 sq. Cohen 1² 208 sq., 219. 221; c) idem atque n. a, nisi quod in aversa exhibet* permis. P. Corneli Dolabellae procos. c. P. Cas. *Mueller 336. Mionnet 22. Cohen 220; d) eadem adversa, in aversa aliam imaginem exhibens adscripto* permis. P. Dolabellae procos. *cet., in campo* CPI *Mueller 338 sq. Mionnet 25. Cohen 218. II in adversa cernitur caput Drusi adscripto* Druso Caesari, *in aversa* perm. Dolabellae procos. c. P. G. Cas. *Mueller 156, 340. Mionnet 28. Cohen 219, 16. Museum Vindobonense.*


In consulatu: P. Cornelius P. f. P. n. Dolabella *I² p. 29 fasti Capitolini;* P. Cornelius P. f. Dolabella *t. 1;* Π. Κορνήλιος Π. υἱ. Δολοβέλλας *Dio ind. l. 56;* .... elius Dolabell. *I² p. 72 = X 6639 fasti Antiates;* P. Dolabella *I² p. 231 fasti Praenest. Cassiodor. Chron. min. 2, 136; ceterum* Dolabella *fasti.* — P. Cornelius Dolabella *t. 2. 3. 7 cf. 8;* P. Dolabella *t. 4. 5 cf. 6;* ... Corn ..... *t. 9;* P. Cornelius P. f. Dolabella *t. 10;* ..... Dolabella *t. 12. 15 cf. 11;* P. (Cornelius) Dolabella *t. 13. 14. Nomina quae sunt in nummis v. supra.* — Cornelius Dolabella *Tac. a. 3, 47. 69;* P. Dolabella *ib. 4, 23. 66;* Dolabella *Vell. 2, 125, 5.*

P. f. P. n. *v. supra; filius sine dubio* (P.) Dolabellae *n. 1345, nepos*



Stemma Dolab
P. Dolabella
cos. a. 44 a. C.
~ 1. Fabia
2. Tullia
1. (?) (P.) Dolabella n
(Ser.) Sulpicius Galba
cos. a. 5 a. C.
~ 1) Mummia Achaica, 2) Livia Ocellina
(1) C. Sulpicius Galba
cos. a. 22
(1) L. Livius Ocella Ser. Sulpicius Galba
cos. a. 33 imp.
Sulpicia Galbilla. Sulpicia Galbilla
?
P. Dolabella n. 1
Cn. (errore ut videtur, immo P.) Dolabella n. 1347
~ Petronia P. f.
Ser. Dolabella Petronianus n. 1351
cos. a. 86
~ 1. (Metilia?)
2. (Verania?)
1. Ser. Dolabella Metilianus
Pompeius Marcellus n. 1350
Ser. f. P. n. P. pron. P. abn.
cos. a. 113
2. Dolabella Veranianus n. 1352

Dolabellarum.



* *(fortasse ex altera uxore Asprenatis nata)*

** (= L. Caninius Gallus cos. a. 2 a. C. *n. 390 ?*)

Gr.

P. Dolabellae consulis a. 44 a. C. Nobilis *Tac. a. 4, 66.* Praetor *t. 10 si recte ad hunc refertur.* Consul *t. 1. 2* a. 10 p. C. cum C. Iunio Silano *v. supra* in kal. Iulias *fasti Capitol., fasti Ant.;* hi consules opus aliquod *(aquam Marciam ut videtur)* ex senatus consulto faciundum curaverunt *t. 1 (cf. VI p. 3141). Vix hic* P. Cornelius (consul?) *IX 4395 (v. supra n. 1317).* Legatus pro pr. divi Augusti et Ti. Caesaris Augusti (superioris provinciae Illyrici) *t. 2;* leg. pro pr. *t. 3. 5. 7. 8.* Tempore mortis Augusti (d. 19 m. Aug. a. 14) exercitum in maritima parte Illyrici in summa pace et quiete continuit *Vell. 2, 125, 5;* legatus a. 16/17 *t. 5,* a. 18/19 *t. 3.* Vias a colonia Salonitana in agrum Dalmaticum aperuit *t. 5—7 cf. III 3200. 3201 = 10159, qui miliarius si a Dolabella positus est, hic provinciae etiamtum praefuit a. 19/20 p. C. Ad hanc legationem potest spectare t. 11 mutilus: ....* Do[la]bel[la] leg. [Imp.] Caesaris Aug. — A. 21 sententiam dixit in senatu *Tac. a. 3, 47.* A. 22 increpitis C. Silani *(qui collega eius fuerat in consulatu)* moribus addidit, ne quis vita probrosus provinciam sortiretur idque princeps diiudicaret *ib. 3, 69.* Proconsul Africae *nummi (cf. t. 15)* a. 24 *Tac. 4, 23. Eum anno proconsulari 23/24 provinciae praefuisse apparet ex nummo II cuso Druso Caesare etiamtum vivo; provinciam ei prorogatam esse statuit Klebs PIR[1] C 1092 coniectura incerta, cf. Maria Marchetti Bull. com. 40, 123.* Una cum rege Ptolemaeo Tacfarinatem devicit *Tac. 4, 23—26.* Petenti abnuit triumphalia Tiberius *ib. 26.* A. 27 cum Domitio Afro Quinctilium Varum accusavit *ib. 4, 66. Vix hic, potius filius eius,* P. Dolabella, qui a. 47 in senatu sententiam dixit *ib. 11, 22.* — Septemvir epulo, sodalis Titiensis *t. 2.* — Quinquennalis Salonis *t. 4 positus* L. Anicio Paetinati praefecto quinq. P. Dolabellae *(cf. Dessau Klio 17, 256, 5).* II [vir] Praeneste *t. 12 (si ad hunc pertinet).* — Vir simplicitatis generosissimae *Vell. 2, 125, 5.*

Pater ni fallor eius qui sequitur et Corneliae Dolabellinae (n. 1487). Cn. (?) Dolabella *(n. 1347) nepos eius fuisse videtur.* Consanguineus Quinctilii Vari *Tac. 4, 66;* [co]gnatus [L. Nonii Asprena]tis (?) (consulis a. 29?) *t. 15 modo t. recte restitutus sit; cf. stemma iuxta propositum.* — Liberti *t. 13. 14.* P. Cornelius Dolabella *homo de plebe VI 16193. Gr.*

1349 P. (CORNELIVS) DOLABELLA a. 47 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 11, 22. Vulgo idem statuitur atque cognominis consul a. 10 (n. 1348), sed propter aetatis rationes magis cogitaveris de filio eius ceteroquin quod sciam ignoto. Ab hoc distinguendus videtur* Dolabella, *qui paullo ante a. 40 inter salios cooptatus est (n. 1346), nam is de quo agimus sine dubio a. 47 fuit consularis vel praetorius. — Proavus ni fallor* Ser. Cornelii Ser. f. P. nep. P. pronep. P. abnepotis Dolabellae Metiliani Pompei Marcelli *(n. 1350), cf. stemma. Gr.*

1350 SER. CORNELIVS DOLABELLA METILIANVS POMPEIVS MARCELLVS honoratur publice *t. Corfiniensi IX 3154 = D. 1049 (1), memoratur in t. altero*

Corfiniensi mutilo IX 3153 (2). Ad eundem rettulerim t. item Corfiniensem ib. 3152 = D. 5676 (3) et t. urbanum VI 16450 = D. 8532 (4), quos titulos ad fratrem eius de quo agitur spectare censuit Mommsen ad IX 3152, sed vix credi potest fratres duos iisdem nominibus scil. Ser. Cornelio Dolabella Metiliano *usos esse neque magis probabile de fratre utroque in titulis idem enuntiari scil. utrumque* 'balineum (Corfinii) solo suo sua pecunia aedificavisse' *(t. 2. 3). De patre et filio cogitavit Klebs PIR*[1] *C 1094 sq. perperam, nam is qui honoratur t. 1* Ser. f. P. nepos *fuit,* Dolabella Metilianus *autem, qui memoratur in t. 3,* Ser. filius. — *Idem sine dubio nominatur in fastis Ostiensibus* a. 113 *Not. d. sc. 1932, 193 tab. 2 v. 50 (5).*

Ser. Cornelius Ser. f. P. nep. P. pronep. P. abnepos Dolabella Metilianus Pompeius Marcellus *t. 1; .....* [Mar]cel[l]us *t. 2 v. 1; ...* rnelius Dolabella Metilianus *ib. v. 3;* Ser. Cornelius Ser. f. Dolabella Metilianus *t. 3 v. 1;* Dolabella Metilianus *ib. v. 4;* Ser. Cornelius Dolabella Metillianus *t. 4; ...* Cornelius Dolabella *t. 5.* — *Filius puto* Ser. Dolabellae Petroniani consulis a. 86 *(n. 1351) fortasse ex Metilia quadam. Cursum honorum exhibet t. 1, exhibuit t. 2. Fuit ergo* III vir aere argento auro flando feriundo, salius Palatinus *t. 1. 2,* quaestor Traiani Aug. *t. 1 (in hoc t. post Traiani mortem posito imperator dicitur* divus Traianus Parthicus), sevir equitum Romanorum turmae III, praetor *t. 1.* Consul *t. 1. 3* a. 113 *suffectus in locum L. Publilii Celsi consulis ordinarii, collega C. Clodii Crispini ut videtur t. 5.* Flamen Quirinalis *t. 1.* — Patronus Corfiniensium *t. 1.* Corfinii balineum solo suo aedificavit *t. 2. 3.* M. Atilius (Metilius) Bradua cos. (a. 108) *(supra A 1302)* et M'. Acilius Aviola cos. (a. 122?) *(supra A 50)* bonorum possessores eius *t. 3 (etiam tituli 2 v. 3 in hunc modum restituerim* [M. Atilius Bradua cos. et M'. Acilius Aviola cos. bonor. possessores Ser. Co]rneli Dolabellae Metiliani): *unde sequitur Dolabellae liberos superstites non fuisse.* — Ser. Cornelia Ser. l. Sabina nutrix et mammula eius *t. 4.* *Gr.*

1351 SER. CORNELIVS DOLABELLA PETRONIANVS, consul a. 86. *In consulatu:* Sex. *(errore)* Cornelius Dolabella Petronianus *III p. 856 dipl. mil;* Ser. Cornelius Dolabella *VI 2064 (acta Arv.) 398 = D. 3673. Censorin. de die nat. 18, 15* (Sergi *codd.*); Σέρβι[ος Κορνή]λι[ος Δολαβ]έ[λλ]ας *Keil-Premerstein Denkschr. Ak. Wien 53, 2, 13, 19 = IGR 4, 1496;* Cornelius Dol[a]bella *vita Pii 1, 8; ...* nelius Dolabella *VI 815; ceterum* Dolabella *fasti.*

Filius sine dubio Cn. (immo P.) Dolabellae ex Petronia (v. n. 1347). Consul ordinarius a. 86 cum Domitiano cos. XII *v. supra, id. Ian. ut videtur (cf. Suet. Dom. 13, 3)* cum C. Secio Campano (d. 22 m. Ian. *VI 2064 v. 35,* d. 17 m. Febr. *III p. 856,* d. 26 m. Febr. *VI 2064 v. 48). Huius fortasse kalator (libertus scil. patris vel avi)* P. Cornelius Ialyssus, *qui nominatur primo loco inter kalatores pontificum et flaminum* a. 101 et

102 *VI 32445. 31034; quod si recte ponitur, Dolabella vel pontifex vel flamen fuit.* —

Nescio an huius filius fuerit Ser. Cornelius Ser. f. P. nep. Dolabella Metilianus Pompeius Marcellus cos. a. 113, *fortasse natus Metilia aliqua; alter filius susceptus ni fallor ex uxore altera (Verania?)* . . . . . [Dola]bella Verania[nus], qui puer patrimus et matrimus Arvalibus ministravit a. 105 *VI 2075: qui si vere filius fuit Dolabellae Petroniani, hic a. 105 etiamtum inter vivos fuerit necesse est.* *Gr.*

1352 . . [CORNELIVS DOLA]BELLA VERANIA[NVS] inter pueros patrimos matrimos, qui Arvalibus ministrabant a. 105 *VI 2075 I v. 48 cf. II v. 34 acta Arv. Filius videtur potius* Ser. Cornelii Dolabellae Petroniani consulis a. 86 *(n. 1351) quam* Dolabellae Metiliani consulis a. 113 *(n. 1350).* *Gr.*

1353 Sex. Cornelius Eucaerianus, cui municipium Hadrianum Drobetense ex Dacia t. posuit *Caesareae Mauretaniae Bull. tr. hist. 1905 p. CLXII. Filius fortasse* Sex. Cornelii Clementis *n. 1340, in quo vide.* *Gr.*

1354 Q. CORN(E)LIVS FA(?) . . . . . , consul (suffectus) cum . . . . . nidio Quarto *a. inc. non post a. 79 IV 4748 t. graphio scriptus Pompeianus. Cognomen fuit fortasse* F(l)accus; *cf. infra* Cornelius Flaccus *n. 1362.* *Gr.*

1355 Cornelius Felix, cuius de epistula (Iuventius) Celsus (cos. II a. 129) libro septimo digestorum egit *Ulpian. dig. 17, 2, 58 pr.* *St.*

1356 Cornelius Fel[ix], maritus Sempronia[e Sp]oletinae, *quae nominatur inter* matronas adstantes ludis saecularibus a. 204 *VI 32329 + Not. d. sc. 1931, 341 sqq., v. 28 = Hülsen Rh. Mus. 1932, 389. Videtur tribunus praetorianorum.* *St.*

1357 C. CORNELIVS FELIX ITALVS, C. f., Quirina, honoratus publice, *cum iuridici officio fungebatur, t. Ariminensi XI 377.* Quaestor provinciae Siciliae, tribunus plebis, praetor, legatus provinciae Achaiae, iuridicus per Flaminiam et Umbriam *(non ante imp. Marcum);* patronus coloniae (Arimini). *Cf. n. 1358. — Diversus* C. Cornelius Felix *XI 6691, 9. XV 2430 sq. in doliis.* *Gr.*

1358 SEX. CORNELIVS FELIX PACAT[VS], C. f., Quirina, honoratus publice *t. Simitthensi VIII 14559.* IIII vir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis III Cyrenaicae; patronus coloniae (Simitthu). *Filius fortasse eius qui praecedit.* *Gr.*

1359 L. CORNELIVS FELIX PLOTIANVS *memoratur in t. Aquincensi III 10507 (1), in titulis 'burgorum' limitis Pannoniae inferioris repertis praecipue Intercisae, quorum multa exempla partim integra partim truncata aetatem tulerunt: III 3385 = D. 395 (2). III 10312 (3). D. 8913 (4). Arch. Ertesitö 1904, 201 (5); 1905, 224 (6); 1906, 227 fig. 4—6 (7—9); 1909, 333 = Ann. ép. 1910, 145 (10); aliorum mentionem facit Hekler Jahresh. 15, 179; exemplum Aquinci rep. memoratur Kuzsinszky Aquincum*

(1934) 200 n. 372. — Nomina legati in aliis exemplis plane erasa sunt in aliis ita ut agnoscantur; illaesa manserunt in t. 4.

L. Cornelius Felix Plotianus *t. 2—10;* Cornel. Plotianus *t. 1. — Filius ni fallor* Cornelii Plotiani *(n. 1416). —* Legatus *t. 1* (quem posuit centurio *quidam* qui est prob(atus) in leg(ione) II a Cornel. Plotiano leg.), legatus Commodi Aug. pr. pr. (Pannoniae inferioris) *t. 2—10. In his inscriptionibus tituli honoresque imperatoris (cuius nomen erasum est) confusi sunt; dicitur enim in titulis plerisque* trib. pot. VI (d. 10 m. Dec. a. 180/181) imp. IIII (a. 180—182) cos. IIII (a. 183), *in t. 2* trib. pot. X (d. 10 m. Dec. a. 184/185)... cos. IIII, *plerumque appellatur* Pius Sarm. Ger. Brit., *a t. 5. 6 abest* Britannicus *(cf. supra A 1482). Ad a. 185 legationem Plotiani refert cum aliqua dubitatione Ritterling Arch. Ertesitö 41, 291 sq. Id tantum pro certo habendum titulos positos esse ante a. 191, quo anno Commodus dici coeptus est L. Aelius Aurelius Commodus (supra A 1482). — Nomina Plotiani cum consulto deleta sint, videtur publico iudicio damnatus esse vel Commodo vel Severo imperante.* *Gr.*

1360 CORNELIVS FIDVS, Ovidii Nasonis gener *(cf. Ovid. trist. 4, 10, 75 sq.:* filia me mea bis prima fecunda iuventa, sed non ex uno coniuge, fecit avum), in senatu flevit, cum eum (Domitius) Corbulo *(maior sine dubio)* struthocamelum depilatum dixisset *Sen. de const. 17, 1. Videtur a Corbulone imperante Gaio (cf. Dio 59, 15, 3—5) apud senatum accusatus esse (cf. Sen. l. l.:* adversus alia maledicta mores et vitam convulnerantia frontis illi firmitas constitit). *Gr.*

1361 M. CORNELIVS FIRMVS, tertius ex curatoribus aquarum, quorum primus fuit A. Didius Gallus (curator aquarum a. 38(?)—49 *Frontin. de aq. 102) VI 1248 = 31559 = D. 5745 cippi tres.* *Gr.*

1362 CORNELIVS FLACCVS, legatus (legionis) *(aut III Gallicae aut VI ferratae aut X Fretensis cf. Tac. a. 13, 38. 40)* sub Cn. Domitio Corbulone a. 58 *Tac. a. 13, 39. Vide an hic intellegendus sit in t. Pompeiano IV 4748* Q. Corn(e)lio F(l?)acco(?).... nidio Quarto cos. *(v. supra n. 1354). —* Q. Cornelius Flaccus *nescio quis in t. servi* dispensatoris *VI 9366 cf. p. 3469. — Ab hoc fortasse partem nominum deduxit is qui sequitur.* *Gr.*

1363 Q. CORN[ELIVS]... FLACCVS... NORICVS... NVMISIVS.... honoratus una cum Stertinia Cocceia Bassula Venecia Aeliana (Numisii) Iunioris uxore *t. Attidiate XI 5672,* quem posuit (Q. Camurius) Numisius Iunior. *Nescio qua parentela coniunctus fuerit cum Numisio Iuniore et Stertinia. Dubito num idem sit....* s Noricus, consul suffectus a. 113 *Not. d. sc. 1932, 193 tab. 2 v.° 51 fasti Ostienses; neque enim* Noricus *cognomen principale ei fuisse videtur. — V. praeterea in eo qui praecedit.* *Gr.*

1364 M. CORNELIVS FRONTO. *Tituli:* honoratus a municipibus Calamensium *VIII 5350 = Gsell ILA 280 = D. 2928 (1). Nominatur in t. Pisaurensi M. Aufidi Frontonis pronepotis eius XI 6334 = D. 1129 (2). Ad eum*

et fratrem videntur pertinere fistulae aquariae urbanae inscriptae Corneli(orum) Fronto(nis) et Quadrati *XV 7438 (3).*

M. Cornelius Fronto *t. 1. 2. M. Caes. ad Front. 2, 2 p.26 N. = 1, 112 Haines;* M. Fronto *Gell. 2, 26. Apoll. Sid. epist. 8, 10, 3; ceterum* Cornelius Fronto *vel* Fronto. T. f., Quirina *t. 1.* Origine Cirtensis *Fronto p. 201 N. = 1, 294 H. (cf. p. 242. 121 N. = 1, 136; 2, 134 H.). Minuc. Oct. 9, 6 (nomine non posito, cf. 31, 2). Cum consul esset a. 143, natus non post a. 110.* III vir capitalis, quaestor provinciae Siciliae *t. 1.* In senatu Hadrianum saepenumero laudavit *ad M. Caes. 2, 1 p. 26 N. = 1, 110 H.* Aedilis plebis, praetor; patronus municipii Calamensium *t. 1.* Consul *t. 2*, suffectus a. 143 (quo tempore Marcus duos et viginti annos natus erat) *ad M. Caes. 1, 8 p. 23 N. = 1, 122 H.*, per duos menses *ib. 2, 10 p. 34 N. = 1, 140 H.; in epistula* μητρὶ Καίσαρος *p. 242 sq. N. = 1, 146. 148 H. Auson. grat. act. 7, 32. 33,* (ex kal. Iul.) ad kal. Sept. *ad M. Caes. 2, 7 p. 32 N. = 1, 144;* gratiarum actionem in senatu recitaturum se Augustis idibus scribit *ad M. Caes. 2, 1 p. 25 N. = 1, 110 H., cf. ib. 1, 7; 2, 2. 3 p. 18. 27. 28 N. = 1, 164. 114. 128 H.; ad Pium 1. 2 p. 163 sq. N. = 1, 126 sq. H. praeterea ad M. Caes. 1, 8; 2, 5. 6. 11 p. 20. 30. 35 N. = 1, 118. 140 H.;* laudes Pii dixit in senatu designato et inito consulatu *ad Antonin. imp. 2, 2 p. 105 N. = 1, 302 H.;* consularis *Gell. 2, 26, 1. Eodem fere tempore* belli in Britannia confecti laudem Antonino principi dedit *paneg. 8, 14, 2 (nisi est oratio eadem quae gratiarum actio).* Asiam provinciam proconsularem sortitus valetudine coactus se excusavit *ad Pium 8 p. 169 N. = 1, 236. 238 H., cf. ad M. Caes. 5, 36 p. 86 N. = 1, 234 H.* Mortuus est non ante finem anni 176, *cum* nummum *memoret* Commodi *p. 161 sq. N. = 2, 114 H. (de anno dubitat Haines Class. Quart. 1914, 118 sine iusta causa; cave putes significari L. Verum, quippe qui imperator non iam nuncupetur Commodus).* Imperator Marcus ei statuam in senatu petiit *vita Marci 2, 5.*

Magister et parens Athenodotus *ad M. Caes. 4, 12 p. 73 N. = 1, 204 H.; p. 244 N. = 1, 170 H.;* magister Dionysius rhetor *p. 154. 244 N. = 2, 82; 1, 170 H.* Celeberrimus causidicus imperante Hadriano *Dio exc. 69, 18, 3* et Pio *ad M. Caes. 2, 8; 5, 27. 34 p. 32. 83. 86 N. = 1, 146. 214. 232 H.; ad Pium 8 p. 169 N. = 1, 236 H.; p. 252 N. = 1, 18 H.* Oratio in Herodem Atticum dicta *(supra p. 178) ad M. Caes. 3, 3 p. 42 N. = 1, 64 H.; ad Verum imp. 2, 9 p. 138 N. = 2, 234 H.*, cui postea Marco Caesare auctore reconciliatus est *ad M. Caes. 3, 2. 5. 6; 4, 2 p. 60 sq. N. = 1, 76 H.; ad Antonin. imp. 2, 8 p. 111 N. = 2, 220 H., cf. epist. 3 p. 243 sq. N. = 1, 168. 170 H.; ad M. Caes. 1, 6 p. 17 N. = 1, 162 H.*, tertia oratio pro Demostrato (Petiliano?, *cf. Hauler Wien. St. 28, 170) ad Antonin. imp. l. l.; ad Verum l. l. p. 137 N. = 2, 232. 234 H.*, oratio pro Bithynis *ad am. 1, 14. 15 p. 183. 184 N. = 2, 98. 88. 90 H.*, gratiarum actio in

senatu pro Carthaginiensibus *2, 60 sq. N.* = *2, 280. 282 N.*, oratio in Pelopem *Apoll. Sid. epist. 8, 10, 3*, pro Ptolemaeensibus *Charis. p. 175 B.* (= *138 K.)*, de Christianis *Minuc. Oct. l. l.*, orationes in laudes Hadriani et gratiarum actio de consulatu in senatu habitae *v. supra.*

Magister Marci et Veri qui postea imperaverunt *Fronto passim. tit. 2. Dio exc. 71, 35, 1. M. Ant.* εἰς ἑ. *1, 11. Eutr. 8, 12, 1. Hieronym. chron. 235. Ol. p. 204 e) H.; vir. ill. 24 (= Ps. Sophronios p. 24 Gebhardt). vita Marci 2, 4; Veri 2, 5. Auson. l. l.*

Uxor Gratia, nupta ei erat certe a. 143 *ad M. Caes. 2, 8 p. 32 N.; ad matrem Caesaris p. 242 N.* = *1, 146. 148 H.*, defuncta Marco et Vero imperantibus *ad M. Antonin. Aug. p. 236 N.; ad Verum Aug. 2, 9. 10 p. 137. 138 N.* = *2, 232. 234 H.* Quinque liberos amisit *p. 232 N.* = *2, 222 H.*, sed non liberi virilis sexus ei nati sunt *ad am. 1, 5 p. 177 N.* = *1, 290 H.* Filia natu minima Gratia, uxor C. Aufidi Victorini *(supra A 1393. Add. in hoc vol.)*, ex quo complures Frontonis nepotes. Frater *memoratur ad M. Caes. 2, 7; 4, 2. 8 p. 32. 61. 71 N.* = *1, 144. 78. 184 H.; ad Verum imp. 2, 7 p. 134 N.* = *2, 152 H.; de nepote amisso ad Antonin. Aug. p. 233 N.* = *2, 230 H.*, *v. infra* Cornelius Quadratus. — Amicos ad quos epistulas dedit *vide in indice p. 172. 189 N.*

Possidebat hortos Maecenatianos *ad M. Caes. 1, 8 p. 23 N.* = *1, 122 H.*, *cf. ib. 5, 25 p. 83* = *1, 212; ad Verum imp. 1, 4 p. 118 N.* = *1, 298 H. Saepissime de mala valetudine sua scribit, cf. ind. ed. Haines 2 p. 333;* pedibus graviter aeger *Gell. 2, 26, 1; 19, 10, 1;* ὁ ἀρθριτικός *Artemidor. onirocrit. 4, 22.*

Memoratur praeterea Gell. 13, 29, 2; 19, 8. 13. Macrob. sat. 5, 1, 7. Martian. Cap. 5, 432. Hieronym. epist. 125, 12, 1. Apoll. Sid. 8, 3, 3. Claudian. Mam. epist. 2, p. 206 E. Adfertur saepe a scriptoribus posteriorum temporum. Fragmenta collegerunt cum epistulis et integris et lacunosis S. A. Naber 1867. C. H. Haines 1919. 1920 (lectiones emendatiores plurimae ed. ab Haulero passim Wien. St., praeterea ZöGy 1910, 676 sqq; Serta Harteliana, 1896, 263—269). Cf. Brzoska RE 4, 1312—1340. Schanz 3³, 88—100. Teuffel 3⁶ § 355. Hanslik Commentationes Vindobonenses 1 (1935), 21—47. *St.*

1365 **Cornelius Fuscus,** claris natalibus, prima iuventa quaestus *(sic emendavit Grotius, traditur* quietis) cupidine senatorium ordinem exuerat, a. 69 vigens aetate pro Galba dux coloniae suae eaque opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus acerrimam bello facem praetulit *Tac. h. 2, 86*, procurator Pannoniae *ib. et 3, 4.* Classis Ravennas a Vitellio ad Vespasianum desciscens Cornelium Fuscum praefectum sibi destinat *ib. 3, 12.* Inclementer in Vitellium invehi solitus *ib. 3, 4, cf. 66.* Res ab eo feliciter contra Vitellianos gestae *ib. 3, 42.* Post interitum Vitellii ornamenta praetoria ei tributa sunt *ib. 4, 4.*

Domitiano imperante praefectus praetorio *Suet. Dom. 6, 1. Eutrop. 7, 23, 4. Lyd. de mag. 2, 19; 3, 22, cf. Martial. 6, 76, 1 sq.* 'sacri lateris custos Martisque togati, credita cui summi castra fuere ducis'. Interfuit consilio Domitiani de mullo *Iuvenal. 4, 112.* Imperator ei summam expeditionis secundae Dacicae commisit, in qua oppressus cecidit *circa a. 86 vel 87 Suet. l. l. Eutrop. l. l. Oros. 7, 10, 4 (e Tacito sumpta). Dio exc. 67, 6, 6 (= Petr. Patr. exc. de leg. p. 3, 390 sq.); 68, 9, 3. schol. Iuvenal. 4, 112. Iordan. Get. 13, 77. 78.* Epigramma sepulcrale ei dicatum *Martial. 6, 76. Ad eum Cichorius Röm. Denkm. in der Dobrudscha (1904), 21 sqq. tit. Tropaei Traiani (hodie Adamklissi) rep. III 14214 = D. 9107 rettulit, ubi nomen periit; extat* ... c]ol(onia) Pomp(eis), domicil(io) Neapol(i) Ital(iae), prae[f(ecto) praet(orio)]; *at vide quae contra disseruerunt Dessau ad inscr. not. 5 et Herm. 45, 5, 7, Domaszewski Rh. Mus. 60, 158 sq., qui tamen Vienna Fuscum oriundum fuisse posuit magis quam evicit. Cf. Ritterling Germ. 9, 145. — Ex posteris eius fortasse* T. Cornelius Ann(a)eus Fuscus *supra n. 1321.* *St.*

— CN. CORNELIVS GAETVLICVS *v.* Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus.

1366 Cornelius Gallicanus, cuius uxor a. 65 Romae puerulum capite Anubidis peperit *Phleg. mirab. FGrHist 257 F 36, 23. Non absimile est veri alium huius filium vel potius fratrem fuisse eum qui sequitur.* *St.*

1367 C. CORNELIVS GALLICANVS *memoratur in t. prope Genavam rep. XII 2602 = D. 2118 (1) viri militaris, qui* cornicularius eius *fuerat scil. legati provinciae Lugdunensis; in tabula alimentaria Veleiate XI 1147, 2, 37; 3, 12; 5, 38. 56; 7, 31 sqq. (ex parte D. 6675) (2). Consulatus eius indicatur in dipl. mil. III p. 1963 = D. 1997 (3).*

C. Cornelius Gallicanus *t. 3;* Cornelius Gallicanus *t. 1. 2. — Arta necessitudine sine dubio coniunctus cum eo qui praecedit, fortasse frater eius. — Nescio an idem sit* Gallicanus, tribunus militum in exercitu Vespasiani a. 67 *Ios. bell. 3, 344.* Legatus Aug. (pr. pr.) *Galliae Lugdunensis (ut ex contextu tituli et loco, ubi repertus est, apparet)* a. 83 *t. 1, successor probabiliter Tettieni Sereni (legati a. 79 ut videtur) cf. t. 1.* Consul suffectus d. 3 m. Sept. a. 84 cum C. Tullio Capitone Pomponiano Plotio Firmo *t. 3; eiusdem consulatus indicationem restituerim in fragmento fastorum Ostiensium XIV 245 = 4536 v. 9* [C. Tullius Capito C. Cornelius Gallica]n. *Eum proconsulatum Africae obtinuisse coniectura satis incerta inde forsitan collegeris, quod in titulis Africanis VIII 15392. Gsell ILA 1131 homines de plebe nomina eius gerentes inveniuntur, scil. posteri fortasse provincialium, qui opera eius civitatem Romanam acceperant. —* Iussu Traiani institutionem rei alimentariae curavit (in regione Italiae octava, *fortasse in aliis quoque Italiae regionibus) intra a. 98 et 102 t. 2.* *Gr.*

1368 CORNELIVS GALLVS praetorius in venere absumptus *Val. Max. 9, 12, 8.*

Plin. n. h. 7, 184 aetatis incertae. — L. Cornelius L. f. Pollia Gallus *quidam nominatur VI 16223.* *Gr.*

1369 **C. Cornelius Gallus.** Titulum ipse posuit Philis in insula conceptum latine et graece et hieroglyphice *III 14147, 5 = D. 8995 = Ditt. Or. Gr. 654 = S. Ber. Berl. 1896, 469—482 (cum imagine tab. 1. 2; imaginem item habes Chronique d' Eg. 3, 195). Tria nomina in tit. et Hieronym. chron. 187. Ol. p. 162, 24 H. et Eutrop. 7, 7 (in cod. det. et in Paeanio; in reliquis* Cn Cornelius Gallus *errore). Lyd. de mens. p. 179 Wuensch; ceterum* Cornelius Gallus *vel* Gallus. Cn. f. *tit.* Foroiuliensis, *natus ca. a. 70 cum* XLIII aetatis suae anno mortuus sit *Hieronym. chron. 188. Ol. p. 164, 6 H.* Ex infima fortuna *Suet. Aug. 66, 1.* [Eq]ues Romanus *t.* A. 43 Romae degebat *Cic. fam. 10, 32, 5.* Vergilius insinuatus Augusto per Cornelium Gallum condiscipulum suum *(et aequalem fere, cf. supra)* promeruit, ut agros suos reciperet *Ps. Prob. in Verg. ecl. praef. p. 328 Hagen;* inter amicos Vergili *nominatur* Cornelius *Focas vita Verg. v. 65 (p. 39 D.).* In dividendis agris, qui post proelium Philippense *(a. 42 a. C.)* veteranis triumvirorum iussu trans Padum adsignabantur, indemnem se praestitit Vergilio poetae *Suet.-Donat. v. Verg. p. 14. 30 D. Prob. ib. p. 43. Serv. auct. ecl. 6, 64,* qui ei in bucolicis adulatur *(cf. ecl. 10, 6, 64 sq. Hieronym. chron. p. 162. Ammian. Marc. 17, 4, 5);* quartus georgicorum liber a medio usque ad finem eius laudes tenuit, quas postea iubente Augusto in Aristeae fabulam commutavit *Serv. ecl. 10, 1; georg. 4, 1. Sunt qui haud immerito huic narrationi fidem habendam esse negent, cf. Anderson Class. Quart. 27, 36—45 adversus ea quae exposuit Skutsch Aus Vergils Frühzeit 1 (1901), 140—147, et inprimis Norden Sitz. B. Berl. 1934, 627—631, qui optime probavit, opinor, Servium hoc loco hariolari.* Gallus triumvir *nuncupatur in schol. cod. Medic. ad ecl. 10, 2, Zangemeister-Wattenbach Ex. cod. lat. tab. 10. Flach Jahrb. f. cl. Phil. 119, 793. Ihm Rh. Mus. 45, 632;* triumvir agris dividendis *Donat. Verg. ecl. praef. p. 743 H.;* Asinius Pollio, Alphenus Varus et Gallus missi sunt agrum militibus Caesaris dividere *Philarg. II ecl. 1 pr., cf. Bayet Rev. ét. lat. 6, 271—299.*

A. 30 dux Caesaris M. Antonium superavit *Dio 51, 9. Plut. Ant. 79. Oros. 6, 19, 15.* Eodem anno primus Aegyptum praefectus obtinuit *Suet. l. l. Strabo 17, 819. Dio 51, 17, 1. Serv. Verg. ecl. 10, 1 (cf. GL 7, 543). Eutr. 7, 7. Hieronym. chron. l. l.; Syncell. 583. Ruf. Fest. 13, 3. Isidor. etymolog. 6, 10, 5. Lyd. l. l.;* Aegypti procurator *Ammian. 17, 4, 5;* pos[t] rege[s] a Caesare deivi f. devictos praefectus [Alex]andreae et Aegypti primus *t.* Defectionis Thebaidis intra dies XV, quibus hostem v[icit, bis a]cie victor, V urbium expugnator, ducibus earum interceptis, exercitu ultra Nili catarhacte[n transd]ucto, Thebaide subact[a] leg[atisque re]gis Aethiopum ad Philas auditis eoq[ue] rege in tutelam recepto,

tyranno Triacontaschoeni Aethiopiae constituto *ib.*, positum est monumentum die 15 m. Aprilis a. 29 ante C., *qui dies in sola inscriptione Aegyptiaca indicatur (Erman S. Ber. Berl. 1896, 474). Quinque quas Gallus non sine quadam magniloquentia urbes vocat re vera non plus duobus vel tribus oppidis sunt,* Thebae *scilicet* et Coptus et duo tresve vici Thebarum. *Strabo l. l. praeterea* Heroonpolin *memorat additque* Gallum seditionem in Thebaide διὰ τοὺς φόρους *(cf. Wilcken Ostr. 1, 248. 571)* factam brevi tempore oppressisse; Thebae Aegypti usque ad solum erutae *Hieronym. chron. p. 164, 5 (cf. Syncell. 583 sq.); Euseb. arm. p. 210 K.;* Thebas exhausit plurimis (civitatibus) interceptis *Ammian. l. l. Vide num ad eum spectet inscr. pariet. Pompeiana IV 2107 add. p. 215. 465:* Aegyptus Gallo suo sal(utem). Per totam Aegyptum statuas sibi ponendas et laudes suas in pyramidibus insculpendas curavit *Dio 53, 23, 5 (cuius iactantiae testis est tit.).* Quamobrem et ob convicia in Augustum edita accusatus est a Valerio Largo; Augustus ei domo et provinciis suis interdixit; senatus consulto re familiari publicata exilio punitus mortem sibi ipse conscivit *ib. 23, 6. 7; 24, 1 (traditur sub anno 26 a. C.). Suet. Aug. 66, 2. Ammian. l. l. Hieronym. chron. 164, 6—9. Serv. ecl. 10, 1; georg. 4, 1;* quod cum Q. Caecilio Epirota familiarissime vixit, id ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto obiectum est *Suet. gramm. 16, cf. Ovid. trist. 2, 445 sq.:* 'fuit opprobrio .... Gallo ... linguam nimio non tenuisse mero'. *Damnationem videtur subisse memoriae; lapis, in quo tit. insculptus est, in duas partes fractus in pavimento ante Caesareum sito consumptus est.*

Cytheridem mimam cum Antonio et Bruto amavit *de vir. ill. 82, 2;* amavit meretricem quandam Cytheridem, Volumni libertam, quam Vergilius Lycorida dicit *(Serv. ecl. 10, 1. GL 7, 543, cf. Verg. ecl. 10. Ovid. trist. 2, 445; amor. 1, 15, 30. Propert. 2, 34, 91. Martial. 8, 73, 6. schol. cod. Medic. ad ecl. 10, 2 l. l.),* quae eo spreto Antonium est secuta *Serv. l. l.* Familiaris C. Asini Pollionis *Cic. l. l. et* Q. Caecili Epirotae *v. supra.* Oratio Labieni (sive illa Corneli Galli est) in Pollionem *Quintil. 1, 5, 8. Haud scio an eiusdem sit* oratio Cornelii in Alfenum (Varum) *Serv. auct. ecl. 9, 10.* Cornelio Gallo Parthenius libellum περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων misit *praef. p. 42 Mart.* Carta Corneliana a Cornelio Gallo praefecto Aegypti primum confecta *Isidor. etymolog. l. l.*

Commemoratur praeterea Ovid. amor. 3, 9, 63. Eius sine dubio sunt (Corneli) Galli liberti *VI 35021. 35033.* Poeta celeberrimus, recensetur inter poetas elegiacos *Ovid. remed. am. 765; ars amat. 3, 334; trist. 4, 10, 53; 5, 1, 17. Quintil. 10, 1, 93. Diomedes GL 1, 484.* Euphorionis Chalcidensis carmina in sermonem latinum transtulit *Serv. ecl. 6, 72; 10, 1. 50, cf. Ps. Prob. Verg. ecl. 10, 50:* cuius in scribendo secutus

colorem videtur *Diomedes l. l.* Amorum suorum de Cytheride (Lycoride) scripsit libros quattuor *Serv. ecl. 10, 1. Ovid. trist. 2, 445, cf. Verg. ecl. 10.* Versum Galli *affert Vib. Seq. p. 148 geogr. min. ed. R. Cetera omnia perierunt vel propter damnationem puto memoriae. Cf. Skutsch RE 4, 1346—1350; id., Aus Vergils Frühzeit. Teuffel 2⁷ § 232. Schanz-Hosius 2⁴, 169—172.* *St.*

1370 P. CORNELIVS GEMINVS, frater Arvalis, *memoratur in fragmentis act. Arv. a. inc. VI 2079. Not. d. sc. 1919, 102;* magister collegii *a. inc.* imperante Hadriano *paulo post a. 122 VI 2081 cf. 32378. — Idem fortasse* Geminus *praeses provinciae,* cui rescripsit Antoninus Pius *Ulpian. l. 7 de officio procos. dig. 48, 6, 6. — Nescio an ab hoc partem nominum duxerit* Q. F(abius) Iulianus Optatianus L. Fabius Geminus Cornelianus *VI 31710.* *Gr.*


1371 Cornelius Hispanus, declamator aetate Augusti, cuius sententiae et colores *passim ap. Sen. rhet., v. ed. Kiesslingii p. 537.* *St.*

1372 **Sex. Cornelius Honoratus.** *Tituli Portumagnenses positi* ex testamento eius Getae Caesari *VIII 9757 (1) et* ipsi *9760 = D. 1388 (2).* Sex. fil., Quirina, Portumagnensis *t. 2.* Militiis equestribus exornatus, procurator sexagenarius *(non idem praefectus)* provinciae Mesopotamiae *t. 2;* procurator eorum *(sc. Severi Augusti et filiorum eius) t. 1,* egregiae memoriae vir *t. 1. 2.* *St.*

1373 Cornelius Labeo, qui scripsit 'Fastos', quorum librum primum *affert Macrob. sat. 1, 16, 29, ex eodem sine dubio opere quae de nominibus mensium a* Cornelio Labeone *dicta citat id. 1, 12, 20. 21, de eadem re* Λαβεών *Lyd. de mens. 3, 10; 4, 1. 25, de agnominibus Veneris ib. 1, 21.* Eiusdem librum, cui titulus est 'de oraculo Apollinis Clarii' *commemorat Macrob. 1, 18, 21,* de dis Penatibus *ib. 3, 4, 6, cf. Serv. auct. Aen. 1, 378. Idem procul dubio* Labeo in libris qui appellantur de diis animalibus *Serv. Aen. 3, 168.* Καθολικὴ ἐπιτήρησις πρὸς σελήνην ἀπὸ τῆς θερινῆς τροπῆς ἐκ τῶν Λαβεῶνος *Lyd. de ostent. 42 Wachsm., eodem fonte (Labeonis libro fulgurali) usum esse Lydum ib. 47—52 censet Wachsmuth p. XXX. Inter scriptores de Etruscis nominatur ib. 3.* Labeo qui disciplinas Etruscas .... quindecim voluminibus explanavit *Fulgent. serm. ant. 4, auctor fide omnino indignus. Non semel citatur ab Augustino civ. 2, 11. 14; 3, 25; 8, 13; 9, 19; 22, 28. De aetate qua vixerit viri docti inter se dissentiunt, cf. Niggetiet De Cornelio Labeone, diss. Münster 1908. B. Böhm De Cornelii Labeonis aetate, diss. Königsberg i. Pr. 1913. Kroll Rh. Mus. 1916, 309—357; 1917, 62—112. W. A. Baehrens Cornelius Labeo atque eius commentarius Vergilianus, 1918; id. Herm. 52, 39—56; praeterea Wissowa RE 4, 1351—1355. Teuffel 3⁶ § 390. Schanz 3³, 181 sq.* *St.*


1374 **Cornelius Laco** *(sic Tac. h. 1, 6. 13. Suet. Galba 14, 2. Plut. Galba 13;* Cornelius *epit. de Caes. 6, 2; ceterum* Laco), ex assessore praefectus

Stemma Lentuloru



¹) *multa in hoc stemmate incerta esse non est cur moneam.*

ntulorum. [1])



Gr.

praetorii *Suet. l. l.* A. 68 a Galba ad praefecturam praetorii promotus *Plut. Galba 13;* praetorii praefectus *Tac. h. 1, 13. 19. 26. 46.* Unus e tribus hominibus, quorum arbitrio Galba regebatur *Suet. (inde epit. l. l). Tac. h. 1, 13, cf. Plut. Galba 29.* Res ab eo anno 69 ineunte actae *Tac. h. 1, 6. 13. 14. 19. 26. 33. 39. Plut. Galba 25. 26.* Galba occiso Othonis iussu interemptus *Tac. h. 1, 46. Plut. Galba 27.* Arrogantia socordiaque intolerabilis *Suet.;* socordia praefecti, quem nota pariter et occulta fallebant *Tac. h. 1, 24;* ignarus militarium animorum *ib. 26;* ignavissimus mortalium *ib. 6.* — Amicus Rubellii Plauti et L. Calpurni Pisonis Frugi Liciniani *ib. 14.* *St.*

— IMP. CAESAR VLP. COR. LAELIANVS AVGVSTVS.

1375 Cornelius Latinianus, cui Hadrianus rescripsit *Ulpian. dig. 48, 5, 28, 6; magistratus aliquis vel procurator iure gladii.* *St.*

1376 (CORNELIVS LENTVLVS), Servii (Cornelii Lentuli) Maluginensis (consulis a. 10 p. C.) flaminis Dialis *(n. 1394)* filius, patri defuncto a. 23 suffectus *Tac. a. 4, 16. Hunc eadem cognomina gessisse atque patrem e Taciti verbis non licet concludere, ut iure censuit Cichorius Herm. 39, 463; at quod idem coniecit non diversum esse* Ser. Cornelium Ser. f. Cethegum consulem a. 24, *id eo refellitur quod hic quidem Africae proconsulatum obtinuit (v. supra n. 1336), flamini Diali annua absentia et provinciarum administratio non concedebatur (Tac. a. 3, 71).* *Gr.*

— (CORNELIVS) LENTVLVS, *dig. 48, 2, 12 pr., v.* Cossus Cornelius Lentulus *infra n. 1380.*

— (CORNELIVS) LENTVLVS, *Iuvenal. 7, 95, v. infra* Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus *n. 1390.*

1377 (CORNELIVS) LENTVLVS. *Ut nomen nobile* Lentulus *ponitur Iuvenal. 6, 80; 8, 187* ('deprehensus in falso cruci fixus est' *scholiasta verbis poetae male intellectis).* *Gr.*

— CN. (CORNELIVS) LENTVLVS, *XI 6058 (t. Urbinas), v. infra* (Cornelius) Lentulus Cruscellio *n. 1389.*

1378 CN. CORNELIVS LENTVLVS, consul a. 736 = 18 a. C. cum P. Cornelio Lentulo Marcellino. *In consulatu:* Γν. Κορνήλιος Λ. υἱ. Λεντοῦλος *Dio ind. l. 54;* Cn. C. . . . . . *I² p. 64 fasti Colotiani;* Cn. Le . . . . . *ib. p. 65 fasti Biondiani;* Cn. L[entulus] *RgdA c. 6 (Mommseni lectionem Mon. Ancyr. lat. 1, 37 corr. Ramsay et v. Premerstein Klio Beih. 19, 56); 18* (Cn. et P. Lentuli) (Ποπλίῳ καὶ Ναίῳ Λέντλοις *Mon. Ancyr. gr. 3, 12.* Ναῖος καὶ Πόπλιος Λέντλοι *ib. 9, 21 sq.);* Cn. Lentulus *Dio 54, 12, 4. Cassiodor. Chron. min. 2, 135;* Lent. *VIII 22640, 12 (in amphora), si recte ad a. 18 a. C. refertur; ceterum* Lentulus *(cf. infra* P. Cornelius Lentulus Marcellinus *n. 1396).*

L. f. *Dio ind. Patrem eius fuisse* L. Lentulum praetorem a. 44 a. C. *(Cic. Phil. 3, 25 cf. Münzer RE 4, 1372, 197) non omnino certum (cf.*

infra L. Cornelius Lentulus flamen Martialis *n. 1384). Filius huius videtur* Cossus Cornelius Cn. f. Lentulus cos. a. 1 a. C. *(n. 1380). — Utrum hic an Cn. Lentulus augur (n. 1379) fuerit* Cn. Lentulus Dacorum victor, *qui saepius memoratur a Tacito, pro certo diiudicari nequit; v. de hac quaestione in Cn. Lentulo augure. — Ad quemnam ex Cn. Lentulis liberae rei publicae exeuntis vel imperatoriae aetatis ineuntis referendus sit t. Atticus IG 3, 585 = 2/3², 4137* [ὁ δῆμο]ς Ναῖον Κορνήλιον [Λ]έντλον [εὐ-εργεσ]ίας ἕνεκα, *parum constat.* *Gr.*

1379 CN. CORNELIVS LENTVLVS augur, consul a. 14 a. C., *commemoratur in t. Nysae ad Maeandrum rep. Ditt. Syll.³ 781 (1), in actis fratr. Arv. VI 2023 = D. 5026. 5042 (2), in t. libertorum Sulmonensi IX 3099 (3), in fragmento tituli* scribae *cuiusdam, liberti ut videtur eius VI 32277 (4). Nescio an huic positus sit t. Delphicus Bourguet Fouilles de Delphes 3, 1, 528 (5) v. infra.*

In consulatu: Γν. Κορνήλιος Γν. υἱ. Λεντοῦλος *Dio ind. l. 54;* C[n. Co]rn[elius] *I² p. 65 fasti Biondiani;* Γναῖος Κορνήλιος *Dio 54, 24, 1;* Cn. Lentulus augur *RgdA c. 16 (cf. Mon. Antioch. Klio Beih. 19 tab. 4; Mon. Ancyr. gr. 8, 20:* Ναίῳ Λέντλῳ αὔγουρι*);* Cn. Lentulus *VI 23532 = D. 7972. X 885. 886 (= D. 6389). 1938 (= D. 7841c). I 797 = XI 6673, 21a (= D. 8646 h) cf. 6673, 21 b (in tegulis). I 745 = Herzog 72 tess. numm. Cassiodor. Chron. min. 2, 135;* Augur *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 56; ceterum* Lentulus *fasti scripti.* — [Γ]ναῖος Λέντλος αὔ[γ]ου[ρ] ipse se dicit in epistula *titulo Nysaeo inserta (t. 1 v. 15);* Γναῖος Λέντλος Γναίου υἱὸς Γναίου υἱωνός *t. 5, si ad hunc pertinet;* [Cn. Corneliu]s Cn. f. Lentulus augur *t. 2 v. 1 cf. v. 10. 19;* (Cn. Cornelius) Lentulus augur *t. 3 v. 3 sq. 9 sq.;* [Γ]νῆος Λέντλος αὔγουρ *t. 1 v. 12;* (Cn. Cor[nelius Lentulus]) augur *t. 4.* — Cn. Lentulus augur *Sen. de benef. 2, 27, 1. Suet. Ti. 49, 1;* Lentulus augur *Tertullian. de pallio c. 4;* augur Lentulus *Tac. a. 3, 59; de locis Taciti (a. 1, 27; 2, 32; 3, 68; 4, 29; 4, 44), ubi* Cn. Lentulus *simpliciter commemoratur, item de locis Dionis 57, 24, 8* (Λέντουλος) *et Flori 2, 28. 29* (Lentulus) *aut ad hunc aut ad consulem a. 18 a. C. pertinentibus v. infra.*

Apparet ex testimoniis supra allatis Lentulum ut distingueretur ab eiusdem nominis atque aetatis viro (probabiliter a Cn. Lentulo consule a. 18 a. C. n. 1378), sacerdotii vocabulum cognominis instar et ipsum nomini addidisse et ab aequalibus saepe neque tamen semper eo appellatum esse (quod censet Klebs PIR¹ C 1132 titulos, in quibus 'augur' *desit, omnes esse consulatus indicationes, monuerim et in consulatus mentionibus interdum auguratum nominibus addi — velut ab ipso Augusto RgdA ll. ll. — et aliorum titulorum, qui ad Lentulum hunc definite referri possunt, numerum esse minorem quam ex quibus certum quid concludere liceat). Haud certa igitur ratione diiudicari potest, utrum hic an Cn. Lentulus*

consul a. 18 a. C. intellegendus sit Cn. Lentulus *is, quem Dacos vicisse ob eamque causam ornamenta triumphalia obtinuisse scriptores tradunt. Virum illum triumphalem eundem esse atque Lentulum de quo agimus statuerunt Zippel Losung d. konsul. Proconsuln 9, Mommsen RgdA² 131, 1, Gardthausen Augustus 1, 1181; cognominem consulem a. 18 hic agnoscere voluimus Borghesi 5, 300, Nipperdey-Andresen ad Tac. 1, 27; 4, 44, Klebs l. l., ego RE 4, 1363, nuper v. Premerstein Jahresh. 29, 62. 68, Syme Journ. Rom. St. 24, 128. At cum et Tacitus diserte testetur (a. 4, 44) Cn. Lentulum Getarum devictorem primum pauperem deinde ditissimum fuisse opibusque suis 'modeste' usum esse et Seneca (de benef. 2, 27) de Lentuli auguris priore paupertate et subsequentibus maximis divitiis necnon de avaritia eius copiose disserat, non crediderim talem rem insolitam duobus viris cognominibus eiusdem aetatis accidisse (cf. H. Lehmann Philol. S. 2, 1863, 155). Recte puto censuit Mommsen l. l. locos Senecae et Taciti colore magis quam re inter se differre. Neque offendit, quod Tacitus eundem virum passim* Cn. Lentulum, *uno autem loco (3, 59)* Lentulum augurem *nominat: scriptorem hunc non semper iisdem nominibus eundem hominem significare observatur in Lepidis, Pisonibus, Silanis; praeterea notabile est Lentulum* augurem *appellari a. 3, 59 loco quo agitur de rebus sacris. Atque etiam quod Lentulus augur magister fratrum Arvalium a. 14 p. C. in locum Augusti (demortui d. 19 m. Aug.) d. 15 m. Dec. demum novum fratrem Arvalem cooptavit, id facile explicatur, si statuimus Lentulum magistrum eo quod interiectum erat tempore Roma afuisse, nempe cum Druso Caesare in Illyrico fuisse (Tac. 1, 27). Denique ne id quidem ulla ex parte improbabile est 'magnas opes innocenter partas' (Tac. 4, 44) a Lentulo acquisitas esse praeda sine dubio ingenti belli Dacici. Atqui concedendum quaestionem hanc nisi novis testimoniis repertis dirimi non posse.*

Cn. f. *t. 2. Dio ind. l. 54.* Cn. f. Cn. n. *t. 5, si hunc titulum recte ei adscribimus. Pater eius potest fuisse* Cn. Lentulus Clodianus praetor a. 59 a. C. *(Münzer RE 4, 1381, 217), avus* Cn. Lentulus Clodianus consul a. 72 a. C. *(Münzer l. l. 1380, 216).* Omnia incrementa sua divo Augusto debuit, ad quem adtulerat paupertatem sub onere nobilitatis laborantem *Sen. de benef. 2, 27, 2.* Quaestor Imp. Caesaris (qui postea Augustus) *t. 5 intra a. 38—27 a. C., fortasse a. 29, cum Caesar etiamtum in regionibus Graecis degebat. Hunc titulum ab editore recte relatum esse ad Lentulum eum, de quo agitur, non certum at probabile est, alius enim* Cn. Lentulus Cn. f., *qui eadem aetate floruit, altero cognomine* Maluginensis *utebatur, ut ex t. XI 7285 recte concludit Cichorius Herm. 39, 461 sq. (cf. n. 1393); sane videntur his temporibus plures fuisse Lentuli quam qui nobis innotuerunt. Lentulus augur si vere quaestor fuit iam ante a. 27 a. C., pro illa aetate mirum non est magnum inter quaesturam consulatumque temporis intervallum (velut Lentulus Marcellinus cos. a. 18 a. C.*

aequalis eius undecim annis post praeturam ad consulatum pervenit, cf. n. 1396).

Consul a. 740 = 14 a. C. cum M. Licinio Crasso in integrum annum *v. supra* (d. 13 m. Iun. *Herzog 72*, d. 25 m. Iun. *VI 23532*, d. 29 m. Sept. *X 1938)*. Proconsul Asiae a. 753 = 1 a. C. *t. 1 (scriptus* d. 12 m. Aug.); *principium* epistulae eius die 17 μηνὸς Δαισίου *i. e. m. Maio ineunte* ad Nysaeos datae *extat ib. v. 15 sq. Fuit ergo proconsul anno proconsulari 2/1 a. C. Ad proconsulatum accessit post Paullum Fabium Maximum cos. a. 11 a. C., Iullum Antonium cos. a. 10 a. C., C. Asinium Gallum cos. a. 8 a. C., quamquam ante eos fasces gesserat, id quod fortasse inde explicandum est, quod iure liberorum carebat.*

Si recte se habet quod supra positum est, hic est Lentulus, qui iussu Augusti Dacos ultra ulteriorem Danubii ripam perpulit, citra praesidia constituit, Sarmatas Danubio prohibuit *Flor. 2, 28. 29 (huius ni fallimur expeditionis mentionem faciunt Lentuli nomine non posito Augustus Rg c. 30, Strabo 7, 304 sq., Suet. Aug. 21, 1)*. Ob res contra Getas gestas triumphalibus ornamentis honoratus *Tac. a. 4, 44. Lentulum bellum administrasse ut legatum Moesiae statuit Mommsen RgdA² 131, cui assensus est Ritterling RE 12, 1229, Illyrico eum praefuisse contendunt v. Premerstein Jahresh. 1 B. 168 sq.; 29, 72, Syme Journ. Rom. St. 24, 128 sqq. probabiliter. De aetate belli Dacici admodum diversae prolatae sunt sententiae, velut de a. 6 p. C. cogitavit Mommsen l. l. 132 vix recte; medio fere Augusti principatui expeditionem hanc vindicaverunt Ritterling l. l. (c. a. 11 a. C.), Patsch S. Ber. Ak. Wien 214, 1932, 91 sqq. (a. 14/13 a. C.); intra a. 6 a. C. et 4 p. C. vel accuratius intra a. 1—4 p. C. Lentulum Dacos profligasse censet Syme l. l. 113—137; ad extremos Augusti annos (c. a. 11—13 p. C.) bellum Dacicum refert v. Premerstein Jahresh. 29, 60—72. Testimonia certa cum ad tempus belli accuratius definiendum non praesto sint, hanc quaestionem nisi tituli novi in lucem prodeunt expedire non licet.*

Augur *v. supra*. Frater Arvalis *t. 2*, magister collegii a. 14 p. C. *die incerto ante pr. id. Maias*, d. 14 m. Mai, d. 15 m. Dec. Arvalibus praesedit *ib. (huius nomen supplevit Gatti in actis Arv. a. 20 p. C. haud recte, cf. VI 32340 adn.)*. Eodem anno (post d. 19 m. Aug., *tempore autumnali ut videtur cf. Tac. 1, 30* 'praematura hiems') hic *(vel Cn. Lentulus cos. a. 18 a. C.)* cum Druso Caesare in Illyricum missus est ad seditionem militum sedandam *Tac. 1, 27 (cf. c. 24* Drusum filium cum primoribus civitatis misit *sc. Tiberius)*. Milites maxime infensi Cn. Lentulo, quod is, ante alios aetate et gloria belli, firmare Drusum credebatur, saxa in eum iecerunt *Tac. l. l.* Sententiae a Cn. Lentulo in senatu dictae a. 16 *Tac. 2, 32*, a. 22 *ib. 3, 68*. A. 22 cum Lentulus Maluginensis flamen Dialis postulavisset, ut Asiam sorte haberet, augur Lentulus adversus dis-

seruit *ib. 3, 59. Anno incerto Tiberii* sententiam tulit de cultu feminarum *Tertullian. de pallio 4.*

Princeps civitatis et pecunia et gratia *Sen. de benef. 2, 27, 2 (de Lentulo augure verba faciens).* A. 24 Vibius Serenus filius Cn. Lentulum *(augurem?)* et Seium Tuberonem maiestatis apud senatum accusavit, magno pudore Tiberii, cum primores civitatis, intimi ipsius amici, Lentulus senectutis extremae, tumultus hostilis et turbandae rei publicae accerserentur; sed hi statim exempti *Tac. 4, 29. Dio-Xiph. 57, 24, 8.* A. 25 Cn. Lentulus obiit, cui super consulatum et triumphalia de Getis *(cf. supra)* gloriae fuerat bene tolerata paupertas, dein magnae opes innocenter partae et modeste habitae *Tac. 4, 44.* Cn. Lentulus augur metu et angore ad fastidium vitae a Tiberio actus et ut ne quo nisi ipso herede moreretur *Suet. Ti. 49, 1 (cf. titulos VI 4273. V 2386 infra allatos).* Cn. Lentulus augur divitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent; quater milies sestertium suum vidit *Sen. de benef. 2, 27, 1;* ei census maximus fuit *Suet. Ti. 49, 1.* — Φύσει ἐπιεικής *Dio-Xiph. l. l.* Ingenii fuit sterilis, tam pusilli quam animi *(praetulerim lectionem codicis Guelf.* tam pusilli oris quam animi); cum esset avarissimus, nummos citius emittebat quam verba: tanta illi inopia erat sermonis *Sen. l. l.* De divo Augusto solebat queri dicens a studiis se abductum; nihil tantum in se congestum esse quantum perdidisset relicta eloquentia *Sen. l. l. § 2 (Senecae in nobiles suae aetatis malignitatem locis non paucis testatam habemus, cf. A 404, C 289. 1380, Paullus Fabius Persicus).*

Num ex Suetonii verbis supra allatis colligendum sit Lentulo liberos superstites non fuisse, dubitare possis, quamquam eum prole caruisse conieceris ex proconsulatus tempore (v. supra). P. Cornelium Cn. f. Lentulum Scipionem cos. a. 2 p. C. filium eius fuisse viri docti nonnulli statuerunt nescio num recte (v. infra n. 1397, cf. praeterea n. 1386). Non huius Lentuli filius fuit Ser. Cornelius Cn. f. Cn. n. Lentulus Maluginensis cos. a. 10 (n. 1394), adversus quem Lentulus augur verba fecit in senatu (v. supra); cf. Cichorius Herm. 39, 469. — Liberti eius *t. 3. 4 cf. Sen. l. l. Huius probabiliter quondam servi fuerant* Elenchus Iuliae Aug. servus Lentlianus *VI 4273,* Fronto Ti. Claudi Caesaris Aug. Germanici dispesator Lent(l)ianus *V 2386; cf. Hirschfeld Kl. Schr. 521, v. Premerstein Herm. 43, 335.* *Gr.*

1380 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS, consul a. 1 a. C., *memoratur in t. Lepcitano inedito, quem nobiscum communicavit Jac. Guidi (1), in t.* pronepotis *VI 1439 = D. 959 (2); ad eum pertinere videtur t.* liberti *VI 16287 (3).* — *Nummi argentei a) in adversa* Augustus, *in aversa* Cossus Cn. f. Lentulus *Babelon Monn. rép. 1, 430, 79. Grueber Coins 2, 101, 4672 sq. = Mattingly Br. Mus. 1, 25, 122 sq. RIC 2, 311, 817. b) ab altera parte*

exhibentes caput Augusti et inscriptionem Augustus cos. XI, *ab altera caput Agrippae inscripti* M. Agrippa cos. ter *infra* Cossus Lentulus *Babelon 1, 431, 80. Grueber 2, 101, 4671 = Mattingly 1, 25, 121. RIC 2, 311, 818.*

In consulatu: Κόσσος Κορνήλιος Γν. υἱ. Λεντοῦλος *Dio ind. l. 55;* Cossus Cornelius Lentulus *V 3257 = D. 3610;* Κόσσος [Κ]ο[ρ]νήλιος Λέντυλος *Ditt. Syll.*[3] *781;* Cossus Cornelius *I*[2] *p. 69 = VI 10395 (fasti). VI 8738 = D. 7866;* .... lius *I*[2] *p. 70 fasti Arv.;* Cossus Lentulus *Cassiodor. Chron. min. 2, 136;* Coss. Lent. *Babelon Arethuse 5, 1928, 16, 27 tessera nummularia; ceterum* Lentulus *fasti scripti.* — Cossus Lentulus *t. 1;* Cossus *t. 2 (de t. 3 v. infra).* — Κορνήλιος Κόσσος *Dio 55, 28, 4, ceterum apud scriptores* Cossus. Cognomen Gaetulici *ei tribuunt Florus 2, 31. Dio 55, 28, 4, cf. Vell. 2, 116, 2 (v. infra), haud recte. Nomina quae sunt in nummis v. supra.*

Cn. f. *nummi a; Dio ind. l. 55. Filius puto* Cn. Cornelii L. f. Lentuli consulis a. 18 a. C. *(n. 1378), id quod confirmari videtur titulo 3* L. Corneli Primigeni Cossi [n(ostri)] liberti. *Cossus enim cum vetus gentis cognomen more hominum nobilium illius aetatis loco praenominis adhibitum (cf. Klebs PIR*[1]*C 1124) ad libertos certe non transmiserit, patris vel avi praenomina iis imposuisse videtur.*

Triumvir monetalis *intra a. 23 et 6 a. C., cum in nummis b* Augustus *appelletur* cos. XI; *accuratius tempus inde fere definitur, quod in nummis his repraesentatur M. Agrippa, qui a. 18 a. C. tribuniciam potestatem accepit, a. 12 a. C. diem supremum obiit (anno 12 a. C. nummum attribuit M. Reinhold Marcus Agrippa 100, 7; 131, 38, a. 23 a. C. R. Daniel M. Vips. Agrippa 105 sq., hic sine idonea causa). Cum C. Antistius Vetus triumvir monetalis a. 16/15 a. C. ad consulatum pervenerit a. 6 a. C. (v. supra A 771), probabile est Cossum, qui Veterem nobilitate multo praecedit, a. 12 a. C. vel paulo ante vigintiviratu functum esse. Hoc ipso anno eum monetalem fuisse statuit Mattingly p. CVII; collegas Cossi putat idem L. Lentulum flaminem Martialem (vix recte; cf. infra n. 1384) et L. Caninium Gallum (supra n. 390), Willers Kupferpräg. 156 C. Antistium Reginum et C. Marium, uterque non satis certis ex causis.* Consul *t. 1* a. 753 = 1 a. C. cum L. Calpurnio Pisone augure *v. supra* (. . k. Apr. *Arethuse 5, 16, 27 tess. numm.;* d. 12 m. Aug. *Ditt.*[3] *781).* XV vir sacris faciundis *t. 1.* Proconsul (Africae) *t. 1. Vell. 2, 116, 2* ('in Africa') a. 6 p. C. Gaetulos et Musulamos devicit *Dio 55, 28, 3. 4, qui Gaetulorum tantummodo mentionem facit. Flor. 2, 31, inde Oros. 6, 21, 18, cf. Vell. l. l.;* 'auspiciis Imp. Caesaris Aug. — — ductu Cossi Lentuli — — provincia Africa bello Gaetulico liberata' *t. 1. Cossum provinciam non sorte nactum sed ab Augusto extra ordinem proconsulem factum Africam per biennium (a. 5—7 ut videtur) rexisse apparet ni fallor ex verbis Dionis*

l. l. § 2 ὥστε καὶ ἐπὶ δύο ἔτη τοὺς αὐτοὺς ἐν τοῖς τοῦ δήμου ἔθνεσι, καὶ αἱρετούς γε ἀντὶ τῶν κληρωτῶν, ἄρξαι. *In t. 1 cum iterationis nota desit, videtur Cossus bellum confecisse primo proconsulatus anno (5/6 p. C.?).* Ornamentis triumphalibus honoratus *Vell. l. l.* (paucis annis ante a. 9 p. C.). *Dio l. l.* Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit *Vell. l. l., quae verba ita accipienda putaverim, ut Cossus quidem ipse abstinuerit usu cognominis, indiderit filio (natu minori) (cf. Klebs l. l.). Minus recte igitur Florus l. l.:* unde illi Gaetulici nomen latius quam ipsa victoria, *Dio l. l. § 4* ὥστε Κορνήλιον Κόσσον — — — ἐπωνυμίαν ἀπ᾽ αὐτῶν λαβεῖν. — *Hic sine dubio significatur apud Senecam de clem. 9 (in oratione Augusti a Seneca conficta):* Paullusne te et Fabius Maximus et Cossi et Servilii ferent tantumque agmen nobilium — — qui imaginibus suis decori sunt? *Idem videtur* Lentulus, qui *intra m. Iul. et Sept.* a. 31 in senatu sententiam tulit *Venul. Saturninus dig. 48, 2, 12 pr.:* 'hos accusare non licet: legatum imperatoris ex sententia Lentuli dicta Sulla et Trione consulibus' *(cf. quae exposuit Rogers Class. Philol. 26, 40).* Tiberius Cossum fecit urbis praefectum *Sen. epist. 83, 15. Cossum hunc, non eius filium cognominem praefectura urbis functum esse concludere licet ex loco Senecae, ubi de homine provecto aetate verba fieri videntur. Ac iure monuerunt H. Lehmann Philol. S. 2, 155 sqq., Klebs l. l. et L. Pisonem pontificem (supra n. 289) et L. Lamiam (supra A 200), qui ante Cossum praefectura urbica functi erant, triginta fere annis post consulatum ad id culmen honorum ordinis senatorii pervenisse. Successor fuit sine dubio Lamiae demortui a. 33 p. C.* Tiberius *(qui inde ab a. 27 Capreis degebat)* ei multa sua manu scripsit, quae committenda ne ministris quidem suis iudicabat *Sen. l. l. Cossum summa apud Tiberium gratia floruisse vel inde elucet, quod hic vivo etiamtum Cosso patre ut videtur filios eius primum maiorem deinde minorem exercitui Germanico superiori praeposuit (v. infra n. 1381. 1390). Vita functus esse videtur non post a. 36, quippe quo anno L. Piso (cos. a. 27) urbi praefuerit (v. supra n. 293).*

Vir gravis moderatus, sed mersus et vino madens, adeo ut ex senatu aliquando, in quem e convivio venerat, obpressus inexcitabili somno tolleretur *Sen. l. l.* Passienus (Rufus) et Cossus viri quamquam diversis virtutibus celebres *Vell. 2, 116, 2.*

Filii huius Cossus Cornelius Lentulus cos. a. 25 *(n. 1381),* Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus cos. a. 26 *(n. 1390), cf. Vell. l. l., filia fortasse* Cornelia C. Calvisii Sabini cos. a. 26 uxor *(n. 1479).* M. Iunius Silanus Lutatius Catulus Cossi pronepos *t. 2. Cf. stemma Lentulorum supra ad p. 329 propositum.* — Libertus eius *t. 3.* *Gr.*

1381 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS, consul a. 25 p. C. *In consulatu:* Κόσσος Κορνήλιος Κόσσου υἱ(ὸς) Λεντοῦλος *Dio ind. l. 57;* Cossus Cornelius Lentulus *I² p. 71 fasti Arv. VI 10051 = D. 5283. XI 3613 = D. 5052;*

Cornelius Le.... (L. f. *traditur) V 5594;* Cossus Cornelius *Cassiodor. Chron. min. 2, 136;* Cornelius Cossus *Tac. a. 4, 34, ceterum* Lentulus *fasti.* (Lentulus Galba *fasti Hydat. Chron. min. 1, 219. Epiphan. panarion haer. 51, 22 p. 291 Holl, ubi consulatus a. 22 et 25 inter se confunduntur.)*

Cossi filius *Dio l. l. scil. consulis a. 1 a. C., qui praecedit.* Consul a. 25 cum M. Asinio Agrippa *v. supra* (k. Mart. *XI 3613); in eius locum suffectus* C. Pet(ronius) *(v. supra A 1223). Nescio an Cossus hic memoratus sit in t. (iam permutilo) imperatoris alicuius Mogontiacensi XIII 6798, quem ad imp. Traianum rettulit Zangemeister (Westd. Zeitschr. 11, 318 cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 28) haud recte, cum desit cognomen Germanici; ex vestigiis nominum imperatoris apparet neminem in censum venire nisi Tiberium; suppleverim igitur:* [Ti. Caes. divi f. Au]g. pon[t. max. tri]b. pot. X... [im]p. IIX (= VIII) c[os. IIII Co]ssus [Lentulus leg. Aug. pr. pr.] *(Tiberius imperatoriam salutationem octavam accepit a. 16, cf. supra p. 225, nec postea iteravit). In nomine legati quoniam ..* ssus *ponitur loco praenominis, commode cogitaveris de Cosso Lentulo. Quod si recte statuitur, hic exercitui Germanico superiori praefuit post a. 25, quo a. fasces gessit, ante a. 30, quippe quo anno legationem inierit frater eius natu minor Lentulus Gaetulicus (v. infra n. 1390). Hunc esse Cossum,* quem Tiberius urbis praefectum fecit *(Sen. epist. 83, 15), probare studuit Borghesi 9, 260, sed magis cogitaverim de patre (v. n. 1380). — Pater sine dubio eius qui sequitur.* *Gr.*

1382 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS, consul a. 60 p. C. *In consulatu:* Cossus Lentulus Cossi f. *VI 396 cf. 30753 = D. 3671. VI 2042 acta Arv. IV 4182;* Cossus Len..... *IV 3340 tab. cer. 144 v. 17* (Cossus *v. 1);* Cossus Cossi f. *Frontin. de aq. 102;* Cornelius Cossus *Tac. a. 14, 20;* .... us Lentulus *VI 30469;* Cornelius *Chron. min. 1, 283. 413. 688; 2, 138;* Lentulus *ib. 1, 57. 221.*

Cossi filius *v. supra scil. eius qui praecedit.* Consul a. 60 cum Nerone IIII *v. supra* (d. 8 m. Mai *tab. cer. Pomp. 144) in kal. Iulias ut videtur cf. III p. 845 = D. 1987 dipl. mil. Suet. Nero 14.* — Cossus nobilis *memoratur a Iuvenale 3, 184; 8, 21;* Cossus *pro libito ponitur ib. 10, 202. — Non huc pertinet* .... ιος Κόσσου [υἱὸς] Βολουμνια[νός] *Wadd. 3, 48 t. Erythraeus (perperam PIR*[1] *C 1128) cf. Keil Jahresh. 13 B. 59.* *Gr.*

1383 L. CO[RNELIVS] LENTVLVS (Λεύκιος Κο[ρνήλιος ... υἱὸς] Λέντλος) honoratus publice *t. Thyatireno Bull. hell. 11, 457, 19 = IGR 4, 1192 ineunte aetate imperatoria posito ut* ε[ὐεργέτης καὶ πάτρω]ν Thyatirenorum [ἐκ προ]γόνων. *Cf. n. 1384.* *Gr.*

1384 L. CORNELIVS LENTVLVS, consul a. 3 a. C., cum collega posuit *t. VI 31772 (1). Idem fortasse honoratur publice t. (mutilo) Attico IG 3, 586 = 2/3*[2]*,*

4134 (2); num ad eum pertineat t. Thyatirenus Bull. hell. 11, 457, 19 (v. n. 1383), parum constat; sacerdotium enim ab ipso Lentulo nomini suo additum demonstrare videtur virum cognominem iisdem temporibus floruisse. — Nummi argentei in adversa exhibentes caput Augusti cum inscriptione Augustus, *in aversa repraesentantes virum togatum manu sinistra clupeum, in quo inscriptum est* c(lupeus) v(irtutis). *humi attinentem, dextra statuam viri, cuius capiti sidus imminet, coronantem, inscripti* L. Lentulus flamen Martialis *Babelon Monn. rép. 1, 431, 81 (haud accurate); 2, 80, 241. Grueber Coins 2, 102, 4674 sq. = Mattingly Br. Mus. 1, 26, 124 sq. RIC 1, 77, 173.*

In consulatu: [Λ.] Κορνήλιος Λ. υἱ. Λεντοῦλος *Dio ind. l. 55;* L. Lentulus *RgdA c. 16 (cf. Mon. Antioch. Klio Beih. 19 tab. 4; Mon. Ancyr. gr. 9, 7). I² p. 69 = VI 10395. IV 2450;* L. Lent. *I 748 = Herzog 76 tess. numm.;* Cn. *(sic)* Lentulus *Suet. Galba 4, 1;* C. *(sic)* Lentulus *Cassiodor. Chron. min. 2, 135; ceterum* Lentulus *fasti scripti. — .....* us flam. Mart. . . *t. 1;* Λεύκιος [Κορνήλιος] Λευκί[ου υἱὸς] Λέν[τλος] *t. 2 si ad hunc pertinet;* Lucius Lentulus *inst. Iust. 2, 25 pr.;* L. Lentulus flamen Martialis *nummi.*

L. f. *Dio l. l.; t. 2. Filius fortasse* L. Lentuli, *qui commemoratur a Cicerone a. 59 et 54 a. C. (cf. Münzer RE 4, 1372, 196), qui quidem a viris doctis nonnullis non diversus putatur a cognomine praetore a. 44 a. C. (Cic. Phil. 3, 25 cf. Münzer l. l. 197), sed v. supra n. 1378, nepos igitur* L. Lentuli Nigri flaminis Martialis *(Münzer l. l. 1391, 234).* Flamen Martialis *t. 1; nummi. Nummos num cuderit ut triumvir monetalis, nequaquam certum videtur neque magis liquet, quid sibi velit typus in aversa nummorum parte obvius; statuam divi Iulii hic expressam esse statuerunt Babelon, Grueber ll. ll., de M. Agrippa cogitant Mattingly p. XCVII. CVII, M. Reinhold, Marcus Agrippa (1933) 131, 38; qui si verum vident, nummi cusi sint necesse est paullo post mortem Agrippae (a. 12 a. C.). Id certe constat nummos cusos esse post a. 27 a. C. (Lentulum inter a. 20—15 a. C. triumviratu monetali functum esse posuit Mommsen Z. f. Num. 11, 80; eidem fere tempori eum attribuit Willers Kupferpräg. 157, qui censet Lentulum in locum triumviri alicuius suffectum esse; a. 12 a. C. eum rei monetariae praefuisse una cum Cosso Lentulo (n. 1380) et L. Caninio Gallo (supra n. 390) statuit Mattingly l. l. nescio num recte).* — Consul a. 751 = 3 a. C. cum M. Valerio Messalla Messalino *v. supra* (k. Iun. *Herzog l. l.;* d. 21 m. Nov. *IV 2450).* Consules *opus aliquod* ex senatus consulto reficiendum curaverunt *t. 1. — Hic videtur significari inst. Iust. 2, 25 pr.:* primus L. Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa coeperunt, codicillos introduxit; nam cum decederet in Africa scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid *cet. Unde probabiliter colligendum eum*

proconsulem Africae fuisse. Proconsulatum eius a. 3/4 vel 4/5 attribuerim propter quinquennii intervallum inter consulatum proconsulatumque legitimum (a. 5—7 Africae praefuisse videtur Cossus Lentulus cos. a. 1 a. C., v. supra n. 1380). — In huius locum flamen Martialis factus videtur esse C. Iunius Silanus cos. a. 10 p. C. (cf. I² p. 29 fasti Capitol.). — Filia ei superstes fuit *inst. Iust. l. l. Quae si eadem est atque* Cornelia 'Scipionum gentis' L. Volusii Saturnini cos. a. 3 p. C. uxor *(n. 1476), aut Lentuli huius uxor originem duxit e gente Scipionum aut ipse inter maiores numeravit Scipiones.* *Gr.*

1385 L. Cornelius Lentulus, P. f., Pollia *VI 16251 t. sepulcralis. Num fuerit ordinis senatorii, mihi dubium videtur.* *Gr.*

1386 P. CORNELIVS LENTVLVS (Λέντλος) augur honoratus publice *t. Attico IG 2/3², 4102. Idem mihi videtur* P. Lentulus Spinther iunior, *quippe qui et augur fuerit et inde ab a. 44 a. C. degerit in regionibus Graecis (cf. Münzer RE 4, 1398 sq., 239). Paulo post bellum Philippense vita cessisse videtur (Münzer l. l.). (De filio aliunde ignoto Cn. Lentuli auguris n. 1379 cogitat Kirchner ad t.).* *Gr.*

1387 P. (CORNELIVS?) LE[NTVLVS?]. *Ex nominibus* consulum suffectorum a. 27 p. C. *extat in fastis Arv. I² p. 71* P. Le . . . . . C. Sall . . . . . . *Nomen alterius consulis certa ratione suppleri potest* C. Sall[ustius (Passienus) Crispus]; *de altero dubitari potest, num* Le[ntulus] *recte suppleverit Henzen Acta Arv. p. 184. Qui si verum vidit, P. Lentulus hic fortasse ex posteris fuit P. Lentuli Marcellini consulis a. 18 a. C. (n. 1396) vel (Lentuli) Marcellini Scriboniae filii (n. 1395).* *Gr.*

1388 (CORNELIVS) LENTVLVS CETHEGVS *memoratur in t.* Coreliae *(sic)* Quintae nutricis *VI 6072 rep. in sepulcro quodam quod in usu erat extrema aetate Augusti temporibusque Tiberii (cf. VI p. 982 sq.). Necessitudine coniunctus videtur cum* Ser. Cornelio Cethego cos. a. 24 *(n. 1336) nisi idem est.* *Gr.*

1389 (CORNELIVS) LENTVLVS CRVSCELLIO (Lentulus Cruscellio *Val. Max.*, Λέντλος *App.)* a triumviris a. 43 a. C. proscriptus ad Sex. Pompeium in Siciliam profugit *Val. Max. 6, 7, 3. App. b. c. 4, 39, 164;* a Pompeio legatus (στρατηγός) factus *App. l. l.* Uxor Sulpicia Iuliae filia ad eum clandestina fuga pervenit *Val. Max. l. l. cf. App. 164 sq. (ubi nomen uxoris tacetur). Idem ni fallor* Cn. Lentulus praet(or) *(ante a. 27 a. C.), qui memoratur in t. Urbinate (duobus exemplis servato)* T. Marii Siculi — — — — praefect(i) in cl(asse) Cn. Lentul(i) praet. in Sicilia *XI 6058 (de lectione cf. Bormann ad t.), cf. quae exposui Klio 14, 51—57. Pater eius, ut ex nominibus apparet,* L. Cornelius Lentulus Crus cos. a. 49 a. C. — *A Lentulo Cruscellione diversum putaverim* Cn. Lentulum L. filium consulem a. 18 a. C. *(n. 1378), cf. Klio l. l. 55, 1.* *Gr.*

1390 CN. CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS, consul a. 26 p. C., *memoratur*

in fastis Arvalium I^2 *p. 71 h v. 5 (1), in actis eorundem VI 2029 = 32346 h v. 18 sq. (2), in titulis* filiae *VI 1391 (3),* nepotis *ib. 1439 = D. 959 rep. in sepulcro Scipionum (4),* liberti *VI 9834 = D. 7387 (5).*

In consulatu: Cn. . . . . . . I^2 *p. 71 v. fasti Arv. X 896;* Cn. Cornelius Gaetulicus *II 2093;* Cn. Gaetulicus *Cassiodor. Chron. min. 2, 136;* [Cn. Lent]ulus Gaetu[licus] *VI 343;* Gaetulicus *XI 3805 = D. 6579. XV 4531 (in amphora);* Lentulus Gaetulicus *Tac. a. 4, 46, ceterum* Gaetulicus *fasti scripti.* — Cn. Lentulus Gaetulicus *t. 3. 5;* Cn. Lentulus Gae[tulicus] *t. 2;* [Cn. Le]ntulus Ga[etuli]c. *t. 1;* Gaetulicus *t. 4;* Cn. Lentulus Gaetulicus *Suet. Cal. 8, 1;* Lentulus Gaetulicus *Tac. a. 4, 42; 6, 30. Dio 59, 22, 5. Plin. epist. 5, 3, 5; ceterum* Gaetulicus.

Filius Cossi Lentuli consulis a. 753 = 1 a. C. *(n. 1380) cf. t. 4.* Cossus victoriae (Gaetulicae) testimonium etiam in cognomen filii contulit adulescentis in omnium virtutum exempla geniti *Vell. 2, 116, 2; v. in patre.* Praetor peregrinus a. 23 *t. 1.* A. 25 consul designatus Aquiliam lege Iulia damnavit *Tac. a. 4, 42.* Consul a. 26 cum C. Calvisio Sabino, *marito sororis eius ut opinor (v. n. 354) v. supra* (k. Mart. *II 2093.* d. 26 m. Iun. *VI 343). Num ab hoc nomen acceperit* s. c.[tum] Gaetulicianum *(folium cod. membranacei Berolini adservatum, P. M. Meyer Sav. Z. 42, 46), omnino incertum.* Legatus exercitus Germanici (superioris) per annos decem *(scil. a. 30—39 p. C.) Dio 59, 22, 5 (ad a. 39); successor ni fallor Cossi Lentuli fratris (v. supra n. 1381).* Gaetulicus ea tempestate superioris Germaniae legiones curabat mirumque amorem adsecutus erat, effusae clementiae, modicus severitate *Tac. a. 6, 30 ad a. 34 cf. Suet. Galba 6, 2 = epit. de Caes. 6, 3. Dio l. l.* A. 34 Abudius Ruso dum Lentulo, sub quo legioni praefuerat, periculum facessit, quod is Seiani filium generum destinasset, ultro damnatur *Tac. l. l.* Unus omnium Seiani adfinium incolumis multaque gratia apud Tiberium mansit *Tac. l. l.* A. 39 a Gaio Caesare interfectus *Dio l. l. cf. Sen. nat. quaest. 4 A praef. 15;* d. 27 m. Oct. fratres Arvales immolaverunt ob detecta nefaria con[silia in C. Caes. Aug. Germanic]um Cn. Lentuli Gae[tulici] *t. 2.* Lepidi *(v. supra A 371)* et Gaetulici coniuratio *commemoratur Suet. Claud. 9, 1.*

Inter poetas eroticos nominatur *Plin. epist. 5, 3, 5. Martial. praef. l. 1. Sidon. Apollin. carm. 9, 259; epist. 2, 10, 6.* Carminibus Caesenniam amicam *(at cf. infra)* celebravit *Sidon. Apollin. epist. l. l. Tres versus* de Britannis *affert Probus in Verg. georg. 1, 227 p. 38 Keil. Nescio num idem* Γαιτουλικός *(nomen varie scribitur in cod. Pal.), cuius epigrammata graeca novem extant in anthologia graeca (cf. RE 4, 1386. Wien. St. 1903, 320; huius esse epigrammata negat Malcovati Athenaeum 1, 1923, 32 sqq.).* Testimonium eius de Gai Caesaris urbe natali refellit Plinius *Suet. Cal. 8, 1; unde num colligendum sit eum opus aliquod histo-*

ricum confecisse, dubitaverim (cf. Jahn in ed. Persii p. CXLII). — Idem videtur significari Iuvenal. 7, 94 sq.: quis tibi Maecenas, — — quis Lentulus alter?

Gener L. Apronii (consulis a. 8) *Tac. 6, 30, maritus igitur Aproniae Caesiae vel Caesianae (v. supra A 971). Eandem esse* Caesenniam *a Sidonio laudatam conieci Wien. St. l. l.* Liberi eius: Cossus Cornelius Cn. [f.] Lentulus Gaetulicus *(n. 1392),* qui liberto et procuratori patris posuit *t. 5;* [Cor]nelia Cn. Lentul[i Ga]etulici filia Caesia *sive* Caesia[na] *t. 3 eadem fortasse atque* Gaetulici filia filio Seiani (Aelio Straboni? *v. supra A 267)* destinata *Tac. 6, 30;* D. (Iunius) Silanus (Gaetulicus), *quem a patre in adoptionem datum esse D. Iunio Silano (cf. Tac. 3, 24) apparet t. 4 cf. VI 2002, 12; item sine dubio* Cn. (Cornelius) Lentulus Gaetulicus cos. a. 55 *(qui sequitur).* Cornelia Gaetulici filia Gaetulica, *cuius t. sepulcralis VI 1392 = D. 958 in sepulcro Scipionum repertus est, utrum huius filia fuerit an unius ex filiis eius, parum constat.* Nepos eius M. Iunius Silanus Lutatius Catulus *t. 4. Cf. stemma Lentulorum supra ad p. 329 propositum.* — Amicus eius Lucilius Iunior *Sen. nat. quaest. 4 A praef. 15.* *Gr.*

1391 CN. (CORNELIVS) LENTVLVS GAETVLICVS, *filius sine dubio eius qui praecedit,* consul suffectus m. Dec. a. 55 *ut videtur* cum T. Curtilio Mancia *VI 32352 acta Arv.:* Cn. Lentulo Gaetulico *(v. 1)* d. 11 m. Dec.; Cn. Len . . . . . *(v. 14: quod Lentuli nomen contra usum hic repetitur, inde fortasse explicandum, quod in locum Manciae alius suffectus est). IV 3340 tab. cer. Pompeiana 148* (d. 6 m. Dec.) Cn. Lentulo Ga[e]tulico, *ib. tab. cer. 16* (d. 30 m. Dec.) . . Lentulo Gaetul . . ., *tab. 17. 18* Cn. Lentulo *(lectio nominis incerta tab. 15* d. 12 m. Dec.). — *Alienus ab his Lentulis Gaetulicis* . . . . . [Γ]αιτου[λικός] *civis Amasensis IGR 3 101 = SEG 4, 731.* Cornelius Gaetulicus *homo de plebe VI 35045.* *Gr.*

1392 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS liberto paterno *in sepulcro Scipionum* posuit *t. VI 9834 = D. 7387 (1); memoratur in t.* concubinae *VI 17170* posito a filia *(2).*

Cossus Cornelius Cn. [f.] Lentulus Gaetulicus *t. 1;* Cossus Gaetulicus *t. 2.* — Cn. Lentuli Gaetulici (consulis a. 26) filius *t. 1 (v. n. 1390).* Pater Corneliae virginis Vestalis *t. 2; quae si eadem est atque* Cornelia ex familia Cossorum a. 62 virgo Vestalis capta *(Tac. a. 15, 22), Cossus et uxor eius tunc temporis in vivis fuerint necesse est.* Eo concubina eius *t. 2.* Cn. Cornelius Atimetus libertus, procurator patris et filii et nutricius filii *t. 1.* Villa eius Bruttiana in Sabinis *t. 1.* *Gr.*

1393 (CN.? CORNELIVS) LENTVLVS MALVG[INENSIS] *memoratur in t. mutilo acephalo Volsiniensi XI 7285 = D. 8996, quem positum esse a* [L. Seio Strabone] praefecto Aegypti *iure sine dubio statuerunt Cantarelli Bull. com. 1904, 147 sqq., Cichorius Herm. 39, 461 sqq.*

Cosconia Lentuli (Lentulii *in lapide)* Malug[inensis filia] Gallitta uxor (L. Sei Strabonis) *t.; cf. Vell. 2, 127, 3:* 'Seianum —— materno genere clarissimas veteresque et insignes honoribus complexum familias'. Lentulum Maluginensem *hunc non eundem esse atque* Ser. Cornelium Cn. f. Cn. n. Lentulum Maluginensem cos. a. 10 p. C. *(n. 1394), sed propter temporum rationem patrem consulis a. 10 putandum docuit Cichorius l. l.; filius ergo Cn. Lentuli alicuius et ipse videtur eodem praenomine usus esse. Quod probare studuit idem vir doctus hunc esse* Cn. Lentulum, *qui filiis suis, nempe* Cosso Cornelio Cn. f. Lentulo consuli a. 1 a. C. *(n. 1380),* P. Cornelio Cn. f. Lentulo Scipioni consuli a. 2 p. C. *(n. 1397),* Ser. Cornelio Cn. f. Lentulo Maluginensi consuli a. 10 *(n. 1394), nomina stirpium exstinctarum Cossorum, Maluginensium, Scipionum imposuerit, id nescio an de his duobus (de Cosso v. supra n. 1380) recte iudicaverit, quamquam mireris illum Maluginensis cognomen, quod ipse gerebat, filiorum natu minori indidisse. Filiam (fortasse primam ex liberis natam) Cosconio alicui in adoptionem dederit necesse est. — Vix idem atque* Cn. Lentulus Cn. f. Cn. n. quaestor Imp. Caesaris (qui postea Augustus), qui honoratur *t. Delphico Fouill. de Delph. 3, 1, 348 n. 528 (cf. supra* Cn. Lentulus augur *n. 1379); nam is de quo agimus Lentulo et Maluginense cognominibus simul utebatur.* *Gr.*

1394 SER. CORNELIVS LENTVLVS MALVGINENSIS, consul suffectus a. 10 p. C. *In consulatu:* Ser. Cornelius Cn. f. Cn. n. Lentul. Malug. flam. Dial. *I² p. 29 fasti Capitol.;* Ser. Lentulus Malug. *VI 20606. 4418;* Ser. Lentulus *I² p. 72 = X 6639 fasti Antiates;* Ser. Lent. *X 8070, 4 = Herzog 86 tess. numm.;* Maluginensis *VI 25617.* — Servius Maluginensis *Tac. a. 3, 58. 71; 4, 16.*

Cn. f. Cn. n. *fasti Capitol.;* (Cn. Cornelii) Lentuli Malug[inensis] *(D. 8996) filius ut videtur, frater igitur* Cosconiae Gallittae, *avunculus L. Aelii Seiani (v. supra n. 1393). Non hic sed Q. Iunius Blaesus, collega eius in consulatu, intellegendus videtur* consularis avunculus Seiani, *qui nomine non posito commemoratur Vell. 2, 127, 3; Lentuli Maluginensis eius de quo agimus et Cosconiae Gallittae matrem bis matrimonium inisse et ex altero marito matrem extitisse Q. Iunii Blaesi putaverim; cf. stemma Lentulorum supra ad p. 329.*

Flamen Dialis *fasti Capitol. Tac. ll. ll. Quod censuit Cichorius Herm. 39, 463 hunc esse flaminem Dialem primum post LXXV annos (i. e. anno 11 a. C.) ab Augusto constitutum (Tac. a. 3, 58. Dio 54, 36, 1. Suet. Aug. 31, 4), id veri simile mihi non videtur.* Consul ex kal. Iuliis a. 10 p. C. cum Q. Iunio Blaeso *(fratre uterino ut videtur) fasti Ant. fasti Capitol.; v. supra.* A. 22 frustra postulavit, ut Asiam sorte haberet *Tac. a. 3, 58. 59. 71.* A. 23 defunctus; in locum eius filius flamen Dia-

lis factus *ib. 4, 16 (v. supra n. 1376). — Incertum cuius* Cornelii (Lentuli) Malugin[ensis liberta] *VI 7700.* *Gr.*

1395 CORNELIVS (LENTVLVS) MARCELL(INVS). *In t. urbano VI 26033 semel descripto saeculo XVII* libertorum et familiae Scriboniae Caesar(is) et Corneli Marcell. f(ilii) eius *restituendum videtur* Marcell(ini), *nam Cornelii Lentuli aetate liberae rei publicae exeuntis et primis principatus temporibus Marcellini cognomine utebantur, Marcelli autem cognomen a Corneliis nobilibus alienum fuit.*

De Scriboniae maritis liberisque saepe diversum in modum disputaverunt viri docti (velut Borghesi 5, 140. Klebs PIR[1] C 1147. Dessau ib. S 220) neque hanc quaestionem certe solvere licebit. Suetonius Aug. 62, 2 tradit: (Caesar qui postea Augustus) mox Scriboniam in matrimonium accepit *(a. 40 a. C.)* nuptam ante duobus consularibus, ex altero etiam matrem. *Hunc e gente Scipionis Aemiliani genus duxisse testatur Propertius in elegia scripta* de morte Corneliae, Scriboniae filiae *(5, 11 v. 29 sq. 38 sq.), sed monendum Propertium licentia poetica usum esse, nam Scipionem Aemilianum stirpem nullam reliquisse constat. Idem poeta quod dicit v. 65 sq.* Corneliam mortem obisse fratre consule, *vulgo statuitur Corneliae patrem fuisse* (P.?) Cornelium (Scipionem?) consulem suffectum a. 38 a. C. *(n. 1437), fratrem* P. Cornelium P. f. P. n. Scipionem consulem a. 16 a. C. *(n. 1438); alterum Scriboniae maritum statuit Borghesi l. l. (propter titulum VI 26033 supra allatum) Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum consulem a. 56 a. C. Cui opinioni repugnant Suetonii verba quae attuli. Praeterea propter temporum rationes de Lentulo Marcellino cos. a. 56 a. C. vix est cogitandum.*

Suetonium in eadem sententia bis erravisse parum probabile videtur; malim statuere eum in eo tantummodo errorem facile excusandum commisisse, quod Scriboniae maritum alterum, ex quo mater facta est, consularem *appellavit, quamquam hic quo tempore eam in matrimonio habebat, nondum fuit consularis. Quod si recte ponitur, fortasse licet colligere* (P.?) Cornelium consulem a. 38 a. C., *sive is Marcellini sive Scipionis cognomine usus sit, vel ipsum ex stirpe Lentulorum Marcellinorum adoptione transisse in familiam Scipionum (cf. verba Porcii Latronis ap. Sen. contr. 2, 1, 17* 'Aemiliorum <et> Scipionum familias adoptio miscuit; etiam abolita saeculis nomina per successores novos fulgent. sic illa patriciorum nobilitas — — — in haec tempora constitit') *vel a Scipionibus aliquo modo genus duxisse (nota P. Lentulum Marcellinum triumvirum monetalem c. a. 90 a. C. matrimonio sibi iunxisse Corneliam Scipionis Nasicae filiam, cf. Münzer RE 4, 1390, 230) filiisque suis nomina dedisse alteri* Cornelio Lentulo Marcellino, *alteri* P. Cornelio Scipioni *(aliter de hac re iudicaverunt Klebs, Dessau ll. ll.). Scipionibus exstinctis sepulcrum eorum Lentulis cessisse monuit Mommsen I² p. 376. Cf. stemma Lentulorum supra ad p. 329.*

(Lentulum) Marcell(inum), Scriboniae filium, *ex ratione aetatis cave eundem putes ac* P. Cornelium Lentulum Marcellinum praetorem a. 29 a. C., consulem a. 18 a. C. *(qui sequitur).* *Gr.*

1396 P. CORNELIVS LENTVLVS MARCELLINVS, consul a. 18 a. C., *videtur memorari in t. mutilo XI 7412 in agro Viterbiensi reperto. — In consulatu:* Π. Κορνήλιος Π. υἱ. Λεντοῦλος Μαρκελλῖνος *Dio ind. l. 54;* P. Cornelius P. f. *I² p. 64 fasti Colotiani;* P. Cornelius *ib. p. 65 fasti Biondiani;* P. Lentulus *Dio 54, 12, 4. Cassiodor. Chron. min. 2, 135. RgdA c. 6:* P. Lentulo et Cn. L . . . . . ; Cn. et P. Lentuli *ib. c. 18 (cf. praeterea supra n. 1378);* duobus Lentulis *XV 4539 = D. 8580 (in amphora), fasti nonnulli (consulatus hic perperam geminatur Chron. min. 1, 218. 276). —* . . Cornelius Lentulus Marc . . . . . *titulus (litterae partim mutilatae sed certae lectionis).*

P. f. *fasti Colot., Dio ind. l. 54. Filius fortasse* Lentuli Marcellini quaestoris a. 48 a. C. *(Caes. b. c. 3, 62 sq., cf. Münzer RE 4, 1390, 232. v. Bahrfeldt CIL I² 2 p. 759 n. 356 b). Praetor a. 725 = 29 a. C. ut videtur tit. (cf. quae adnotavit Bormann).* Consul a. 736 = 18 a. C. cum Cn. Cornelio Lentulo *v. supra. Cf. praeterea sub eo qui praecedit.* *Gr.*

1397 P. CORNELIVS LENTVLVS SCIPIO, consul suffectus a. 2 p. C. *In consulatu:* P. Cornelius Cn. f. Cn. n. Scipio *I² p. 29 fasti Capitolini;* P. Lentulus Cn. f. Scipio *VI 1385;* P. Lentulus Scipio *X 2039 a cf. p. 1009 = D. 7843 in amphora* (P. Lentul. *in eadem amphora);* P. Lentulus *I² p. 68 = XIV 2801 fasti Gabini.*

Cn. f. Cn. n. *v. supra. Patrem eius putat Cichorius Herm. 39, 462 sq.* (Cn.) Lentulum Maluginensem *(n. 1393) fortasse recte (de Cn. Lentulo augure vix cogitare licet, v. supra n. 1379).* Consul ex kal. Iul. per secundum semestrem a. 2 p. C. cum T. Quinctio Crispino Valeriano *v. supra.* Hi consules ex senatus consulto faciendum curaverunt arcum *(aquae Marciae ut videtur) VI 1385 cf. p. 3125. Filius eius potius quam ipse* Πόπλιος Λέντλος Σκιπίων, proconsul Asiae *IGR 4, 1409 t. Smyrnaeus (v. in filio). — Pater* P. Lentuli Scipionis consulis a. 24 *(qui sequitur), fortasse etiam* P. Scipionis Orestini *(n. 1441)* et Corneliae Orestinae *(n. 1492).* — Cornelia Prima nutrix Scipionis *VI 16128 t. rep. prope sepulcrum Scipionum (cf. infra n. 1438).* *Gr.*

1398 P. CORNELIVS LENTVLVS SCIPIO, consul suffectus a. 24 p. C., honoratus publice *t. Brixiano V 4329 = D. 940 (1); commemoratur in t. VI 37836 = D. 9349 (2). Ad hunc potius quam ad patrem eius rettulerim t. Smyrnaeum IGR 4, 1409 (3), v. infra.*

In consulatu: P. Scipio *I² p. 71 fasti Arv.;* [P. C]o[rnelio Scip]ion[e] *XV 4568 in amphora.* — P. Cornelius Len[tulus] Scipio *t. 1;* P. Cornelius Scip. *t. 2;* Πόπλιος Λέντλος Σκιπί[ω]ν *t. 3;* Cornelius Scipio *Tac. a. 3, 74;* Scipio *ib. 11, 2. 4.*

Filius sine dubio P. Lentuli Scipionis consulis a. 2 p. C. *(qui praecedit)*. Praetor a. 15 p. C. *t. 2*, praetor aerari *t. 1 (huius nomen restituendum est in fastis scribarum quaest. I² p. 74 = VI 32270 v. 6)*. Legatus Ti. Caesaris Aug. legionis VIIII Hispanae *t. 1 a. 21—23* sub proconsule Africae Q. Iunio Blaeso *(propinquo eius nisi fallimur, cf. stemma Lentulorum) Tac. a. 3, 74 ad a. 22.* Consul *t. 1* suffectus cum C. Calpurnio Aviola per secundum semestrem a. 24 *I² p. 71 fasti Arv. cf. XV 4568. Inter* Scipiones a. 32 in senatu sententias dicentes *hunc potissimum significat Tac. a. 6, 2.* Proconsul (Asiae) *t. 3: hunc, non patrem eius Asiae praefuisse fortasse licet colligere ex cognomine Asiatici filii ut videtur eius (n. 1440), nempe in ipso patris proconsulatu nati. Nescio an provinciam rexerit a. 36/37 (a. 37/38 Calpurnius Aviola, collega eius in consulatu, proconsulatum Asiae gessisse videtur; v. supra n. 251). Vel huius vel P. Scipionis cos. a. 16 a. C. (n. 1438)* accensus P. Cornelius P. l. Centius (Γέντιος) *t. Trallianus sepulcralis bilinguis (in schedis Inst. Archaeol. Austr. servatus)*. A. 47 cum in senatu ageretur de Poppaea uxore eius, sententiam dixit eleganti temperamento inter coniugalem amorem et senatoriam necessitatem *Tac. 11, 4. Vix hic, potius filius eius*, Cornelius Scipio, qui a. 52 sententiam tulit in senatu *ib. 12, 53.* — Pontifex; fetialis *t. 1.* — Εὐεργέτης διὰ προγόνων civitatis Smyrnaeorum *t. 3, si recte ad hunc refertur.* — Maritus Poppaeae Sabinae (quae ante nupta fuerat T. Ollio occiso a. 31) *Tac. 11, 2. 4; sed priorem uxorem duxerit aliam necesse est, cum filius eius natu maior non possit natus esse post a. 31. Filius huius sine dubio* P. Cornelius (Lentulus?) Scipio cos. a. 56 *(n. 1439), alter filius ex Poppaea susceptus videtur* P. Cornelius Scipio Asiaticus cos. a. 68 *(n. 1440).* *Gr.*

— P. CORNELIVS (LENTVLVS?) SCIPIO, consul a. 56, *v.* P. Cornelius Scipio *infra n. 1439.*

— P. CORNELIVS LICINIVS VALERIANVS CAESAR *v.* P. Licinius Cornelius Valerianus.

— Pomponius Cornelius Lollianus Hedianus.

1399 Cornelius Longus, poeta *anth. Pal. 6, 191 (Plan.* Κορνηλίου Λογγίνου); *Plan. 4 (16, 117 Dübner)* (Κορνηλίου). *St.*

1400 CORNELIVS LVPVS, consul *suffectus a. 42 ut videtur. Nummi Cretenses sub Tiberio cusi exhibent* ἐπὶ Κορνηλίου Λύπου *(sic perscriptum in nummo Polyrrhenii Mionnet 2, 257, 1; S. 4, 336, 265 = Svoronos Numism. de la Crète anc. 1, 284, 52) vel* ἐπὶ Κορ. Λύπο. *vel alium in modum abbreviata: a) Axi Svoronos 1, 41, 40. b) Cydoniae Mionnet S. 4, 313, 120 sq. (nummum ib. 2, 258, 2 = 274, 132 falsum iudicat Klebs PIR¹ C 1145). Imhoof-Blumer Monn. gr. 215, 17. Br. Mus. Crete 32, 37. Svoronos 113 sq., 110—116. c) Eleuthernarum Mionnet 2, 276, 153; S. 4, 317, 144. Br. Mus. l. l. 35, 18. Svoronos 136, 48—50. d) Gortynae Mionnet 2, 258, 4;*

S. 4, 321, 170. Svoronos 181, 192. e) Hierapytnae Svoronos 194, 45. 47. 48. f) Polyrrhenii v. supra.

Cornelius Lupus *nummi. Tac. a. 13, 43; ceterum* Lupus. — *Num iure statuerit Borghesi 1, 436 sq. eum oriundum fuisse e gente patricia Lentulorum, valde dubito.* Proconsul Cretae (Cyrenarum) sub Tiberio *nummi (proconsulatus in nummis non significatur; in parte adversa nummi Polyrrhenii monogramma solvendum* Πολ(υρρηνίων), *non* ἀνθυπ(ά-του) *ut solvit Borghesi l. l.). Hic videtur* Lupus, consul (suffectus) cum (C. Caecina) Largo a. 42 *Gaius 3, 63 v. supra n. 101.* Consularis *Sen. apocol. 13, 5.* Amicus Claudii *ib.* A Claudio occisus *ib.* circumventus a P. Suillio Rufo *Tac. 13, 43 non post a. 47, cum Tacitus in libris qui extant de Lupi nece non referat.* *Gr.*

1401 D. CORNELIVS MAECIANVS, legatus Augusti (legionis VII geminae) a. 79 *II 2477 cf. 5616 = D. 254 t. Aquiflaviensis positus a. 79 ante d. 24 m. Iun.* *Gr.*

— CN. CORNELIVS MAGNVS *v.* Cn. Cornelius Cinna Magnus *n. 1339.*

1402 **Cornelius Ma(n)su[e]tus,** procurator Tiberi Caesaris Augusti et Iuliae Augustae *t. Liparensis X 7489.* *St.*

— CORNELIVS MARCELL(INVS) *v.* Cornelius (Lentulus) Marcell(inus) *n. 1395.*

1403 L. CORNELIVS MARCELLVS dedicavit Cereri *t. Panormitanum X 7266 (1); memoratur in t. Agrigentino X 7192 = D. 6767 (2). — Tria nomina exhibent tituli.* Cornelius Marcellus *Tac. — Oriundus fortasse ex Sicilia.* Quaestor pro praetore provinciae Siciliae *t. 1. 2* M. Hateri Candidi proconsulis *t. 2.* Legatus pro praetore provinciae eiusdem, praetor d[esignatus?] *t. 1.* A. 65 quasi conscius Iuniae Lepidae accusatus damnationem effugit *Tac. a. 16, 8.* A Galba (a. 68) in Hispania occisus *Tac. h. 1, 37.* *Gr.*

1404 Cornelius Martialis, tribunus cohortis praetoriae a. 65 exutus tribunatu *Tac. a. 15, 71.* *St.*

1405 Cornelius Martialis, e primipilaribus a. 69 exeunte in Capitolio a Vitellianis occisus *Tac. h. 3, 70. 71. 73. Nescio num idem sit is qui praecedit.* *St.*

1406 C. Cornelius Minicianus *(praenomen exhibet tit.)*, C. f., Voturia, *oriundus Bergomo V 5126 = D. 2722 t. Bergomas*, conterraneus et amicus Plinii *epist. 7, 22;* natus splendide, fortissimus advocatus, cui Plinius tribunatum a (Q. Roscio Coelio *cet.*) Pompeio Falcone petiit *ib.* Praefectus cohortis primae Damascenorum, tribunus militum legionis III Augustae, praefectus fabrum; curator rei publicae Otesinorum, flamen divi Traiani Mediolani, flamen divi Claudii Bergomi, IIII vir iure dicundo, pontifex, patronus honoratus a plebe urbana *tit.* Ad eum dedit Plinius *epist. 3, 9; 4, 11; 8, 12.* *St.*

1407 M. CORNELIVS NIGRINVS CVRIATIVS MATERNVS honoratus *titulis ge-*

mellis repertis in Hispania Tarraconensi II 3783 bis non sine mendis descripto, iam deperdito (1). 6013 (2), qui prodiit Liriae.

M. Cornelius M. f. Galeria Nigrinus Curiatius Maternus *t. 1. 2. Origine Hispanus videtur propter tribum et locos statuarum.* Consul *t. 1. 2 suffectus a. inc.* Legatus Aug. pro praetore provinciae Moesiae, provinciae Syriae *t. 1. 2. De aetate huius viri non constat. Eum Moesiae praefuisse antequam imperante Domitiano divideretur in superiorem et inferiorem, nequaquam certum est, nam superioris vel inferioris vocabula in titulis post provinciam divisam positis interdum omittuntur (velut D. 8824 a. 8841). Quod nomina adscivit* Curiatii Materni *oratoris et poetae aetatis Neronis et Flaviorum (infra n. 1604), coniecerim eum haud multo recentiore tempore floruisse (eadem nomina redeunt in L. Stertinio Quintiliano Acilio Strabone C. Curiatio Materno Clodio Nummo, legato legionis III Augustae a. 116, v. supra A 83). Praeterea et ex brevitate tituli (quem 'litteris saec. III elegantibus' scriptum esse nescio num recte adnotaverit Huebner ad II 6013) et ex nominum ratione videtur colligi posse Nigrinum priore saeculi alterius parte floruisse. Gr.*

1408 **M. Cornelius Octavianus.** *Tituli Bisicensis VIII 12296 = D. 2774 (1) publice ei positus, Sitifenses VIII 8435 = D. 4498 (2). Bull. ant. Fr. 1907, 253 = D. 9006 (3).* Vir perfectissimus, praefectus classis praetoriae Misenensis, dux per Africam Numidiam Mauretaniamque *t. 1. 3. Titulos 2 et 3 posuit eo tempore quo dux erat per provincias Africanas.* .... Bavaribus .... rebellibus et in [p]riori praesidatu [e]t post in ducatu *t. 3;* praeses et procurator *igitur* fuit Mauretaniae Caesariensis *antequam dux fuit.* Patronus municipi Bisicensis *t. 1. St.*

1409 CORNELIVS OPTAT[VS] *vel* OPTAT[IANVS], cuius uxor C[l(audia)] Dryantilla Platonis memoratur inter matronas ordinis senatorii, quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt *VI 32329 + Not. d. sc. 1931, 341 (tab. 10) v. 26. Dryantilla cum in t. Oenoandensi IGR 3, 500 III v. 3 sq. appelletur* ὑπατική *(v. supra n. 1091), maritus eius aut fasces gesserit (consul suffectus a. inc.) necesse est aut adlectus sit inter consulares. Gr.*

— CORNELIVS ORESTES (?) *v. infra n. 1441.*

— SER. CORNELIVS ORFITVS, consul a. 51, *v.* Ser. Cornelius (Scipio) Salvidienus Orfitus *n. 1444.*

1410 T. CORNELIVS PAETVS, pontifex, curator *(scil. ludorum nescio quorum), memoratur in parte aversa tesserae urbanae, in cuius adversa cernitur caput Tiberii et inscriptio* Ti. Augustus *Rostowzew Tesserar. syll. Suppl. 1, 514 c (imago tab. 1, 13) cf. Klio Beih. 3, 49. Gr.*

1411 .. [CORNELIV?]S PAL[MA?], *XI 2697 a, v. in eo qui sequitur. Gr.*

1412 A. CORNELIVS PALMA FRONTONIANVS, consul I a. 99, II a. 109, *memoratur in titulis ad verbum fere inter se consentientibus, qui pertinent ad aquae-*

ductum iussu eius, cum Syriae praeesset, εἰς Κάνατα *perductum IGR 3, 1291 = Ditt. Or. Gr. 618 (1), Syria 11, 275 fig. 1 = SEG 7, 969 (2), Syria l. l. 275 adn. 2 = SEG 7, 979 (3), Rev. bibl. 42, 237. 239 = SEG 7, 1143. 1148 (4. 5) (in aliis exemplis IGR 3, 1289. Syria l. l. 275 sq. = SEG 7, 977. 978 nomen legati periit). Nomen eius in t. simili Soadae rep. IGR 3, 1273 (6) restituit Waddington probabiliter. Ad hunc recte puto rettulit Borghesi 5, 31 t. acephalum VI 1386 cf. p. 3141 = D. 1023 (7), cuius extrema tantummodo pars saec. XVII descripta est (de C. Iulio Quadrato Basso cogitat Weber Abh. Ak. Berl. 1932, 5, 86 sq. minus recte). Ad eundem pertinere videtur fistula Ostiae rep. XV 2166 (8).*

In consulatibus: A. Cornelius Palma Frontonianus *BGU 7, 1691 v. 14 cf. v. 1 tabella lignea testationem 'professionis liberorum' a. 109 continens;* A. Cornelius Palma *VI 2186 (a. 99 potius quam a. 109);* .. Cornelius Palma *Not. d. sc. 1932, 193 tab. 2 v. 5 fasti Ostienses* (a. 109); A.(?) Pal. *III 7017* (a. 109), *ceterum* Palma *in titulis fastisque.* — 'A. K . . . . . . *t. 6;* Κορνηλίου Πάλμα *t. 1—3 (nomina mutila t. 4. 5);* .. Cornelius Palm .. *t. 8;* Palma *apud scriptores.* —

In fragmento Volsiniensi XI 2697 a propter litterarum formam aetati Augustorum incipienti vindicato ab editore . . . . s A. f. Pom(ptina) Pal . . . . quaesitor, trib(unus) p[leb(is)] . . . . . . *si recte et nomen gentile* Cornelius *et cognomen* Palma *supplevit Bormann, Palma de quo agimus origine fuit Volsiniensis, ex posteris scil.* Pal[mae], *qui posuit t. supra allatum.* — *Nescio an hic sit* Palma *is,* quem Cares honorarunt epigrammate *statuae eius sine dubio imposito:* μνήμονες οἱ Κᾶρες πολέων εὐεργεσιάων Παλμᾶν ἰθυδίκην στῆσαν ἀγασσάμενοι *anthol. Pal. 16, 35 cf. Froehner Philol. Suppl. 5, 70. Quod carmen si recte ad Palmam refertur, hic in Asia munere aliquo functus sit necesse est neque vero proconsul fuisse videtur, quia proconsules Asiae aetatis Traianae cuncti fere noti sunt; fieri potest ut fuerit legatus pro praetore Asiae Domitiano vel Nerva imperante.* Consul ordinarius a. 99 cum Q. Sosio Senecione *v. supra. Pontifex, patronus scil.* A. Cornelii Herae, *qui nominatur in laterculis pontificum et flaminum a. 101/102 VI 32445. 31034. Post consulatum legatus Aug. pr. pr. Hispaniae citerioris Martial. 12, 9:* Palma regit nostros — — Hiberos. Legatus Aug. pr. pr. Syriae *t. 1—6. Dio-Xiph. 68, 14, 5, successor ni fallor C. Anti A. Iulii Quadrati cos. II a. 105, qui usque ad a. 104 provinciae praefuisse videtur.* Arabiam Petraeam domuit et in provinciae formam redegit *Dio l. l., cf. t. 1—6 (t. 7 v. 1 fortasse suppleri potest* [qua (*sc.* Arabia) in] potes[tatem Imp. Caes. Nervae Traiani Aug. Germ. Dac. populique Romani redacta]) *a. 106 ut videtur (cf. Paribeni Optimus princeps 2, 10. Strack Untersuch. z. röm. Reichsprägung 1, 194 sqq.; Palmam post legationem Syriae legatum Arabiae fuisse, ut statuitur SEG 7, 969 adn., nequaquam probabile est). Ob res in Arabia gestas* senatus auctore imp. Traiano

ei ornamenta triumphalia decrevit statuamque in foro Augusti ponendam censuit *t. 7;* Traianus eum summo honore affecit statuamque ei posuit *Dio-Xiph. 68, 16, 2.* Consul II ordinarius a. 109 cum P. Calvisio Tullo Rusone *v. supra (iterationis nota adest in fastis Ostiensibus et in fastis scriptis nonnullis Chron. min. 1, 58. 223, praeterea III 7006 b. 7017. 7023);* kal. Mart. ei successit L. Annius Largus *fasti Ostienses.* Potentia, divitiis, gloria praecellens *Dio-Xiph. 69, 2, 5. Sub finem principatus Traiani* in suspicionem adfec[ta]tae tyrannidis lapsus *vita Hadr. 4, 3.* Inimicus Hadriani privati *ib. A. 118* Tarracenis occisus 'senatu iubente, invito Hadriano', ut Hadrianus in vita sua dixit *ib. 7, 2. 3 cf. 4, 3. Dio-Xiph. 69, 2, 5. 6;* Hadrianus quattuor consularium necem in (Acilii) Attiani praefecti praetorio consilia refundebat *vita Hadr. 9, 3.* — Dominus figlinarum *t. 8.* *Gr.*

1413 CN. CORNELIVS PATERNVS, consul ordinarius a. 233 cum L. Valerio Maximo (II?). *Tria nomina in dipl. mil. Jahresh. 16 B. 74 = Ann. ép. 1914, 259; ceterum* Paternus *in titulis fastisque.* — . . . us C. Iulius Aourius *(sic)* . . . . . [Pate]rnus clarissimus vir, consul ordinarius, VII vir epulonum, curator viae Appiae, proconsul pro[vinciae Asiae *vel* Africae, p]ost excusat(ionem) praefectus urbi . . . . . *VI 31719 potest esse vel hic vel cos. a. 267 vel cos. a. 269.* *Gr.*

1414 Cornelius Pinus, pictor Romae aetate Vespasiani *Plin. n. h. 35, 120.* *St.*

1415 Cornelius Pla . . . . , amicus [C.] Iuli Galeri Aspri *t. Tusculanus XIV 2510.* *St.*

1416 CORNELIVS PLOTIANVS, legatus legionis XI Claudiae *sub initium principatus* Marci et Veri, *cum Moesiam inferiorem regebat* (M.) Servilius Fabianus (Maximus) *t. Durostori rep. Ann. ép. 1925, 109. Pater videtur* L. Cornelii Felicis Plotiani *(n. 1359).* *Gr.*

— CORNELIVS PLOTIANVS *v. supra* L. Cornelius Felix Plotianus *n. 1359.*

— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS SCVPPIDIVS VERVS.

— D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS.

1417 Cornelius Primus, cliens Vespasiani, Domitianum profugum abdidit *Tac. h. 3, 74, cf. 73* 'fide clientium protecti'; *Suet. Dom. 1, 2. Dio-Xiph. 65, 17, 4.* *St.*

1418 CORNELIVS PRISCIANVS *memoratur in fragmento fastorum Ostiensium* a. 145 *Calza Not. d. sc. 1934, 256 t. VII v. 6 sqq.:* XVII k. Oct. de Cornelio Prisciano in sen[atu indicium pal?]am factum, quod provinciam Hispaniam hostiliter . . . . [inq]uietaverit *(*'quietaverit' *suppl. Calza). Eiusdem sine dubio memoria extat vita Pii 7, 4:* perit et Priscianus reus affectatae tyrannidis, sed morte voluntaria; de qua coniuratione quaeri

vetuit (imp. Antoninus); *cf. epit. de Caes. 15, 6. Videtur res novas molitus esse legatus Aug. pr. pr. Hispaniae citerioris consularis. Parentela fortasse coniunctus cum Cutiis Messiisque Hispanis (cf.* M. Messius Rusticus — — Cutius Romulus Priscianus *cet. XIV 3516,* M. Messius Rusticus — — Romulus Priscianus *II 1175,* D. Cutius Balbinus M. Cornelius Potitus — — Romulus *infra n. 1642), origine et ipse Hispanus.* *Gr.*

1419 Cornelius Priscus, maritus Sulpiciae C. f. Platorinae *VI 31761 t. sepulcralis uxoris. Aetate Augusti. Fortasse e maioribus eius qui sequitur.* *Gr.*

1420 L.(?) CORNELIVS PRISCVS *memoratur in t. Ephesio Ditt. Syll. 2³ 833 (1); ad eundem fortasse pertinent (etsi dubitat Dressel) tegulae urbanae et Ostienses XV 951. 952 (2. 3).*

Κορνήλιος Πρεῖσκος *t. 1;* L. Cornelius Priscus *t. 2. 3;* Cornelius Priscus *Plin. epist. 3, 21 in inscriptione; 5, 20, 7. — Ex posteris fortasse eius qui praecedit. Consul suffectus a. inc. initio principatus Traiani, ut apparet ex tempore proconsulatus (v. infra). Nescio an pontifex (vel·flamen) fuerit* a. 101/102, *patronus scil. vel* L. Cornelii Helii *vel* L. Cornelii Blasti, *qui nominantur in laterculis kalatorum pontificum et flaminum VI 32445. 31034.* Consularis in causa Vareni Rufi sententiam dixit in senatu *Plin. epist. 5, 20, 7 a. fere 102 ut videtur, cf. quae exposuit v. Premerstein S. Ber. Ak. Münch. 1934, 3, 79 sq.* Proconsul Asiae (ὁ κράτιστος ἀνθύπατος) *t. 1* a. 120/121, *memoratus scil. in* epistula Hadriani data d. 27 m. Sept. a. 120. — Plinius ad eum epistulam dedit de morte Martialis *3, 21.* — Dominus figlinarum *t. 2. 3, si ad hunc pertinent. Ex eadem familia fortasse* L. Cornelius Priscus pontifex coloniae Sutrinae *XI 3254.* L. Cor. Priscus *t. Melii IG 12, 3, 1228 fuit tempore multo recentiore.* *Gr.*

1421 CORNELIVS PROCVLVS, legatus Aug. pr. pr. Pannoniae superioris d. 2 m. Iul. a. 133 *dipl. mil. III p. 1978 (ubi editur* [sub] P. Cornelio Proculo *perperam, cf. p. 2328⁶⁴). Idem memorari videtur in diplomate admodum mutilo, ubi ex nomine legati extat* Proculo *III p. 2328⁶⁸. Idem sine dubio* Cornelius Proculus, *qui commemoratur in t. mutilo nuper in foro Caesaris rep. Not. d. sc. 1933, 438, 9 (imago tab. 12), de quo titulo egi supra in* Caecilio Serviliano *n. 82; v. 3 sq. affertur* epistula *(minima ex parte servata)* di[vi Hadriani . . . . . Imp. Caes. Traianus Hadrianu]s Aug. Cornelio Proculo et Titio Aqui[li]no suis salutem *(nolim statuere imperatorem, cuius epistulam hic habemus, esse Antoninum Pium, quippe qui appellatus fuerit* Aug. Pius). *Quonam officio ornati Proculus et Aquilinus (sine dubio* L. Epidius Titius Aquilinus cos. a. 125) *litteras principis acceperint, parum liquet; forsitan cogitaveris de magisterio sacerdotii alicuius ex amplioribus vel de cura aedium sacrarum et operum locorumque publicorum, etsi curatores hos edendis ludis operam dedisse traditum non*

accepimus (aliter nuperrime hunc t. restituit De' Robertis Hist. 9, 250 sqq., qui Proculum et Aquilinum praetores fuisse opinatur). Proculus cum priore loco nominatus sit, fasces ante Aquilinum gesserit necesse est (consul suffectus fortasse a. 124). — Incertum utrum hic an Cn. Arrius Cornelius Proculus cos. a. 145 (qui sequitur) an Q. Cornelius Proculus cos. a. 146 (n. 1423) sit Cornelius Proculus *is,* cui rescripsit Antoninus Pius *Ulpian. dig. 2, 8, 7 pr. Ab hoc fortasse nomina* Cornelii Proculi *duxit C. Bruttius Praesens cos. a. 153 II a. 180 (supra B 165).* — Cor(nelii) Proc(uli) *nescio cuius* servus *X 8059, 377 in signaculo.* *Gr.*

1422 CN. ARRIVS CORNELIVS PROCVLVS, consul suffectus a. 145, *memoratur in t. Cyanensi IGR 3, 700 (1), in t. mausolei Opramoae Rhodiapolitani ib. 739 VII c. 28. VIII c. 29. 30. IX c. 32. X c. 34 (2). Consulatus eius indicatur in actis Arval. VI 32379 = D. 5038 (3).*

In consulatu: Cn. Cornelius Proculus *t. 3.* — Γναῖος Ἄρριος Κορνήλιος Πρόκλος *t. 1;* Γναῖος Κορ[νή]λ[ιος Πρό]κλος *t. 2 IX c. 32 v. 114 sq.;* Κορνήλιος Πρόκλος *t. 2 reliquis locis.* — Legatus Aug. pr. pr. (Lyciae et Pamphyliae) sub Antonino Pio *t. 1. 2 a. 139 et 140: rexit enim provinciam* sacerdotibus Lyciae eponymis Iasone Nicostrati filio, *quem sacerdotem provinciae fuisse a. 139 apparet ex epistula principis ib. X c. 37,* et Polycharmo; *sacerdote eponymo Iulio Heliodoro, quem* ἀρχιερέα *fuisse a. 141 constat (cf. t. 2 X c. 35 collato c. 38), Iulius Aqui . . . . legationis munere fungebatur.* Epistulae Proculi datae ad commune Lyciorum *t. 2 VII c. 28* d. 21 m. Sept. (a. 139), *VIII c. 29 . . .* Ὀκτων(βρίων) *anni eiusdem,* ad scribam civitatis Myrensium *X c. 34 (a. 140 ut videtur). Num hic fuerit . . . . .* Πρόκλος ὁ σεμνότατος ἡγεμών *t. Sagalassensis IGR 3, 342, omnino incertum.* Consul suffectus cum D. Iunio [Paeto?] a. 145 *t. 3* (d. 17—20 m. Mai *v. 23 sqq.) cf. Hüttl Antoninus Pius 2, 185 (m. Sept. vel Oct.* fasces tenuerunt L. Petronius Sabinus C. Vicrius Rufus *III p. 1984 dipl. mil., fragmentum fastorum Ostiensium Not. d. sc. 1934, 256 tab. VII). Dubium videtur, utrum hic an Cornelius Proculus (n. 1421) an Q. Cornelius Proculus (n. 1423) intellegendus sit* Cornelius Proculus, cui imp. Antoninus Pius rescripsit *Ulpian. dig. 2, 8, 7 pr.;* cognominis vir, cui divi fratres rescripserunt *(praesidi scil. provinciae), dig. 26, 5, 24; 48, 18, 1, 4, potius fuit Q. Cornelius Proculus cos. a. 146, proconsul Asiae Marco et Vero imperantibus ut videtur (n. 1423). — Necessitudine fortasse coniunctus et cum Cn. Arrio Augure cos. a. 121 (supra A 1092) et cum Corneliis Proculis supra commemoratis.* *Gr.*

— L. FVLVIVS — — BRVTTIVS PRAESENS — — — CORNELIVS PROCVLVS *cet. v. supra* C. Bruttius Praesens *B 165.*

1423 Q. CORNELIVS PROCVLVS, *plenius* L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS, consul suffectus a. 146. *Consulatus eius indicatur in fragmento fastorum Ostien-*

sium, Calza Not. d. sc. 1934, 256 t. VII v. 15 (1); t. sepulcralis VI 1387 cf. 31641 = D. 1089 (2), quem patri posuerunt Corneliae Procula et Placida; eaedem Q. Cornelio Senecioni Proculo legato prov. Asiae fratri posuerunt *t. VI 1388 = D. 1090 item sepulcralem.*

Plena nomina exhibet t. 2; Q. Cornelius Procu.... *t. 1. Nomina* L. Stertinii Quintiliani Acilii Strabonis *traxit a L. Stertinio Quintiliano Acilio Strabone C. Curiatio Materno Clodio Nummo (supra A 83). Propinquitate coniunctus ut videtur et cum Q. Cornelio Senecione Anniano (n. 1450) et cum Corneliis Proculis supra n. 1421 et 1422.*—Consul suffectus extremo anno 146 cum L. Aemilio Longo *t. 1.* Proconsul provinciae Asiae *t. 2. Idem videtur* Cornelius Proculus, ad quem *(proconsulem scil. Asiae)* divi fratres rescripserunt *Ulpian. l. 8 de officio procos. dig. 48, 18, 1, 4. Paulus ib. 26, 5, 24. Ad proconsulatum pervenit ni fallor a. 161 vel a. 162, nam Q. Voconius Saxa Fidus, qui fasces gessit anno eodem atque Proculus hic (fasti Ostienses), Africam rexit a. 162 (VIII 22691). Ex titulis sepulcralibus (v. supra) apparere videtur patrem et filium eodem tempore vita functos esse, patrem cum proconsul Asiae, filium cum eius legatus esset; itaque nescio an iure coniecerit Waddington Mém. Acad. Inscr. 26, 1 (1867) 250 peste eos absumptos esse, quae Marco et Vero imperantibus (inde ab a. 163?) magnam imperii partem pervasit (cf. vita Marci 13, 5* et multa quidem milia pestilentia consumpsit multosque ex proceribus). — *Hunc esse* Cornelium Proclum *in amphora* a. 153 *XV 4274 veri parum est simile.* *Gr.*

1424 **Cn. Cornelius Pulcher.** *Tituli ei positi Argolicus Troezene rep. IG 4, 795 (1), Corinthii Corinth Gr. inscr. 80 (2). 83 (3) (= IG 4, 1600. 1601). 81 (4). 82 (5). Ad eundem pertinere videntur fragmenta ib. 76. 77; Lat. inscr. 71. 72, fortasse etiam Gr. 110 (v. supra n. 1310).*

Tria nomina t. 1—5. Cn. f. *t. 1;* filius Tib. Corneli Pulchri *t. 2. 4,* (tribu) Fabia *t. 1. 2. 4. Epidauro oriundus; avus sine dubio eius* Cn. Cornelius Cn. f. Pulcher, aetate Augusti puer quattuor annorum *IG 4, 1432 = 4², 653, qui a. 32 vel 33* ludis Caesareis Epidauri vicit *IG 4², 101, postea (inter a. 41 et 47)* agonotheta Isthmiis fuit *t. Delphicus Ditt. Syll.³ 802 A = Fouilles de Delphes, Epigraphie 1, 352, 534, cuius familiae insignis Epidauriae stemma proposuerunt Fraenkel IG 4 p. 264, Giamalides* Ἐφ. ἀρχ. *1913, 128, Hiller de Gaertringen IG 4² p. XXV.*

Tribunus militum legionis IV Scythicae, procurator (Traiani) Augusti *t. 1. 2,* Epiri *t. 2,* Hadriano imperante iuridicus Aegypti et Alexandreae *t. 2.* — Ἀρχιερεὺς τῆς Ἑλλάδος καὶ ἑλλαδάρχης ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν συ[νεδ]ρίου διὰ βίου, ἄρχων [τοῦ] Πανελληνίου *(conditum circa a. 130—132)* καὶ ἱερεὺς Ἁδριανοῦ Πανελληνίου *t. 2,* στρατηγὸς καὶ γραμματεὺς τῶν Ἀχαιῶν καὶ ἀρχιερεύς *t. 1. Corinthi* δυ' ἀνδρῶν ἀντιστράτηγος (στρατηγὸς τῆς πόλεως Κορινθίων πενταετηρικός = *II vir quinquennalis t. 2. 4, cf.*

quae notat ed.), εὐθηνίας ἐπιμελητής *t. 1, cf. Fraenkel ad l. Meritt et West ad Corinth Gr. inscr. 76; Lat. inscr. 72*, ἀγωνοθέτης Καισαρήων Νερουανήων Τραιανήων Σεβαστήων Γερμανικήων Δακήων καὶ Ἰσθμίων καὶ Καισαρήων (ἀγωνοθέτης Καισ[α]ρείων, Ἰσθμίων *t. 2. 4)*, ἀγωνοθέτης Σεβαστείων καὶ Ἀσκληπείων *(Epidauri, cf. West ad Corinth Lat. inscr. 71) t. 1.*

Dubium non est quin idem sit Cornelius Pulcher cui Plutarchus inscripsit libellum πῶς ἄν τις ἀπ' ἐχθρῶν ὠφέλοιτο *p. 86 B, homini ut videtur in re publica versato, eundemque esse coniecerim* procuratorem Epiri, *quem Epictet. 3, 4, 1 reprehendit nomine non posito.*

Soror Calpurnia Frontina *t. 2. Filius potest fuisse* Cn. Cornelius Pulcher νεώτ(ερος) Ἐπιδαύριος ὁ καὶ Ἀργεῖος qui vicit Isthmiis *Corinth Gr. inscr. 15.*
St.

1425 L. CORNELIVS PVSIO ANNIVS MESSALLA honoratus ut legatus legionis XVI a M. Vibrio Marcello centurione legionis eiusdem *t. urbano VI 31706 = 37056 (1), post consulatum* a Cornelia Sabina *t. Tiburtino Not. d. sc. 1914, 101 (2); memoratur in t. sepulcrali* servi *Eph. ep. 9, 214 (3) Baetico, haud procul a Gadibus reperto; ad eum recte puto rettulit Ritterling frustulum Novaesii repertum Bonn. Jahrb. 125, 183 sq. (4).*

Nomina plena exhibet t. 2; L. Cornelius L. f. Galeria Pusio *t. 1;* L. Cornelius Pusio *t. 3;* .... usion .. *(casu abl.) t. 4. — Pusionem oriundum fuisse ex provincia Baetica colligere possis et ex tribu* Galeria *et ex loco, quo t. 3 repertus est; eum origine Gaditanum fuisse, scil. coniunctum quodammodo cum Corneliis Balbis (v. supra n. 1331) suspicatur Dessau Rev. ét. anc. 4, 1902, 145 sq. (de origine Tiburtina cogitat Cichorius Röm. Stud. 405 minus recte).* — L. filius *t. 1.*

Honores usque ad legationem legionariam recenset t. 1: IIII vir viarum curandarum, tribunus militum legionis XIIII geminae *(ante a. 61 ut videtur, quo anno legio XIIII appellata est Martia victrix)*, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus Augusti legionis XVI *(cf. t. 4). Legioni huic, quae anno c. 70 exauctorata est a Vespasiano, praefuit ni fallimur sub Claudio vel Nerone, etsi imaginem aeneam una cum t. 1 repertam Tiberii temporibus attribuit Bienkowski Röm. Mitt. 7, 196 sq.; cf. Ritterling RE 12, 1762. Reliquorum honorum praetoriorum nulla extat memoria.* Consul *t. 2. Hic sine dubio* Pusio, consul (suffectus) cum Pegaso temporibus Vespasiani *Gaius 1, 31; 2, 254. Inst. Iust. 2, 23, 5.* Proconsul *(Africae vel Asiae sine dubio) t. 2.* VII vir epulonum *t. 2. — Nescio num aliqua necessitudine attigerit* Annium Faustum *(v. supra A 645).* Cornelia Sabina, *quae ei posuit t. 2, num parentela ei coniuncta fuerit, parum liquet. — Domum videtur possedisse Romae in Quirinali (cf. Huelsen Rhein. Mus. 49, 386. Jordan-Huelsen Topogr. 1, 3, 460), villam in agro Tiburti cf. t. 2.* *Gr.*

1426 CORNELIVS QVADRATVS, *nominatur in fistulis aquariis urbanis una cum*

Cornelio Frontone (oratore celeberrimo, *v. supra n. 1364, fratre ut videtur)* *XV 7438.* Fratrem suum *Fronto de nepote amisso ad Antonin. Aug. p. 235 N. = 2, 230 Haines scripsit* imperatoris Pii bonitate summos honores adeptum amicum Marci et Veri esse; *fuit igitur consul (suffectus a. inc.) opinor. Memoratur praeterea* frater *Fronto ad M. Caes. 2, 7; 4, 2. 8 p. 32. 61. 71 N. = 1, 144. 78. 184 Haines; ad Verum imp. 2, 7 p. 134 N. = 2, 152 Haines.* *St.*

1427 CORNELIVS REPENTINVS, gener Didi Iuliani, qui eum imperium adeptus a. 193 praefectum urbi fecit in locum (T. Flavi) Sulpiciani *vita Did. Iul. 3, 6; 8, 6. Maritus igitur videtur Didiae Clarae Augustae. Consul suffectus sine dubio ante a. 193. Idem memoratur nomine non posito vita Did. Iul. 2, 4. Potest filius fuisse eius qui sequitur.* *St.*

1428 **Sex. Cornelius Repentinus.** *Tituli VI 39449 (1). 1564 = D. 1452 (2). Fistula plumbea urbana XV 7439 (3). VI 654 (4).*

Sex. Cornelius Repentinus *t. 3;* Cornelius Repentinus *t. 1;* Cornelius Re.... *t. 2;* Cornelius Repentinus v(ir) c(larissimus) *t. 4, quem dedicavit* Silvano, *ubi sane nomen eius in litura repositum litteris pessimis aevi posterioris inscriptum est;* Cornelius Repentinus *Fronto in inscriptione epistulae ad am. 2, 4 p. 191 N. = 1, 282 Haines;* frater Contucci *Fronto eum adloquitur in epistula ipsa.*

Praefectus praetorio *t. 1. 3;* ab commentariis Corneli Re[pentini pr. pr.] *t. 2. Pro* fr. *in inscriptione epistulae Front. l. l. viri docti* pr. pr. *legere voluerunt, recte fortasse.* In (C.) Tat(t)ii Maximi demortui *(inter a. 158 et 161)* locum imperator Pius duos praefectos substituit Fabium Repentinum et Cornelium Victorinum *vita Pii 8, 8, ubi, id quod perspexit Borghesius, nomina confusa et restituendum esse* Cornelium Repentinum et Furium Victorinum *iam confirmatur t. 1, unde* hos viros a. 163 etiamtum praefectos praetorio fuisse *cognovimus.* Per concubinam principis ad praefecturam venisse dicebatur *vita Pii 8, 9.* V(ir) c(larissimus) *t. 4;* c. v. *t. 3; ornamentis igitur consularibus donatus est, cf. vita Pii 10, 6 et quae exposui Röm. Ritterstand 248. 250 sq.* Amicus Frontonis *l. l. Pater videtur eius qui praecedit.* *St.*

1429 L. Cornelius Restitutus, praefectus classis Flaviae Pannonicae *paulo post a. 200* [P]omponiae Germanillae, coniugi Cl. Claudiani *(n. 834),* posuit *t. Rusicadensem VIII 7977 = D. 1146.* *St.*

1430 Q. Cornelius Rusticus. *Tituli Thibilitani ei positus VIII 5528 (et 18862) (1), sepulcralis 5529 (et 18863) (2).* Q. Cornelius Rusticus *t. 2;* .... nelius Rusticus *t. 1.* M. f. *t. 1. 2,* Quirina *t. 1,* equo publico exornatus *t. 1. 2,* magister Q. Geminii Marciani clarissimi viri, a quo honoratus est a. 211/2 *t. 1;* facundissimus *t. 2.* Cornelia Rustici Corneli f. Galla *VIII 5957 eius fortasse filia;* Cornelia C. f. Rustica *VIII 5569 parentela sine dubio coniuncta.* *St.*

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS *v. supra* Q. Cornelius Proculus *n. 1423.*

1431 Cornelius Sabinus, tribunus cohortis praetoriae, a. 41 coniurationis contra Gaium factae particeps *Suet. Cal. 58, 2. Dio exc. 59, 29, 1. 5. 6; 30, 3 (= Ioann. Antioch. exc. de insid. 34, p. 77 De Boor). Ios. ant. 19, 46—49. 52. 110. 261. 267.* Etsi Claudius ei impunitatem atque etiam tribunatum concessit, ipse se interfecit *ib. 273. Dio 60, 3, 5.* *St.*

1432 P. CORNELIVS SAECVLARIS *(tria nomina XI 5748. 5750, ceterum* Saecularis), *consul suffectus a. inc.*, praefectus urbi a. 258—260 *chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 65,* consul II ordinarius a. 260 *(iterationis nota adest XI 5748 = D. 7220. XI 5750. Chron. min. 1, 65; 3, 394. fragm. Vat. 19. cod. Iust. 4, 10, 2)* cum C. Iunio Donato II. *Cognatus fortasse* Corneliae Saloninae Augustae. *Gr.*

— P. LICINIVS CORNELIVS SALONINVS VALERIANVS CAESAR.

— L. OCTAVIVS CORNELIVS SALVIVS IVLIANVS AEMILIANVS *v. infra in Salviis.*

1433 L. CORNELIVS SALVIVS TVSCVS, salius Palatinus factus a. 181 *VI 1979. Ex posteris videtur* L. Octavii Cornelii Salvii Iuliani Aemiliani consulis a. 148. *Gr.*

1434 Cornelius Saturninus, sculptor Oeensis *Apul. apol. 61—63.* *St.*

— Cornelius Saturninus v(ir) c(larissimus) *traditur VI 1389 perperam; intellegendus est* C. Caelius Saturninus *cf. VI 31642.*

1435 (CORNELIVS) SCIPIO, adulter Iuliae Augusti filiae punitus a. 752 = 2 a. C. *Vell. 2, 100, 5. Filius puto* P. Cornelii Scipionis consulis a. 738 = 16 a. C. *(n. 1438).—Sepulcro Scipionum primo p. C. saec. Lentuli utebantur, cf. CIL I² p. 376.* *Gr.*

1436 M. Cornelius Scipio (Sceipio *tt.) nescio quis memoratur in titulis duobus minio pictis VI 33312 repertis in monumento sepulcrali, quod ad Augusti aetatem pertinere statuit Huelsen Röm. Mitt. 8, 145 sqq.* *Gr.*

1437 [P.?] CORNELIVS (SCIPIO?*).* Corneliam Scriboniae filiam e gente paterna Scipionum fuisse *testatur Propertius 5, 11, 29 sq. 37 sq.;* patrem eius et P. Cornelii P. f. P. n. Scipionis consulis a. 738 = 16 a. C. *(qui sequitur) statuerunt viri docti*.. Cornelium, consulem per secundum semestrem a. 716 = 38 a. C. cum [L.] Marcio (Philippo) *I² p. 65 fasti Biondiani; cf. Suet. Aug. 62, 2* (Caesar) mox Scriboniam in matrimonium accepit nuptam ante duobus consularibus, ex altero etiam matrem. *V. supra* Cornelius (Lentulus) Marcell(inus) *n. 1395.*

Scipio, C. Proculei et Murenae *(A. Terentii Varronis Murenae consulis a. 23 a. C.)* frater *(Porphyr. Hor. c. 2, 2, 5;* Caepionem *coniecit Forcellini), num tribuendus sit genti Corneliae, non satis constat.* *Gr.*

1438 P. CORNELIVS SCIPIO, consul a. 16 a. C. Epistula eius ad Thyatirenos data *ex parte extat IGR 4, 1211 (1).* Honoratur publice *t. Atticis IG 3,*

580 = 2/3², 4120 (2), mutilo 2/3², 4121 (3). Num ei positus sit t. Milesius Milet 1, 9, 161, 333 (4), dubium videtur, monet enim Rehm l. l. litterarum formam aevum multo superius indicare. Hic fortasse memoratur in t. libertorum servique VI 16203 (5); t. sepulcralis Corneliae Primae nutricis Scipionis *VI 16128 prope sepulcrum Scipionum rep. utrum ad hunc vel ad filium eius pertineat an ad unum ex Lentulis Scipionibus (supra n. 1397 sqq.), parum constat. — Nummus Pitanes Mysiae in parte adversa caput Augusti et inscriptionem* Σεβαστὸν Πιταναῖοι *exhibens, in aversa caput virile (Scipionis ut videtur) cum inscriptione* Π. Σκιπίωνα *Mionnet 6, 670, 401. Waddington Fast. As. n. 56 = Babelon Coll. Wadd. 991 sq. Museum Berolinense. Museum Vindobonense.*

In consulatu: Π. Κορνήλιος Π. υἱ. Π. ἐγγ. Σκιπίων *Dio ind. l. 54;* P. Corne-[lius] *I² p. 65 fasti Biondiani;* P. Co . . . . . *ib. p. 64 fasti Colotiani;* P. Scipio *Dio 54, 19, 1. Cassiodor. Chron. min. 2, 135;* P. Scip. *XV 4608 in amphora;* Scipio *fasti scripti* (Domitio Scipione et Achenobarbo *fasti Hydat. Chron. min. 1, 218 perperam). —* Πόπλιος Κορνήλιος Ποπλίου υἱὸ[ς] Σκιπίων *t. 2;* Πόπλιος Κορνήλιος Σ[κιπίων] *t. 1;* . . . . [Κ]ορνήλιος . . . . . [Σ]κιπίων *t. 4, si ad hunc pertinet;* (P. Cornelius) Scipio *t. 5 (cf. infra).* Π. Σκιπίων *nummus.*

P. f. P. n. *Dio ind. l. 54;* P. f. *t. 2. 3. Parentes eius vulgo statuuntur (P. ?) Cornelius (Scipio?), consul suffectus a. 38 a. C. (?), et Scribonia, quae a. 40 Caesari triumviro nupsit; cf. de hac quaestione sane ancipiti supra in* Cornelio (Lentulo) Marcell[ino] *n. 1395. Si vere fuit filius P. Scipionis cuiusdam et Scriboniae, memoratur nomine non posito ut* frater Corneliae *in carmine Propertii 5, 11.*

Quaestor pro praetore (ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος) (provinciae Achaiae) *t. 2. 3.* Praetor *Prop. 5, 11, 65* 'vidimus et fratrem sellam geminasse curulem'. Consul *Prop. v. 66* a. 738 = 16 a. C. cum L. Domitio Ahenobarbo *v. supra;* secundo semestri in eius locum suffectus L. Tarius (Rufus) *fasti Biond. et Colot.* Proconsul Asiae *t. 1. 4 (proconsulatus mentio in titulis excidit); nummus. Hic fortasse memoratur in frustulo Ephesio inedito ab Heberdey rep. (servato in schedis Inst. archaeol. Austr.), quod in hunc modum restituendum videtur:* ἐπὶ ἀ[νθυπάτου Ποπλίου Κορνηλίου] Σκειπίωνο[ς, πρεσβευτοῦ δὲ Λ]ευκίου Κουσ[ινίου ? . . . . .] *(forma quae est* Λεύκιος *hunc titulum aetate liberae rei publicae vel ineuntis principatus incisum indicat). Provinciae praefuisse videtur intra a. fere 10—3 a. C., quo tempore Augustus proconsulibus Africae et Asiae indulserat, ut nummi capita eorum exhiberent (cf. Mommsen Ges. Schr. 4, 183 sq.; annus 10/9 a. C. occupatus est proconsulatu Paulli Fabii Maximi cos. a. 11, annus 6/5 proconsulatu C. Asinii Galli cos. a. 8). Vel huius vel Lentuli Scipionis cos. a. 24 p. C.* accensus P. Cornelius P. l. (G)entius *t. Trallianus ineditus (cf. supra n. 1398). — Huius ut opinor filius* Scipio,

adulter Iuliae *(n. 1435)*. P. Cornelii *(huius ut videtur)* liberti et Clemens Scipionis servos *t. 5.* *Gr.*

— P. CORNELIVS SCIPIO, consul a. 2 p. C., *v.* P. Cornelius Lentulus Scipio *n. 1397.*

— P. CORNELIVS SCIPIO, consul a. 24 p. C., *v.* P. Cornelius Lentulus Scipio *n. 1398.*

1439 P. CORNELIVS SCIPIO, consul a. 56 p. C. *In consulatu:* P. Cornelius Scipio *IV 3340 tab. cer. 21 v. 2. X 1574 = D. 226. Phlego mir. FGrHist 257 F 36, 27;* P. Cornelius *IV 3340 tab. cer. 19. 21 v. 16. X 1401 = D. 6043;* P. Corn. . . . . . *XI 4123 = D. 5446;* . . Corn. Sc[i]p. *XIII 6820 = D. 2491;* P. Scipio *Tac. a. 13, 25;* . . . . one *IV 3340 tab. cer. 23;* Scipio *fasti scripti.*

Filius ut opinor P. Cornelii Lentuli Scipionis consulis a. 24 *(n. 1398); cf. stemma Lentulorum supra ad p. 329. Num* Lentuli *quoque cognomine usus sit, parum constat. Hic, non pater eius, videtur* Scipio Cornelius, qui (d. 23 m. Ian.) a. 52 in senatu censuit Pallanti grates publice agendas *Tac. a. 12, 53 (cf. supra A 858).* Consul a. 56 cum Q. Volusio Saturnino *v. supra, in kal. Iul. ut videtur* (d. 24 m. Iun. *tab. cer. 21);* ab his consulibus d. 2 m. Mart. factum s. c. Volusianum *X 1401 = Bruns-Gradenwitz Font. iur. Rom.*[7] *54.* *Gr.*

1440 P. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS, *filius puto* P. Lentuli Scipionis *consulis a. 24 et Poppaeae Sabinae, natus ni fallor eo tempore, quo pater eius Asiam rexit (v. supra n. 1398).* Consul (suffectus) m. Oct. usque ad finem anni 68 cum C. Bellico Natale *(v. supra B 101). Plena nomina exhibent tituli VI 471 (= D. 238). 33743 (= D. 239). III p. 1958 dipl. mil.*, P. Cornelius Scipio *III p. 847 sq. = D. 1988 dipl. mil., utrumque ex eodem aere descriptum;* . . . . . us *VI 30469. — Alieni a Scipionibus nobilibus* Publii Cornelii Scipiones *Brixienses V 4462. Originem duxerunt vel potius ducere finxerunt a Scipionibus imp. Gordianus (vita Gord. 9, 4), Oscia Modesta Cornelia Patruina Publiana (IG 14, 1960 cf. supra A 1095), homines nobiles aetatis labentis. — Cf. n. 701.* *Gr.*

1441 P. (CORNELIVS) SCIPIO ORESTINVS. (P. Scipio Orestinus *in uno latere,* P. Scipio *in altero latere alterius ex terminis; idem videtur fuisse in altero termino) termini duo Telesini ('litteris optimis') IX 2219 = D. 5987. Praedia possedit in agro Telesino. Pater vel frater ut videtur Corneliae (Liviae?) Orestinae (sive Orestillae), C. Calpurnii Pisonis et postea imperatoris Gai uxoris (v. infra n. 1492; nullius momenti videtur esse quod haec* Κορνηλίου 'Ορέστου θυγάτηρ *dicitur ap. Ioann. Antioch. exc. de virt. et vit. 1, 179, 23 B.-W.); filius fortasse P. Lentuli Scipionis cos. a. 2 (n. 1397); cf. stemma Lentulorum supra ad p. 329.* *Gr.*

1442 . . CORNELIVS SCIPIO ORFITVS salius Palatinus cooptatus a. 189 *VI 1980;*

in eius locum alius cooptatus *a. inc. (paulo post a. 190) ib. 1981* (Corneli Scipio . . . .). *Filius puto* Ser. Scipionis Orfiti consulis a. 178 *(n. 1448). Gr.*

1443 L. CORNELIVS SCIPIO ORFITVS dicavit Iovi o. m. Soli Sarapidi *t. VI 402 cf. 30755, p. 3756 = D. 4396 (imago Strong Roman sculpture tab. 97) (1)*, Matri deum magnae Idaeae et Attidi *VI 505 cf. 30781 = D. 4143 (2), VI 506 cf. 30782 = D. 4144 (3).*

Nomina plena exhibent t. 2. 3; Scipio Orfitus *t. 1. — Oriundus sine dubio ex gente Serviorum Corneliorum Scipionum Salvidienorum Orfitorum (n. 1444 sqq.).* Vir clarissimus; augur *t. 1—3.* D. 26 m. Febr. a. 295 taurobolium sive criobolium fecit *t. 2 cf. t. 3. Tituli videntur prostitisse in hortis eius ad viam Appiam sitis (cf. Huelsen ad VI 30782). — Nescio an ex posteris huius fuerit* Scipio vir clarissimus, *aequalis Symmachi (Symm. epist. 5, 64; 7, 128). Gr.*

1444 SER. CORNELIVS (SCIPIO) SALVIDIENVS ORFITVS, consul a. 51. *In consulatu:* Ser. Cornelius Orfitus *VI 353 cf. 30747 (= D. 4375). 1984 (= D. 5025);* Ser. Cornelius Orphitus *I² p. 247 = X 6638 fasti Antiates;* Ser. Cornel. . . . . . *II 4095;* Servius Cornelius Orfitus *Tac. a. 12, 41 (cf. Cod. gr. et lat. photogr. depicti 7, 2 fol. 11ʳ);* Cornelius Orfitus *Plin. n. h. 2, 99; ceterum* Orfitus *fasti scripti. —* Cornelius Orfitus *Tac. a. 16, 12;* Salvidienus Orfitus *Suet. Nero 37, 1;* Orfitus *Tac. h. 4, 42. — Vix dubium videtur, quin huic posterisque eius, qui per tria saecula inter nobilissimas gentes floruerunt, nomina plena fuerint* Ser. Cornelius Scipio Salvidienus Orfitus (Lucii *quoque praenomen invenitur in consule a. 149 infra n. 1447 IG 12, 3, 325;* L. Cornelius Scipio Orfitus *dici voluit is qui floruit temporibus Diocletiani, v. n. 1443).*

Scipiones Salvidieni Orfiti videntur originem duxisse a Scipione Salvittone *aequali Caesaris dictatoris (de hoc homine v. Münzer RE 4, 1505, 357); cf. Plin. n. h. 35, 8:* (Messala senex) cum Scipionis Pomponiani transisset atrium vidissetque adoptione testamentaria Salvittones — hoc enim fuerat cognomen — Africanorum dedecori inrepentes Scipionum nomini. *Nescio autem an erraverit idem scriptor cum scribit ib. 7, 54* eiusdem familiae Scipioni — — nomen Salvitto mimus dedit *(paulo aliter Suet. Caes. 59); veri enim similius mihi videtur* 'Salvitto' *formam breviorem nominis gentilicii* 'Salvidienus' *esse, Salvidienum igitur Orfitum aliquem adoptione transisse in domum Scipionum. Scipionem Pomponianum patrem adoptivum 'Salvittonis' putaverim (aliter iudicat Münzer l. l.). Cf. praeterea verba Porcii Latronis supra n. 1395 allata. Pater Orfiti consulis a. 51 potest fuisse* Orfitus clarissimus civis, maritus tertius Vistiliae, quae ex eo mater facta est *Plin. n. h. 7, 39 (cf. Cichorius Röm. Stud. 429 sq.).*

Consul a. 51 cum imp. Claudio cos. V *v. supra ([II] X vel V* idus Febr.

II 4095); in locum Orfiti suffectus est L. Calventius Vetus Carminius *(v. supra n. 428)*. A. 65 sententiam dixit in senatu *Tac. a. 16, 12.* A Nerone occisus *(a. 66 ut videtur)*, quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasset *Suet. Nero 37, 1. Dio 62, 27, 1, ubi nomen eius non enuntiatur;* Aquilium Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium extulerat *Tac. h. 4, 42* ('ingenium — — caede nobili inbuisti, cum — — raptis consularibus spoliis — — inlustres senes — — prosterneres' *ib. in oratione Curtii Montani)*.

Huius filius videtur is qui sequitur. — Vel huius vel unius ex posteris libertus S[e]r. Cornelius Orfiti lib. Restitutus *IX 6116 t. rep. in agro Brundisino. Ex hoc t. et ex t. IX 663 Ausculano apparet Scipiones Orfitos praedia habuisse in Samnio et in Apulia; de hortis, quos videntur possedisse ad viam Appiam, v. n. 1443 (cf. etiam VI 31007 adn.). Gr.*

1445 (SER. CORNELIVS SCIPIO) SALVIDIENVS ORFITVS (Salvidienus Orfitus *Suet.* Ὄρφιτος *Philostr.; de nominibus eius v. n. 1444), filius probabiliter eius qui praecedit.* Consularis *Suet. Dom. 10, 2; consul igitur suffectus a. inc. aetatis Flaviorum.* Coniurationis insimulatus *a. fere 93 (cf. Stein RE 4, 135)* a Domitiano in insulam relegatus est *Philostr. vita Apollon. 7, 8. 33 p. 132. 146 K.; 8, 7 p. 160 K.;* quasi molitor rerum novarum in exilio occisus *Suet. l. l.* Amicus Nervae, qui postea imperavit, et Apollonii Tyanei *Philostr. ll. ll.* Dives *id. 7, 33. — Pater ut opinor eius qui sequitur. Gr.*

1446 SER. (CORNELIVS) SCIPIO SALVIDIENVS ORFITVS, consul a. 110. *In consulatu:* Ser. Scipio Salvidienus Orfitus *III p. 868 = D. 2004 dipl. mil.;* Ser. Salvidienus Orfitus *VI 10243;* Ser. Scipio Orfitus *Not. d. sc. 1933, 193 (tab. 2) v. 18 fasti Ostienses; ceterum* Orfitus *in titulis fastisque. — Idem intelligendus* Orfitus *vita Pii 8, 6.*

Filius videtur eius qui praecedit. Consul a. 110 cum M. Peducaeo Priscino *v. supra* (d. 17 m. Febr. *dipl. mil.); kal. April. ut videtur* ordinariis suffecti sunt (C.) Avidius Nigrinus et Ti. Iulius Aquila (Polemaeanus) *fasti Ostienses.* Praefectus urbi *vita Pii 8, 6,* cui imp. Antoninus Pius successorem dedit, sed petenti *ib., successor ni fallor L. Catilii Severi (supra n. 558), antecessor Sex. Erucii Clari, praefecti urbi usque ad a. 146 Not. d. sc. 1934, 256 tab. 7. — Pater sine dubio eius qui sequitur. Gr.*

1447 SER. CORNELIVS SCIPIO L.(?) SALVIDIENVS ORFITVS, consul a. 149, *commemoratur in titulis positis cum esset proconsul Africae VIII 24 cf. 10999 (1) Oeensi Tripolitano, Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 80 (2) rep. loco qui hodie dicitur Kairuan; filiae huius positus videtur t. mutilus Ausculanus IX 663 (3).*

In consulatu: Λ. Σέργιος *(sic)* Σκειπίων Ὄρφιτος *IG 12, 3, 325 = Ditt. Syll.*[3] *852;* Σαλβιδηνὸς Σκιπίων Ὄρφιτος *IGR 3, 705;* .... ος Σκειπίων Ὀρ .... *IGR 3, 1275;* Ser. Scipio Orfitus *VI 327 = D. 3446;* Scipio

Orphitus *VI 644 = D. 3537;* Scipio Orfitus *liber colon. Schr. d. röm. Feldm. 1 p. 244. 253 = p. 132. 80 Pais (pro* Scipione *in codd. est* priore *vel* seniore); *ceterum* Orfitus *in titulis fastisque.* — Ser. Co[rneliu]s Orfitus *t. 1;* Ser. Cornelius S[cipio] Salvidienus Orfitus *t. 2;* Ser. Cor. Scip. Orfi[t]us *t. 3;* Scipio Orfitus *vel* Orfitus *vel* Scipio *Apul. flor. 3, 17. Duobus praenominibus si vere usus est, nomina plena ei fortasse fuerunt* Ser. Cornelius Scipio L. Salvidienus Orfitus.

Filius sine dubio Ser. Scipionis Orfiti consulis a. 110 *(n. 1446). Nescio an hic sit* Σέρβιος Κορνέλιος, quem imp. Hadrianus cum Salvio Iuliano (cos. a. 148) edictum componere iussit *ecloga legum Ius gr. rom. ed. Zachariae 2 p. 280 cf. Cuq Mém. Acad. inscr. 9 (1884) 330 sq. (hoc loco nomina L. Octavii Cornelii (P.) Salvii Iuliani Aemiliani plena sed corrupta latere veri simile mihi non videtur; aliter iudicant Krüger Gesch. Q. r. R.² 94, 8. Kipp⁴ 55 sq., 24).* Consul *t. 3* ordinarius a. 149 cum Q. Pompeio Sosio Prisco *v. supra.* Proconsul Africae *t. 1. 2. Apul. flor. 3, 17 a. 163/164, cum in t. 1 Marcus Armeniaci cognomine careat, Verus eodem ornatus sit (in t. 2 nomina Augustorum perierunt).* In eius laudem dixit Apuleius orationem, *cuius pars superest flor. 3, 17;* idem carmen 'de virtutibus Orfiti' composuit *ib.*

Ad hunc liberosque eius videtur pertinere t. 3: ..... Ser. Cor. Scip. Orfi[t]i cos. [fi]liae N I *(sic traditur haud recte)* [Ser. Cor. Scipionis] Orfiti cos. *(a. 178 ut videtur, cf. n. 1448)* sorori L. Lucilius Pansa Priscilianus [feminae?] *(an* patronae?, *de supplemento* uxori *cogitare nolim)* sanctissim[a]e fecit *(cf. Keil Forsch. Ephes. 3, 139). Filiam hanc non diversam esse a* Corn(elia) L. f. Marullina clarissima femina *tituli item Ausculani IX 662 censuit Mommsen nescio an recte (in hoc t.* Corn. L. f. *male lectum esse pro* Cornel. *coniecit Klebs PIR¹ C 1219); necessitudinem aliquam intercessisse inter Scipiones Orfitos et L. Cossonium Eggium Marullum consulem a. 184 indicant etiam nomina C. Passieni Cossonii Scipionis Orfiti IX 211 = D. 1199; Vettius quoque Scipio Orfitus clarissimus vir VI 2010 (aetate Commodi) parentela nescio qua coniunctus videtur cum Corneliis Scipionibus Orfitis.* *Gr.*

1448 SER. (CORNELIVS) SCIPIO (SALVIDIENVS) ORFITVS, consul a. 178 *ut videtur, commemoratur ni fallor in t. mutilo Ausculano IX 663 sorori posito. In consulatu:* Ser. Scipio Orfitus *III p. 1993 et 2328⁶⁴ dipl. mil., ceterum* Orfitus *in titulis, fontibus iuris, fastis* (Orfito III *vel* IV *consulum laterculi nonnulli perperam).*

Filius *eius sine dubio qui praecedit,* frater *feminae alicuius, cuius nomen periit t. Ausculanus (v. n. 1447).* Consul *ib. Hic, non Ser. Calpurnius Scipio Orfitus (supra n. 317) videtur is, qui* consul processit a. 178 cum D. Velio Rufo Iuliano (d. 23 m. Mart. *dipl. mil.).* Ab his consulibus factum est senatus consultum Orfitianum *Bruns-Gradenwitz*

Font. iur. Rom.[7] *64.* — *Hunc esse* Orfitum, qui commemoratur inter adulteros Faustinae minoris *(vita Marci 29, 1), suspicatus est Borghesi 3, 51 nescio an recte. Neque magis constat eundem intelligendum esse* Orfitum *Galen. 13, 1029 K.*

Huius filius sine dubio Cornelius Scipio Orfitus cooptatus a. 189 inter salios Palatinos *(n. 1442); ipse igitur uxorque eius hoc anno in vivis fuerint necesse est. Arta necessitudine haud dubie coniunctus fuit cum* Ser. Calpurnio Scipione Orfito *(consule a. 172 ut videtur), quae qualis fuerit, in stemmate iuxta proposito ostendere temptavi.* — *Ad unum vel ex Corneliis vel ex Calpurniis Scipionibus Orfitis spectare videtur t. VI 3714 = 31007, quem posuit* Crescentian(us) actor Orfiti clarissimi pueri. *Liberta eiusdem domus sine dubio* Salvidena Ser. l. Corinthia *XIV 2369 t. in agro Albano positus a* Calpurnia *aliqua.* *Gr.*


1449 Cornelius Senecio, eques Romanus splendidus et dives, ex tenui principio se ipse promovit, amicus Senecae, qui de eius morte subita refert *epist. 101, 1—4.* *St.*

1450 Q. CORNELIVS SENECIO ANNIANVS *honoratus t. Carteiensi II 1929, qui cursum honorum eius exhibet. Patris praenomen periit;* tribu Galeria *t.; oriundus videtur ex Hispania Baetica.* Quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor, curator viae Latinae, legatus legionis VII geminae felicis, curator viae Appiae, proconsul Ponti et Bithyniae *(ante a. 165 p. C.),* consul (suffectus) *t. Idem fortasse* Q. Co. . . . . , consul suffectus tertio nundino a. 116 cum D. Terentio Gentiano *v. supra n. 1210.* Sacerdos Herculis *scil. Gaditani, ut iure statuit Huebner II 1929 adn.* — *Cornelii Senecionis nomina recurrunt in nomenclatura L. Stertinii Quintiliani Acilii Strabonis Q. Cornelii Rustici Apronii Senecionis Proculi cos. a. 146 (n. 1424) filiique eius (n. 1451).* *Gr.*

1451 Q. CORNELIVS SENECIO PROCVLVS, praetoricius legatus provinciae Asiae *VI 1388 = D. 1090 t. sepulcralis* positus fratri a Corneliis Procula et Placida; *filius ergo* L. Stertinii Quintiliani Acilii Strabonis Q. Cornelii Rustici Apronii Senecionis Proculi cos. a. 146 *(n. 1424), in quo vide.* *Gr.*

1451a Cornelius Senex, *qui nominatur inter legatarios honestiores in testamento Dasumii VI 10229 v. 28.* *St.*

1452 Cornelius Severus, cuius versus de morte Ciceronis *servavit Sen. suas. 6, 26, cf. 27,* alios, quos arguebat Porcellus *ib. 2, 12. 13.* Cornelius Severus, etiamsi versificator quam poeta melior, si tamen ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum *(sc.* post Vergilium inter poetas Romanorum epicos) *Quintil. 10, 1, 89. In hoc opere fortasse* Aetnam descripsit *Sen. epist. 79, 5. Versum* e libro primo rerum Romanarum *affert Prob. GL 4, 208.* Cornelius Severus in VIII de statu suo *Priscian. GL 4, 546 sq., cf. Diomedes ib. 1, 375.*


Scipio Salvitto?
(Salvidienus?) Orfitus ~ Vistilia
?
Ser. Cornelius (Scipio) Salvidienus Orfitus
cos. a. 51 n. 1444
(Ser. Cornelius Scipio) Salvidienus Orfitus
cos. a. inc. n. 1445
Ser. Cornelius Scipio Salvidienus Orfitus
cos. a. 110 n. 1446
Ser. Cornelius Scipio L.(?) Salvidienus Orfitus
cos. a. 149 n. 1447
(Cornelia)
~
(Calpurnius Piso)?
Ser. Cornelius Scipio
Salvidienus Orfitus
cos. a. 178(?) n. 1448
(Cornelia) = Cornelia Marullina?
Ser. Calpurnius Scipio Orfitus
cos. a. 172(?) n. 317
~ Calpurnia L. f. Lepida?
L. Calpurnius Piso
cos. a. 175 n. 295
Cornelius Scipio Orfitus
salius Palatinus a. 189
n. 1442
Calpurnius Piso.
n. 283
Calpurnius Scipio
Orfitus n. 316
salius Palatinus
mortuus a. 191
filii.
L. Cornelius Scipio Orfitus
augur n. 1443

Gr.

Idem procul dubio Severus, cui mittit Ovidius *ex P. 4, 2;* vates magnorum maximus regum *ib. 4, 2, 1;* qui dedit Latio carmen regale *ib. 4, 16, 9. (Vix idem* Severus *ib. 1, 8, 2). Fragmenta collegit Morel FPL p. 116—119. Cf. Skutsch RE 4, 1509 sq. Schanz-Hosius 2⁴, 268 sq. Teuffel 2⁷ § 252, 5.* *St.*

— CORNELIVS SEVERVS *v.* Cn. Pinarius Cornelius Severus *n. 1453.*

— M.' ACILIVS GLABRIO CN. CORNELIVS SEVERVS.

1453 CN. PINARIVS CORNELIVS SEVERVS, consul suffectus a. 112, honoratur *t. Tiburtino XIV 3604 = D. 1043 (1) hodie dimidiato; ad eundem pertinere videtur fragmentum acephalum item Tiburtinum XIV 4246 (2). Consulatus eius indicatur in fastis Ostiensibus Not. d. sc. 1932, 193 (tab. 2) v. 30 (3). Uxor eius ut opinor memoratur in t. mutilo in Galatia rep. Journ. Rom. St. 16, 203, melius Klio 24, 59 (4). Ad eundem rettulerim tegulas urbanas Ostiensesque XV 954. XIV p. 755. Not. d. sc. 1934, 229 (5).*

Plena nomina in titulis non leguntur, sed summa cum probabilitate colliguntur et collatis inter se titulis et ratione habita nominum Cn. Pinarii Cornelii Clementis (patris huius) et M.' Acilii Glabrionis Cn. Cornelii Severi. Cn. Pinarius Cn. f. . . . . . Severus *t. 1;* Cornelius Severus *t. 4;* . . . . nelius Severus *t. 3;* Cor. Seve. *vel* Cor. Sever. *t. 5.*

Cn. f. *t. 1; filius sine dubio* Cn. Pinarii L. f. Papiria Cornelii Clementis *viri consularis et triumphalis (supra n. 1341). Patricius ut apparet ex sacerdotiis honoribusque eius. Honorum pars servatur in t. 1 cf. t. 2.* [Quaestor candidatus] Imp. Caes. Nervae Traiani Aug. *t. 1 cf. t. 2.* Praetor *t. 2 (in t. 1 periit).* Consul *t. 1* suffectus a. 112 *(tertio nundino)* cum Q. Valerio Vegeto *t. 3.* Salius Collinus *factus ante quaesturam,* augur, rex sa[crorum] *t. 1 cf. t. 2:* [au]gur, r[ex sacrorum].

Sergia L. [f.] Paullina uxor eius *t. 4; eadem ni fallor memoratur in titulis libertorum servorumque VI 9148. 9149. 9505. 10260—10264, item fortasse ut domina figlinarum* a. 134 *XV 516.* Cornelia Manli . . . . , quae Severo posuit *t. 1, num cognatione cum hoc coniuncta fuerit, non satis constat (virginem Vestalem Tiburtinam eam fuisse suspicatur Dessau XIV 4246 adn.). — Ab hoc partem nominum traxit* M'. Acilius Glabrio Cn. Cornelius Severus cos. a. 152 *(supra A 73).* — Libertus huius Cn. Corn . . . e . . inus decurialis viator *t. 4.* Pr(aedia) Cor. Sever(i) *t. 5.* *Gr.*

1454 CORNELIVS SISENNA (Κορνηλίου τε Σισεντίου *Dionis codd.,* Κορνηλίου τινός *Xiph.), ex posteris sine dubio L. Cornelii Sisennae rerum scriptoris.* In senatu a. 13 a. C. de vita uxoris obiurgatus se suadente Augusto eam in matrimonium duxisse dixit *Dio 54, 27, 4. Diversus puto* Sisenna triumvir monetalis *(n. 1456), quippe qui officio triumviri vix ante a. 13 a. C. functus sit.* Sisenna proconsul Siciliae *(n. 1455) utrum hic fuerit*

an triumvir ille monetalis, diiudicari nequit. Certe veri non est simile virum, qui principem graviter laeserat, postea ad honores pervenisse. — Vix ad hanc domum senatoriam pertinet Sisenna grammaticus *(cf. Kroll RE S. 5, 59, 371 a).* *Gr.*

1455 (CORNELIVS) SISENNA, proconsul *Siciliae ut videtur* imperante Augusto, *nominatur in nummis aeneis, qui in parte aversa exhibent inscriptionem* Sisenna pr. cos. L. Statius Flaccus P. Cotta Bal. II vir *(vel similiter) Borghesi 2, 323 sqq. Scott Num. Chronicle 13 (1851) 123, 1. Holm Gesch. Siz. 3, 730, 761 b. Museum Berol. (cf. Klebs PIR[1] C 1190). — Huius fortasse filia nupsisse videtur T. Statilio Tauro, ut apparet ex nominibus* Sisennae Statilii Tauri *consulis a. 16 p. C., filii scil. Tauri ex Cornelia Sisennae filia (cf. Dessau PIR[1] S 613); v. infra n. 1477. Cf. praeterea n. 1454. 1456.* *Gr.*

1456 (CORNELIVS) SISENNA, III vir aere argento auro flando feriundo, *nominatur* una cum (L.) Apronio *(supra A 970)*, (Sulpicio) Galo, (Valerio) Messalla *(quem diversum esse a Voluso Valerio Messalla cos. a. 5 recte monet Willers) in nummis aeneis cusis* sub Augusto *Babelon Monn. rép. 1, 432 sq., 82—87. Grueber Coins 2, 112 sq., 4713—4734 = Mattingly Br. Mus. 1, 46 sqq., 243—264. Willers Kupferpräg. 148 sq., 188—209. Apronius cum probabiliter idem sit atque is qui fasces gessit a. 8 p. C., vigintiviratu paulo plus decennio ante, i. e. intra annos fere 9—4 a. C., functus videtur esse (anno c. 9 a. C. collegium hoc monetalium vindicavit Willers, anno 5 a. C. Mattingly p. XCVIII). Cf. praeterea n. 1454. 1455.* *Gr.*


1457 (L. CORNELIVS) SISENNA, patronus liberti cuiusdam *VI 1900. Nescio quis ex Sisennis aetatis Augusti.* *Gr.*

1458 CORNELIVS SVLLA fuit inter eos, quos prodigos et ob flagitia egentes Tiberius a. 17 movit senatu aut sponte cedere passus est *Tac. a. 2, 48. Filius fortasse* L. Sullae consulis a. 5 a. C. *(n. 1460).* *Gr.*

1459 FAVSTVS CORNELIVS SVLLA, consul suffectus a. 31 p. C. *In consulatu:* Faustus Cornelius Sulla *X 1233 = D. 6124 fasti Nolani; nomina plus minus integra XIV 4533 fasti Ostienses. I² p. 240 = VI 2298 fasti Vallenses. XIV 2466;* Faustus Sulla *I² p. 71 fasti Arv.;* Sulla *dig. 48, 2, 12 pr.*

Filius fortasse (Cornelii Sullae) Felicis *n. 1463 natu maior.* Consul suffectus a. 31 p. C.: d. 9 m. Mai cum Sex. Teidio Valerio Catullo, kal. Iul. in kal. Oct. cum L. Fulcinio Trione (Sulla et Trione consulibus *dig. l. l.) v. supra. Ab hoc videtur manumissa* Cornelia Fausti liberta Urbana nutrix Fausta[e], *filiae scil. Fausti huius VI 16470. Filius ni fallor eius* Faustus Cornelius Sulla Felix cos. a. 52 *(n. 1464), qui cum dicatur* frater (Valeriae) Messalinae imp. Claudii uxoris *(Zon. 11, 9), pater eius Domitiam Lepidam, Messalinae matrem, in matrimonium duxerit necesse est. Cf. stemma iuxta propositum.* *Gr.*

Stemma posterorum Sullae dictatoris.[1]



[1]) *Concedendum in hoc stemmate non pauca minus certa esse.*

Gr.

1460 L. CORNELIVS SVLLA, consul a. 5 a. C., honoratur a clientibus *t. urbano VI 1390 = D. 920.* — *In consulatu:* L. Cornelius Sulla *IX 4644 = D. 3857. X 2381 = D. 7842;* L. . . . . . . *I² p. 69 fasti Lucerini;* L. Sulla *Plin. n. h. 7, 60;* L. Sylla *Cassiodor. Chron. min. 2, 135; ceterum* Sulla *vel* Sylla *fasti scripti.* — L. Cornelius P. f. Sulla *titulus.*

Filius videtur (P.) Sullae, quem commemorat Cicero ad Q. fr. 3, 3, 2 a. 54 a. C. (cf. Münzer RE 4, 1521, 387), nepos P. Sullae consulis designati a. 66 a. C. (Münzer 1518 sq.). — Praetor *titulus.* Consul *tit.* a. 749 = 5 a. C. cum Augusto cos. XII *v. supra* (d. 4 m. Ian. *X 2381*, d. 11 m. April. *Plin. l. l.);* in locum eorum suffecti L. Vinicius, Sex. Pompeius *I² p. 69.* Septemvir epulonum *tit.* — *Pater fortasse* Sullae senatu moti a. 17 p. C. *(n. 1458).* *Gr.*

1461 L. (CORNELIVS) SVLLA, senator grandaevus sub initium principatus Claudii *Dio 60, 12, 3. Vix idem atque* L. Sulla cos. a. 5 a. C. *(qui praecedit), potius frater* Sullae Felicis fratris Arvalis a. 21 p. C. *(n. 1463) aliunde ignotus.* *Gr.*

1462 L. (CORNELIVS) SVLLA, nobilis iuvenis, de quo Domitius Corbulo a. 21 questus est apud senatum, quod sibi loco non decessisset; Sullae patrocinati sunt Mamercus Aemilius Scaurus, patruus simul ac vitricus Sullae *(supra A 404)*, et L. Arruntius *(supra A 1130)* aliique Sullae propinqui *Tac. a. 3, 31. Eundem putaverim* L. Sullam Felicem consulem a. 33 *(n. 1465), in quo vide.* *Gr.*

1463 (CORNELIVS) [SVLLA] FELIX, frater Arvalis *a. 21 p. C. ut videtur (cf. supra A 404) VI 2023 b cf. 32339 acta Arv. Ex cognomine apparet eum originem repetivisse a Fausto Sulla dictatoris filio (cf. Tac. a. 14, 57* 'nomen dictatorium'). *Pater fortasse* Fausti Sullae consulis a. 31 *(n. 1459) et* L. Sullae Felicis consulis a. 33 *(n. 1465); hic si idem fuit atque* L. Sulla *n. 1462, cuius 'patruus simul ac vitricus' dicitur Mamercus Aemilius Scaurus (Tac. a. 3, 31), necesse est Sulla Felix is de quo agimus privignus fuerit M. Aemilii Scauri (supra A 405) et uxor ipsius (Sextia?) iteratas nuptias fecerit cum Mamerco Scauro (v. supra A 404). Feminam ex progenie Sullae dictatoris nescio an in matrimonium duxerit L. Arruntius cos. a. 6 (supra A 1130), cum hic propinquus L. Sullae dicatur a Tacito l. l.; adde quod Faustum quendam Arruntium notum habemus (supra A 1128). Cf. stemma iuxta propositum.* *Gr.*

1464 FAVSTVS CORNELIVS SVLLA FELIX, consul a. 52, *memoratur in actis Arvalium VI 2037 = 32352 (1), ib. 2039 (2), 2040 = 32353 (3). De titulo Antiochensi Pisidiae Transact. Amer. Philol. Assoc. 57, 225 v.* L. Cornelius Sulla Felix *(qui sequitur).*

In consulatu: Faustus Cornelius Sulla Felix *III p. 844 = D. 1986 dipl. mil.;* Faustus Cornelius *IV 5512 in amphora;* . . . Cornelius Sulla *ib. 3340 tab. cer. 4;* . . C[ornelius] *tab. cer. 3 (nisi cos. a. 33 significatur).*

Faustus Sulla *Tac. a. 12, 52;* Sulla *Frontin. aq. 13;* Sulla *fasti scripti* (Silvanus *vel* Silanus *consulum laterculi plerique).* — Faustus Cornelius Sulla Felix *t. 1. 2;* ... nelius Sulla *t. 3 v. 17;* Cornelius Faustus Sulla *Zon. 11, 9 p. 30 Dind.;* Cornelius Sulla *Tac. 13, 23. 47.* Νέος Ἑλληνομνήμων *1, 152 (cf. infra);* Faustus Sulla *Suet. Claud. 27, 2;* Sulla *Tac. 14, 57. 59. Octavia v. 438 b. 465.*

Filius Fausti Cornelii Sullae consulis a. 31 *(n. 1459) ut videtur.* Nobilissimus iuvenis *Suet. l. l. cf. Tac. 13, 23; 14, 57* ('nomen dictatorium'). Frater (Valeriae) Messalinae uxoris imp. Claudii *Zon. l. l. (ex Dione) uterinus sine dubio; cf. supra n.1459 (stemma proposui ad p. 362).* Claudius post necem Cn. Pompei Magni Antoniam filiam ei collocavit *Suet. l. l. Tac. 13, 23. Zon. l. l. Anonym.* περὶ τοῦ Καισαρείου γένους *ed. Lambros* Νέος Ἑλληνομνήμων *1 (1904) 152; cf. supra A 886.* Ex Antonia filium tulit *tenera aetate ut videtur defunctum Zon. l. l. Suet. Claud. 12, 1.* Consul *(ante tempus legitimum ut opinor)* in integrum annum 52 cum L. Salvio Othone Titiano *v. supra* (d. 31 m. Mart. *IV 3340 tab. cer. 4;* d. 10 m. April. *ib. 5512), deinde* cum Barea Sorano *(cf. supra B 55), postremo* cum L. Salvidieno Rufo Salviano *III p. 844 dipl. mil.* (d. 11 m. Dec.). Frater Arvalis adfuit in collegio a. 55 *t. 1,* a. 57 *t. 2,* a. 58 *t. 3.* A. 55 deferuntur consensisse Pallas ac Burrus, ut Sulla ad imperium vocaretur *Tac. 13, 23.* A. 58 cedere patria et Massiliensium moenibus coerceri iubetur *ib. 13, 47, cf. Octavia v. 464 sqq. post d. 3 m. Ian., quo die etiamtum inter fratres Arvales recensetur (postea in actis anni huius nomen eius non comparet).* A. 62 iussu Neronis Massiliae interficitur *Tac. 14, 57. 59, cf. Octavia v. 438 b. 462 sqq.* — Socors ingenium eius; despecta et nullius ausi capax natura *Tac. 13,47;* inops *ib. 14,57.* — *In hoc Sullae dictatoris progenies videtur exstincta esse. Alieni ab his nobilibus* Cornelii Sullae Veronenses *V 3582. Not. d. sc. 1917, 227. Nomina* Cornelii Sullae *in hominibus de plebe havd raro inveniuntur (velut III 11216. VIII 3093 cet.).* *Gr.*

1465 L. CORNELIVS SVLLA FELIX, consul a. 33, *memoratur in t. mutilo Antiochiae Pisidiae rep. Transact. Amer. Philol. Assoc. 57, 1926, 225 (imago tab. 30) = Ann. épigr. 1927, 172 (ubi pro* P *corrige* L·) *(1), in fastis Arval. I² p. 71 h v. 6 (2); ad huius fortasse libertum pertinet t. VI 37651 (3) rep. in sepulcro, quod in usu fuit aetate Tiberii etiamtum (cf. ib. 37661).* — *In consulatu:* L. Cornelius Sulla Felix *Eph. epigr. 9, p. 407 n. 679;* L. Sulla Felix *X 1233 = D. 6124 fasti Nolani;* Λούκιος Κορνήλιος *Dio 58, 20, 5;* L. Sulla *I 770. 771 = Herzog n. 99. 100 tess. numm. Tac. a. 6, 15;* Σύλλα *Malal. 241; ceterum* Sulla *fasti (incertum an hic* Sulla cos. *in amphora Ann. ép. 1907, 72).* — L. Corn. [Sulla] Felix *t. 1;* L. Sulla *t. 2;* (L. Cornelius) Sulla *t. 3.*

Filius fortasse natu minor (Sullae) Felicis, fratris Arvalis a. 21 (n. 1463);

cf. stemma supra ad p. 362 propositum. Nescio an idem fuerit L. Sulla nobilis iuvenis, de cuius inreverentia Domitius Corbulo a. 21 questus est *Tac. a. 3, 31 (cf. n. 1462).* Praetor (peregrinus) a. 29 *t. 2.* Consul a. 33 cum L. Livio Ocella Ser. Sulpicio Galba *v. supra* (d. 9 m. Febr. *Eph. epigr. l. l.*, d. 3 m. Iun. *Herzog 99) fortasse in kal. Iul. cf. Suet. Galba 6, 1.*

Gener [German]ici Caesar[is] *t. 1. Quaenam ex tribus Germanici filiabus (Agrippina, Drusilla, Livilla) per aliquod tempus Sullae nupta fuerit, non liquet; maxime probabile mihi videtur Agrippinam restitutam a Claudio (a. 41) ante nuptias factas cum C. Sallustio Crispo Passieno per breve temporis spatium uxorem fuisse Sullae huius (cave titulum Antiochensem referas ad Faustum Sullam Felicem consulem a. 52 (n. 1464), quem generum imp. Claudii fuisse constat, neque enim unquam huic praenomen Lucii tribuitur neque imp. Claudius dici potuit* Germanicus Caesar). — (Duovir) Antiochiae Pisidiae; ..... [Aus]picatus praefectus eius *t. 1.* *Gr.*

1466 **Cornelius Tacitus,** eques Romanus, procurator Galliae Belgicae, cuius filium ἐκτράπελον vidit Plinius *n. h. 7, 76. Alter filius videtur fuisse Cornelius Tacitus rerum scriptor (is qui sequitur).* — Corn. Veru[s ...] Tacitus *quidam XIII 7862.* *St.*

1467 P. CORNELIVS TACITVS. *Memoratur in t. Mylaseno S. Ber. Ak. Wien 1895, 2, 18 (cum imagine) = Ditt. Or. Gr. 487, lectionem correxit post Hulam et Szantonem R. Meister Jahresh. 27 B. 233—244.*

P. Cornelius *in subscriptionibus libri primi et tertii annalium cod. Med. I;* C. Cornelius *Apoll. Sidon. epist. 4, 22, 2;* C. Tacitus *ib. 4, 14, 1.* ['Ανθυπά]τω *(non ut antea edebatur* Πο.) Κορνηλίω Τακίτω *tit.* Cornelius Tacitus *sive* Tacitus *apud scriptores.*

Cornelium Tacitum procuratorem (eum qui praecedit) huius patrem fuisse Reitzenstein Neue Wege zur Antike 4, 6 sq. immerito negavit; sed et optime convenit nomen admodum rarum et ratio temporis idem suadet et filios equitum Romanorum saepe in ordinem amplissimum adlectos esse notissimum est.

Aetate, dignitate propemodum aequalis Plinio *(nato a. 61 vel 62) epist. 7, 20, 3; maior tamen, nam* Plinius adulescentulus fuit, cum iam Tacitus fama gloriaque floreret *ib. 20, 4. Natus non post a. 58, quoniam a. 88 praetor fuit (v. infra).* Iuvenis admodum *dial. de or. 1, 4,* cum dialogus haberetur Vespasiano imperante *(ib. 17, 4).* Cn. Iulius Agricola consul a. 77 filiam iuveni Tacito despondit ac post consulatum antequam in Britanniam profectus est *(a. 77 vel 78)* collocavit *Tac. Agr. 9, cf. 45.* 'Mihi Galba Otho Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti. dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim' *h. 1, 1; ubi utrum dignitas inchoata significet latum clavum an vigintiviratum aut quaesturam difficile est ad diiudi-*

candum Domitiano certe imperante ad praeturam promotus est, sed ad tribunatum plebis vel ad aedilitatem fieri potest, ut aut Titus aut Domitianus eum provexerit. A. 88 praetor, quindecimvir sacris faciundis ludis saecularibus intentius adfuit *ann. 11, 11.* Quo tempore Agricola defunctus est *(a. 93)*, Tacitus Roma absens fuit per quadriennium, paulo post in urbem rediit *Agr. 45.* Consul (suffectus) anno 97 (L.) Verginium Rufum defunctum pro rostris laudavit *Plin. epist. 2, 1, 6.* Laudator eloquentissimus *ib. De anno cf. quae exposuerunt Klebs Rh. Mus. 44, 273—279. Hirschfeld ib. 51, 474 sq. Fabia Rev. de phil. 17, 164—170. W. Otto S. Ber. Ak. Münch. 1919, 10, 20, 2.* Ulpianorum temporum consularis *Apoll. Sidon. epist. 4, 14, 1.* A. 98 una cum Plinio Marium Priscum proconsulem Africae in senatu accusantibus provincialibus adfuit *Plin. epist. 2, 11; de tempore vide W. Otto l. l. 70 sqq.* Mense Ian. a. 100 adversus Marium Priscum verba fecit *Plin. epist. 2, 11, 17 (cf. 2, 11, 10)*; respondit ... eloquentissime et, quod eximium orationi eius inest, σεμνῶς *ib.* Copia studiosorum ad eum ex admiratione ingenii eius convenit *id. 4, 13, 10.* Ad eum Romam revertentem dedit Plinius *epist. 4, 13*, Roma absentem, qui commendaverat Iulium Nasonem candidatum *epist. 6, 9.* Proconsul (Asiae) *tit., sub posteriores Traiani annos (circa a. 112/3 vel 113/4 ratione habita eius quod tum usitatum erat temporis intervalli inter consulatum et proconsulatum Asiae), cf. Heberdey Jahresh. 8, 237. (Nescio qua ratione computans Cichorius ap. Norden S. Ber. Ak. Berl. 1932 p. LI, 1 annum 115/6 posuerit; hoc quidem anno proconsul fuit Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus cos. a. 98). Is fortasse (proconsul Asiae sine dubio), cuius epistula (permutila) ad Pergamenos a. 113 fere data est III 7086.*

Polemii praefecti praetorio Galliarum *(cf. Borghesi 10, 750 sq. J. Sundwall Weström. Stud., 1915, 119 sq.)* e maioribus esse dicitur *Apoll. Sidon. epist. 4, 14, 1.*

Audiebat M. Aprum et Iulium Secundum, quos domi quoque et in publico adsectabatur *dial. 2, 2. 3.* Eum iam fama gloriaque florentem Plinius sequi concupiscebat et exemplum maxime imitandum sibi proposuit *epist. 7, 20, 4.*

Amicus Fabi Iusti (consulis a. 102), cui inscripsit dialogum de oratoribus *1, 1*, Plinii, qui ad eum dedit *epist. 1, 6. 20; 4, 13; 6, 9. 16. 20; 7, 20. 33; 8, 7; 9, 10. 14*, arta familiaritate coniunctus cum Asinio Rufo *ib. 4, 15, 1.* Taciti et Plinii nomina quasi litterarum propria, non hominum, litteris reddebantur *ib. 9, 23, 3 (cf. 23, 2)*; si quis de studiis sermo, una nominabantur, eadem legata et quidem pariter accipiebant *ib. 7, 20, 5. 6. Iidem igitur vix dubium quin designentur in testamento Dasumii VI 10229 (= D. 8379 a) v. 17:* ... Secundo, Cornelio. ...

Celeberrimus Romanorum rerum scriptor post obitum Nervae vitam

Cn. Iuli Agricolae soceri edidit *Agr. 3, cf. 44*, paulo post, sed eodem anno 98 (altero Traiani consulatu *Germ. 37)* librum de origine et situ Germanorum *(cf. Norden Germ. Urgesch. 451)*. Deinde historias condidit, quibus in scribendis eum versatum Plinius commemorat *epist. 6, 16. 20; 7, 20, 1; 33, 1; 8, 7.* Postea *(nam* libros, quibus res Domitiani composuerit, memorat *ann. 11, 11)* libros ab excessu divi Augusti conscripsit, *ubi 2, 61 verba* 'nunc rubrum ad mare' *(cf. 14, 25) post regnum Parthorum subactum (a. 115 vel 116 et ante a. 118 vel etiam postea, cf. P. Strack Reichspräg. z. Z. Hadr. (1933), 52, 28) scripta videntur esse; etenim* rubrum mare *hoc loco non sinum Arabicum significare potest quippe quem iam Pompeius attigerit, cf. Plin. n. h. 7, 97* 'ad rubrum mare'. Vitas Caesarum triginta voluminibus exaravit *Hieronym. in Zach. 3, 14 annales et historias comprehendens. Tacitum auctorem esse dialogi de oratoribus etsi pro certo traditum non habemus, tamen summa cum probabilitate accipi potest, cf. Reitzenstein Nachr. Gött. 1914, 173 sqq. De tempore, quo scriptus sit dialogus, viri docti quam maxime dissentiunt, cf. post alios Gudeman in ed. p. 29 sqq. Kappelmacher Wien. St. 50, 121—129. R. Meister Mitt. Ver. kl. Phil. Wien 9, 5 sq. Zimmermann Bayer. Bl. f. Gymn. 1934, 236—247.* Imperator M. Claudius Tacitus Cornelium Tacitum, scriptorem historiae Augustae, quod parentem suum eundem diceret *(absurde)*, in omnibus bibliothecis conlocari, librum per annos singulos decies scribi publicitus in archiis iussit et in bibliothecis poni *vita Tac. 10, 3.* Cornelius Tacitus in libro facetiarum *Fulgent. serm. 54 p. 125 Helm, plane ficticius.*

Memoratur praeterea vita Aureliani 2, 1; Probi 2, 7. schol. Iuvenal. 2, 99, 1. Apoll. Sidon. carm. 2, 192; 23, 153 sq., laudatur Tertull. apologet. 16 = ad. nat. 1, 11; ad nat. 2, 12. schol. Iuvenal. 14, 101, 2. Cassiodor. var. 5, 2, 2. Iord. Get. 2, 13, verba eius afferuntur Oros. 1, 5, 2. 4; 10, 3. 4 (cf. 7, 27, 1). Fragmenta ex ea parte historiarum, quae periit, composuit Halm—Andr. in ed. 2[5] p. 220 sq. Cf. Schwabe RE 4, 1566—1590. Schanz-Hosius 2[4], 603—643. Teuffel[6] § 333—339. Drexler Jahresb. 224, 257—461. *St.*

— . . . . . CELER (?) . . . . . [M]AXIMVS CORNELIVS [TE?]L[E?]SINVS . . . *v. supra n. 629.*

1468 Cornelius Titianus, amicus Plinii, qui ei scripsit *epist. 1, 17, haud scio an eidem* Titiano *9, 32.* *St.*

1469 (L. Cornelius) Torquatus. *T. sepulcralis in monumento Scipionum rep. VI 16125:* L. Cornelio Torquati l. Phileto Cn. Cornelius Phloesbus *cet. Patronus Phileti videtur necessitudine nescio qua coniunctus cum* Licinia Cornelia Volusia Torquata *VI 31726 = D. 924.* *Gr.*

— Cornelius Tuscus(?), *v. supra n. 1307.*

1470 . . [COR]NELIVS VALENTI[NVS H]ONESTIANVS IVNIANVS, [quaestor prov.

A]chaiae, tribunus plebis, [praetor, cu]rator via[e] ....., honoratus *t. Lambaesitano (mutilo) VIII 18269 saec. III. Parentela coniunctus videtur cum* Cornelia Valentina Tucciana flaminica perpetua *VIII 2397 = D. 2752 (t. Thamugadensis). Ex posteris eius puto* Cornelius Valentinus vir clarissimus, *qui memoratur paullo ante a. 367 in albo ordinis coloniae Thamugadensis VIII 2403 = D. 6122.* *Gr.*

1471 Cornelius Valerianus, auctor Plinii *n. h. ind. l. 8. 10. 14. 15.* Tradit phoenicem devolavisse in Aegyptum a. 36 *(cf. Dio 58, 27, 1;* a. 34 *Tac. a. 6, 28) ib. 10, 5, adfertur praeterea 14, 11. Idem fortasse* Q. Cornelius Valerianus *t. Florentinus Iliberritanus II 2079 (cf. p. 882) = D. 2713 (1), Castulonensis II 3272 (2).* Q. Cornelius ..... *t. 1;* ..... nelius Valerianus *t. 2,* M. f. Galeria *ib.*, [iudex] de V decuriis, praefectus cohortis I ..... *t. 1,* praefectus vexillariorum in Trachia *(anno fere 45, cum Thraces subigerentur, cf. Mommsen Ges. Schr. 8, 307, 3) t. 2;* [praef. vexillationib.] trib(us) equitum, coho[rt(ibus)?] *t. 1,* donatus coronis *t. 1. 2.* Uxor ...... a L. f. Optata *t. 2. Diversus videtur* Valerianus *Plin. n. h. ind. l. 3; 3, 108, cf. Münzer Beitr. zur Quellenkritik der Naturg. d. Plin. (1897), 370—384. Ritterling RE 12, 1648 sq.* *St.*

— P. LICINIVS CORNELIVS VALERIANVS CAESAR.

1472 **Corn[elius Vi]ctor,** procurator (aquarum) sub Fulvio Plautiano praefecto praetorio *(197—205) fistula plumbea urbana Bull. com. 1902, 292 = Not. d. sc. 1903, 20.* *St.*

1473 Cornelius Ursus, amicus Plinii, qui ad eum dedit *epist. 4, 9; 5, 20; 6, 5. 13; ad eundem sine dubio* Ursum *8, 9.* *St.*

1474 CORNELIA Norbanor[um] mater *memoratur in t.* libertae *VI 16357. Filii sine dubio* C. Norbanus Flaccus cos. a. 15 et L. Norbanus Balbus cos. a. 19 *(cf. VI 33472. 33849 = D. 7381. 7381 a), maritus igitur* C. Norbanus Flaccus cos. a. 24 a. C. *(v. infra in Norbanis). Ex nominibus filii minoris licet colligere eam filiam fuisse* L. Cornelii Balbi consularis *(supra n. 1331).* *Gr.*

1475 CORNELIA *(nomen ponitur v. 13. 43)*, de cuius morte scripsit Propertius ad maritum elegiam *5, 11.* E gente paterna Scipionum *v. 29 sq. 37 sq. (v. supra* Cornelius Lentulus Marcellinus *n. 1395); filia putatur* (P.) Cornelii (Scipionis?) *consulis a. 38 a. C (?) (n. 1437).* Mater Corneliae Scribonia *v. 55*, quae postea Caesari nupsit *cf. Suet. Aug. 62, 2*, soror (uterina) Iulia Augusti filia *Propert. v. 59 sq.* Uxor Paulli Aemilii Lepidi *(supra A 373)*, censoris a. 22 a. C. *cf. v. 67;* mater (L. Aemilii) Paulli, (M. Aemilii) Lepidi *v. 63*, filiae *v. 67.* Defuncta fratre consule *v. 66, qui* P. Cornelius Scipio consul a. 16 a. C. *(n. 1438) fuisse vulgo putatur.* *Gr.*

1476 CORNELIA, Scipionum gentis, uxor L. Volusii Saturnini consulis a. 3 p. C., ex quo nato annos LXII (a. 25) mater exstitit (Q.) Volusii Saturnini

consulis (a. 56) *Plin. n. h. 7, 62; filia Saturnini et Corneliae videtur* Volusia Cornelia *VI 7296. 7308. Eadem sine dubio* Cornelia L. f. Volusi Saturnini p(raefecti?) (uxor) *XV 7441 (fistula aquaria urbana) neque diversa* Cornelia L. [Volu]si *VI 7387 (t. ancillae in monumento Volusiorum rep.); in t.* servi dispensatoris Q. et Corneliae n(ostrae) *VI 9343 potius de filio filiaque huius cogitandum. Ab hac videtur distinguenda* Licinia Cornelia M. f. Volusia Torquata L. Volusi cos. auguris *VI 31726 = D. 924, quam tamen ad eandem domum pertinere apparet (cf. etiam* (L. Cornelius) Torquatus *n. 1469). V. infra in Volusiis. — Praenomen paternum quod est* Lucius *cum alienum fuerit a Scipionibus Lentulisque Scipionibus aetatis imperatoriae, filia potest fuisse L. Lentuli alicuius ex Cornelia quadam e Scipionum gente oriunda, nisi pater eius inter maiores numeravit Scipiones; v. supra* L. Cornelius Lentulus cos. a. 3 a. C. *n. 1384.* *Gr.*

1477 CORNELIA honoratur *t. Thespiensi IG 7, 1854* [ὁ δῆμος Θεσπιέω]ν Κορνηλίαν Σεισέννα [Στατειλίου] Ταύρου ἀρετῆς ἕνεκεν. Sisennae Statilii Tauri (consulis a. 16 p. C.) *filiam, non uxorem intellegendam esse apparet ex fistula aquaria urbana XV 7440* Corneliae Tauri f. T. Axi (uxoris). Corneliae *huius potius quam aviae eius, Cornelii Sisennae ni fallor filiae (v. supra n. 1455),* liberta *VI 6424,* libertus (Statilius Phileros Corneliaes cubicularius) *ib. 6264 = D. 7407 c,* servi *ib. 6322. 6371 = D. 7424 a conditi in monumento Statiliorum (cf. servi* Corneliani *ib. 6356. 6365). Pleno nomine videtur appellata esse* Statilia Cornelia, *v. infra in Statiliis.* *Gr.*

1478 CORNELIA a. 23 p. C. virgo Vestalis capta *Tac. a. 4, 16.* *Gr.*

1479 CORNELIA, uxor (C.) Calvisii Sabini (consulis a. 26) legati (Pannoniae), a. 39 accusata, quod militari habitu vigilias et exercitia militum inspexisset, mortem cum marito sponte sibi conscivit *Dio 59, 18, 4 cf. Tac. h. 1, 48. Plut. Galba 12, qui nomen tacent. Sororem* Cn. Lentuli Gaetulici consulis a. 26 *(n. 1390) putaverim; v. supra n. 354.* *Gr.*

1480 CORNELIA ex familia Cossorum, virgo Vestalis capta a. 62 *Tac. a. 15, 22. Ab hac non diversa videtur* Cornelia Cossi Gaetulici filia virgo Vestalis, cuius permissu Eoni concubinae patris positus est *t. sepulcralis VI 17170. V. supra n. 1392.* *Gr.*

1481 CORNELIA (corneliam maximillam vestalem *nonnulli codd., quam lectionem tueri conatur Klotz Phil. Woch. 1928, 984 nescio num recte),* virgo Vestalis maxima, *anno c. 91* a Domitiano incesti damnata (Celeri equiti Romano obiciebatur) viva defoditur *Suet. Dom. 8, 4. Plin. epist. 4, 11, 6—13. Euseb. chron. arm. Ol. 217 a. 11 Domit. p. 217 Karst.; Hieron. p. 191 Helm = p. 273 Fotheringham; nomen omittunt Dio-Xiph. 67, 3, 3. Iuvenal. 4, 8—10. Philostr. v. Apollon. 7, 6 p. 132 K.* *Gr.*

— .... [COR]NELIA, clarissimae memoriae femina *(Ann. ép. 1916, 13, melius Rev. ét. anc. 22, 97 sqq. n. 3. 4), v.* Didia Cornelia [In]genua.

1482 FAVSTA (CORNELIA) (Fausta *videtur praenomen ei fuisse) memoratur in t.* Corneliae Fausti l(ibertae) Urbanae nutricis Fausta[e] *VI 16470. Filia puto* Fausti Cornelii Sullae consulis a. 31 p. C. *(n. 1459).* *Gr.*

— [VAL?]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA.

— (STATILIA) CORNELIA.

— VOLVSIA CORNELIA.

1483 TA ... A CORNELIA ASIANA, Nummi Faustiniani (uxor), una ex matronis ordinis senatorii, quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt *VI 32329 cf. Not. d. sc. 1931, 341 v. 26.* *Gr.*

1484 [COR]NELIA CAESIA *sive* CAESIA[NA], Cn. Lentuli Gaetulici filia *VI 1391 t. sepulcralis ut videtur. Parentes eius ni fallor* Cn. Lentulus Gaetulicus cos. a. 26 et Apronia Caesia *sive* Caesiana; *v. supra n. 1390.* *Gr.*

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA (?) PROCILLA ... LVCVLLA.

— CORNELIA CETHEGILLA *v.* (Gavia) Cornelia Cethegilla.

1485 CORNELIA CETHEGILLA AEMILIA PLANCINA posuit Corneliae Piae libertae *t. sepulcralem VI 16431. Oriunda videtur ex gente Gavia; v. infra in Gaviis.* *Gr.*

1486 COR[NELI?]A CLAVDIA PIA una ex puellis, quae carmen cecinerunt ludis saecularibus a. 204 *Not. d. sc. 1931, 345 (tab. 10) v. 89.* *Gr.*

— LVCIA LORENIA CORNELIA CRISPINA *v. infra in Loreniis.*

1487 (CORNELIA) DOLABELLINA *memoratur in t.* libertae *VI 5096 reperto in monumento, quod in usu fuit Tiberii et Claudii temporibus. Filia fortasse* P. Dolabellae consulis a. 10 p. C. *(n. 1348).* *Gr.*

1488 CORNELIA GAETVLICA, Gaetulici filia *VI 1392 = D. 958 t. sepulcralis rep. in monumento Scipionum. Pater eius vel Cn. Lentulus Gaetulicus cos. a. 26 (n. 1390) vel cognominis consul a. 55 (n. 1391) vel Cossus Lentulus Gaetulicus n. 1392.* *Gr.*

— DIDIA CORNELIA [IN]GENVA.

— CORNELIA LIVIA ORESTINA, *v. infra n. 1492.*

1489 (CORNELIA) MAGNA. Antipho Magnae (servus), Synhetus Magnae l(ibertus) a manu *memorantur una cum* Cn. Cornelio Magni l. Oceano *in t. sepulcrali VI 1961. Soror ut opinor* Cn. Cinnae Magni consulis a. 5 p. C. *(supra n. 1339). — Diversa ab hac videtur* Cornelia Magna *V 3296 t. Veronensis.* *Gr.*

1490 CORN(ELIA) MARVLLINA L. f., clarissima femina *IX 662 t. Ausculanus mutilus hodie deperditus. V. supra n. 1447.* *Gr.*

— CORNELIA MAXIMILLA (?) *v. supra* Cornelia *n. 1481.*

1491 [C]ornelia Ocel[la], *uxor videtur* M. Arrecini Clementis *(nescio cuius), cui posuit t. sepulcralem Rubensem Eph. ep. 8, 17, 79.* *St.*

1492 CORNELIA ORESTINA *(sic Dio 59, 8, 7* [Κορνηλίαν Ὀρεστίλλαν *Dind.*]*; Xiphil.; Zonar. 11, 5 p. 16 D.;* Κορνηλίου Ὀρέστου θυγάτηρ *Ioann. Antioch. exc. de virt. et vit. 1, 23 p. 179 Büttn.-W.;* Livia Orestilla *Suet. Cal. 25, 1)*, quam imperator Gaius C. Calpurnio Pisoni *(supra n. 284)* nuptiarum sollemnibus abductam *(a. 37 vel 38 ineunte, cf. Willrich Klio 3, 294, 3)* intra paucos dies repudiatam biennio (duobus mensibus *Dio, errore ut videtur)* post una cum Pisone relegavit, quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur *Dio l. l. (cf. 59, 3, 3). Suet., cf. Vict. Caes. 3, 10. Parentela coniuncta videtur cum P. (Cornelio?) Scipione Orestino IX 2219 = D. 5987 (supra n. 1441). Cf. stemma Lentulorum supra ad p. 329. Plena nomina eius fortasse* Cornelia Livia Orestina. *In pariete Pompeiano graphio scriptum* Cornelia P. f. Orestina *IV 6812.* *St.*

— OSCIA MODESTA ... IA ... IA CORNELIA PATRVINA PVBLIANA.

— IVLIA CORNELIA PAVLA AVGVSTA.

1493 CORNELIA PLACIDA, L. Stertinii Quintiliani Acilii Strabonis Q. Cornelii Rustici Apronii Senecionis Proculi *(supra n. 1423)* filia, Q. Cornelii Senecionis Proculi *(n. 1451)* et Corneliae Proculae *(n. 1496)* soror *VI 1387. 1388 = D. 1089. 1090. Num eadem sit* Cornelia Q. f. Placida *XV 3845—3847 in amphoris* (a. 191 *ib. 3845), incertum videtur.* *Gr.*

1494 CORNELIA PRAETEXTATA, clarissima femina, *in fistulis aquariis Ostiensibus XIV 1986 (= XV 7750). 5309, 31. Eadem ni fallor* Cornelia Praetextata, quae imp. Gordiano posuit a. 239 *t. VI 1089 cf. 31238; vel eadem vel eiusdem familiae* ... Ru[fel?]lia Arria Cornel[ia] *(vel* Cornel[iana]) Sextia Praetextata *XI 6689, 32 in tegula.* *Gr.*

1495 CORNELIA PRIVIGNA L. filia, L. Iulii Larcii Sabini tribuni plebis *uxor ut videtur XI 1431 t. sarcophagi Iulii Sabini Pisis rep. certae lectionis sed insolito more conceptus.* *Gr.*

1496 CORNELIA PROCVLA una cum Cornelia Placida sorore L. Stertinio Quintiliano Acilio Straboni Q. Cornelio Rustico Apronio Senecioni Proculo *(n. 1423)* patri et Q. Cornelio Senecioni Proculo *(n. 1451)* fratri posuit *titulos sepulcrales VI 1387. 1388 = D. 1089. 1090. Ab hac distinguenda videtur* Cornelia Q. f. Procula, quae M. Vibullio Proculo filio posuit *t. sepulcralem V 7791 Albingaunensem, quippe quae vix fuerit ordinis senatorii.* *Gr.*

— (CORNELIA) PVBLIANA *v.* Oscia Modesta ... ia ... ia Cornelia Patruina Publiana.

1497 Cornelia Quinta, uxor P. Livi Larensis *VI 2126 (cf. 32401) = D. 2932.* *St.*

1498 Cornelia Sabina, quae L. Cornelio Pusioni Annio Messallae consuli *(supra n. 1425)* posuit *t. Tiburtinum Not. d. sc. 1914, 101 = Ann. ép. 1915, n. 60. Idem nomen* (Cornelia Sab. . . . .) *in amphora Pompeiana Not. d. sc. 1933, 303.* *St.*

1499 CORNELIA SALONINA AVGVSTA *agnomine* CHRYSOGONE, uxor imperatoris Gallieni *tituli et nummi. Ei positi tituli Fabraternus Not. d. sc. 1911, 346, Cordubensis II 2200 = D. 552, Cemenelensis V 7879 = D. 551, Ostiensis XIV 5335, Thuggensis Cagnat-Merlin 566, graeci Serdicensis Kalinka Ant. Denkm. Bulg. (1906), 67, 71 = IGR 1, 697, Apamenus IGR 4, 777 (= Am. Journ. Phil. 48, 31), Merenus ib. 593, Aphrodisiensis Wadd. 3, 1625, Laodicenus Klio 10, 234, Pisidicus Annual Brit. School Athens 16, 119, Ancyranus Journ. Hell. St. 19, 107 = IGR 3, 237. Nummi RIC 5, 1, 63. 105. 107—115. 191—200, graeci multarum civitatium; Alexandrini ap. Vogt 1, 202. 206; 2, 150—154. 156—158.*

Cornelia Salonina Augusta *tituli, nummi;* Salonina Chrysogone Augusta *nummi graeci Ioniae et Lydiae, cf. Eckhel 7, 420. Münsterberg Num. Z. 58, 41; 59, 46;* Salonina *scriptores. Nota haud raro errores in eius nomine inveniri: in nummis Antiochenis ad Maeandrum* Ἰου(λία) Κορ. Σαλωνῖνα *Br. M. Caria 24, item Aphrodisiensibus ib. 51 sq. Imhoof-Blumer Kleinas. Münzen 118, Tabenis Macdonald Hunter. Coll. 2, 429* (Ἰουλι. Κορ. Σαλωνῖνα) *et* Πο(υβλία) Λι(κιννία) *vel* Λι. Πο. Κορ. Σαλωνῖνα *Br. M. Caria 52; cf. Münsterberg Num. Z. 59, 46.*

Plotini philosophi fautor *Porphyr. vita Plot. 12. Memoratur vita Gall. 21, 3. epit. 33, 1.* — Mater castrorum (μήτηρ κάστρων) *t. Ancyranus supra allatus.*

Nummi eius cusi sunt inde ab anno 254 usque ad finem Gallieni; ea igitur est uxor Gallieni Ingenuo malevola et diffidens *Petr. Patr. exc. de sent. 162 p. 265 Boiss. = Dio ed. Boiss. 3 p. 743, 162, eademque* uxor Gallieni quae cum eo interfuit obsidioni Mediolani a. 268 *Zonar. 12, 25 p. 147 D., ubi cum Gallienus occideretur et ipsa interfecta videtur esse.*

St.

— AEMILIA CORNELIA SCRIBONIA MAXIMA.

1500 CORNELIA SERVIANILLA, clarissima femina, M. Cornelii Bassi Serviani e(gregiae) m(emoriae) v(iri) filia *t. Lepti magna rep.* C. Fulvio Plautiano praefecto praetorio positus *Bull. com. 55, 83.* *Gr.*

1501 Cornelia Severina, P. f., flaminica Aug., mater Valerii Vegeti consulis *(consulis a. 91 vel consulis a. 112)*, honorata a Florentinis Iliberritanis *II 2074.* *Gr.*

— ... Ru[fel?]lia Arria Cornel[ia] *vel* Cornel[iana] Sextia Praetextata *v. supra* Cornelia Praetextata *n. 1494.*

1502 C. CORNELIA SVPERA AVGVSTA *(sic plene in nummis et in titulo Cuiculitano Bull. tr. hist. 1911, 113 = D. 9498). Nummi Eckhel 7, 374—376. Cohen 5², 295—297. Antea ex nummis tantum nota iam dudum uxor M. Aemili Aemiliani Augusti (supra A 330) credebatur, cf. Kubitschek Num. Ztschr. 38, 250, 11; 42, 19 sq., id quod comprobatur tit. posito* Imperatori Caesari M. Aemilio Aemiliano Augusto et C. Co[rne]liae [S]u[p]e[r]ae Augustae

[con]i[u]gi eius, *ubi nomina eorum quamquam erasa magna ex parte leguntur.* *St.*

— Aufidia Cornelia Valentilla.

— CORNELIA VOLVSIA *v. infra in Volusiis.*

— LICINIA CORNELIA VOLVSIA TORQVATA *v. infra in Volusiis.*

— Annius Cornicula.

1503 L. CORNIFICIVS, consul a. 35 a. C., honoratus *t. Pergameno IGR 4, 420 (1), memoratur in tabula triumph. Barberiniana I² p. 77 (2).*

In consulatu: Λ. Κορνουφίκιος Λ. υἱ. *Dio ind. l. 49;* L. Cornuficius *Bull. hell. 54, 490;* Λούκιος Κορνουφίκιος *Dio 49, 18, 6;* L. Cornificius *Cassiodor. Chron. min. 2, 134;* L. Cornuf. *Not. d. sc. 1933, 331, 421 in amphora;* Κορνουφίκιος *Dio 49, 33, 1;* Cornificius *fasti* (Cornelius *fasti Vindob. Chron. min. 1, 275 perperam). Huius nomen reponendum esse in s. c.^to Aphrodisiensi Viereck Sermo gr. n. XIX v. 1, ubi extat .....* ου Λευκίου υἱοῦ ὑπάτων, *coniecit Viereck p. VII, cf. Münzer RE 4, 1623, 5.* — Λεύκιος Κορνοφίκιος Λευκίου υἱός *t. 1; .....* ος Λευκίου υἱός *t. 3;* L. Cornificius *t. 2. Suet. Aug. 29, 5. Plut. Brut. 27; ceterum* Cornificius *apud scriptores.*

A. 43 a. C. auctore Caesare M. Brutum accusavit (lege Pedia) *Plut. l. l.* Legatus Caesaris *(Vell.)* rem contra Sex. Pompeium gessit a. 38 a. C. *App. b. c. 5, 80, 339. 340; 86, 360 sq.*, a. 36 *ib. 5, 111, 462—115, 481. Dio 49, 6, 1—7, 6. Vell. 2, 79, 4.* Tantum sibi ob servatum exercitum tribuit, ut Romae quotiens foris cenaret elephanto domum revectus sit *Dio 49, 7, 6.* Consul a. 719 = 35 a. C. cum Sex. Pompeio *v. supra* (k. Oct. *Bull. hell. l. l.).* Proconsul Africae *(a. 33/32 a. C.?)*; triumphavit ex Africa d. 3 m. Dec. *t. 2 a. 32 a. C., ut iure puto statuit Mommsen I² p. 77.* Augusto auctore aedem Dianae *(in Aventino)* exstruxit *Suet. Aug. 29, 5 cf. forma urbis fr. 2 Jord. = VI 29844, 2* 'Cornificia' ('aedituus Dianae Cornif.' *VI 4305 = D. 1732). — Huius ut videtur servi fuerant antequam in familiam Caesarum pervenerunt* Eros Cornufi. Caesaris Aug. cocus *VI 8753,* Photius Caesar. Aug. l. Cornifician. *ib. 16658 b,* Ti. Iulius Aug. l. Fuscus Cornifician. *ib. 5245.* *Gr.*

— Cornificius Gallus *v.* Cornificius Longus.

— VELIVS CORNIFICIVS GORDIANVS.

1504 Cornificius Longus *(sic Serv. auct. Aen. 3, 332, ceterum* Cornificius), scripsit de etymis deorum *Priscian. GL 2, 257,* libros *minimum* tres *(Macrob. sat. 1, 9, 11), unde afferuntur Fest. p. 109. 166. 174. 194. 212. 240. 354. 492 L. (= 123. 166. 170. 182. 194. 217. 282. 359 M.). Macrob. 1, 9, 11; 17, 9, 33. 62; 23, 2. Arnob. adv. nationes 3, 38. 39. Idem videtur significari Serv. auct. georg. 1, 55. Aetas qua scripserit definitur eo, quod cum Ciceronem laudat ap. Macrob. 1, 9, 11, spectat ad librum 2 (27, 67) de natura deorum (scriptum a. 44), et quod M. Verrius Flaccus ex eo hausit*

(Festus). Diversus ab eo Q. Cornificius Vergilii amicus, quem schol. Verg. deteriora errore inter obtrectatores habent et Cledonius GL 5, 43 falso Cornificium Gallum *nuncupat, cf. Wissowa RE 4, 1628—1631; Brzoska ib. 1607.* *St.*

1505 CORNIFICIA, filia imperatoris Marci et Faustinae, natalis eius dies memoratur in epistula patris ad Frontonem *1, 1 p. 94 N. = 2 p. 32 Haines. Ante obitum Pii nata, cf. supra vol. I p. 123 sq.* Pertinax infamissime eam dicitur dilexisse *vita Pert. 13, 8.* Ad mortem coacta a Caracalla *Dio exc. 77, 16, 6 a p. 395 Boiss. = exc. de sent. 146 p. 262. Herodian. 4, 6, 3* (τήν τε Κομόδου ἀδελφήν, πρεσβῦτιν ἤδη *neglecto nomine)*, quia apud matrem (Iuliam Domnam) caedi filii illacrimasset *Herodian. l. l. Eius servus VI 8721 = D. 1665* Ianuarius arkarius Cornificiae Augusti *(sc. Commodi)* sororis. — Domus Cornificiae *reg. urb. 12. p. 374 Richter Topogr.*[2] *huius vel, quod posuit Lanciani Bull. com. 1891, 210—216 (sed cf. Huelsen Röm. Mitt. 1892, 296; Jordan Topogr. 1, 3, 187, 14), Anniae Cornificiae Faustinae (supra A 708). Ad alterutram pertinet fistula plumbea urbana inscripta* Cornificiae ..... *XV 7442.* *St.*

— VOLTEIA CORNIFICIA.

1506 (Cornificia) Faustilla, *quae nominatur in t. libertae VI 16481, femina nobilis videtur.* *St.*

— ANNIA CORNIFICIA FAVSTINA.

— VMMIDIA CORNIFICIA FAVSTINA.

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA (?) PROCILLA .... LVCVLLA.

1507 Cornutus, amicus Tibulli, qui in diem natalem eius scripsit elegiam *2, 2, ad eundem 2, 3. De M. Caecilio Cornuto fratre Arvali (supra n. 34) cogitavit Cichorius Röm. St. 264.* *St.*

1508 CORNVTVS. Cornuti decretum clarissimi viri *memoratur in* decreto, quod Marcellus proconsul (Africae) acta inter Iulium Regillum et Aunobaritanos causa recitavit *Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 591 t. Aunobaritanus. Cornutum legatum Marcelli pr. pr. fuisse statuit Poinssot Compt. rend. 1920, 141 sq. nescio num recte; hoc enim posito Cornutus a Marcello dici debuit 'legatus meus'. Immo crediderim Cornutum unum ex decessoribus Marcelli fuisse. — De tempore Cornuti et Marcelli non constat; conicere possis Marcellum Africam rexisse aetate fere Antonini Pii (cf. RE 14, 1490).* *Gr.*

1509 CORNVTVS *memoratur in t.* Thoantis Cornuti l(iberti) accensi *VI 37157.* *Gr.*

1510 CORNVTVS AQVILA, legatus Augusti pro praetore (Galatiae) a. 6 a. C. (post kal. Iul.) *miliarii Galatiae III 6974 cf. 12217. 14185. 14401 a—c = D. 5828. Ad filium huius fortasse pertinet t. mutilus Antiochenus III*

6834 cf. Ramsay Journ. Rom. St. 6, 97: M. Arrun[tio C]ornuti fil. *Videtur igitur fuisse e gente Arruntia; v. supra A 1137.* *Gr.*

— CORNVTVS (ARRVNTIVS) AQVILA *v. supra A 1137.*

— L. Annaeus Cornutus.

— M. CAECILIVS CORNVTVS.

— Q. . . . . . FVFICIVS CORNVTVS.

— C. IVLIVS . . . . . CORNVTVS TERTVLLVS.

— C. IVLIVS PLANCIVS VARVS CORNVTVS.

— C. LICINIVS CORNVTVS GABINIANVS.

— MANILIVS CORNVTVS.

— L. SERVENIVS CORNVTVS.

1511 Corocotta, latro Hispanus aetate Augusti *Dio 56, 43, 3.* *St.*

1512* C. Cortidius Longus. C. Cortidius C. f. Longus leg. pr. . . . . . (= legatus pr. pr. Africae?) *traditur in t. Curubitano VIII 979 semel haud accurate descripto. Cf. supra A 523.* *Gr.*

1513 Corvilius (*traditur* cervilius, covilius), quattuor Mercurios esse scribit *Lact. Placidus Stat. Theb. 4, 482 = mythogr. lat. 2, 41 = Serv. auct. Aen. 1, 297 (ubi tamen nomen non ponitur), cf. Wissowa RE 4, 1354 sq.* *St.*

1514 **(Corvinius) Aemilianus** procurator Augustorum (Pannoniae inferioris), Q. Corvinio Severiano filio t. sepulcralem posuit *Mursensem III 3281.* *St.*

1515 Corvinius Celer, quaestor rei publicae Oeensium *Apul. apol. 101.* *St.*

1516 Q. Corvinius Severianus, (Corvini) Aemiliani filius *t. Mursenis III 3281.* *St.*

1517 Corvinus, amicus Iuvenalis, qui ad eum scripsit *s. 12 (v. 1. 93).* *St.*

1518 CORVINVS, homo nobilis pauper factus *Iuven. 1, 108. Num certum aliquem e gente Valeria vel Statilia significet poeta, non constat.* *Gr.*

— TAVRVS STATILIVS CORVINVS *sive* T. STATILIVS TAVRVS CORVINVS.

— M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS.

1519 **Q. Corvius Flaccus,** Q. f., epistrategus Thebaidis paulo ante a. 750 = 4, quo ἐπιστρατηγήσας Θηβαΐδος, δικαιοδοτῶν Πηλουσίωι aram dedicavit *tit. rep. loco dicto Mahemdiah Compt. rend. 1905, 608 = IGR 1, 1109, cf. Wilcken P. Arch. 4, 384 sq.* *St.*

1520* M. Corvius Rusticus. *In t. Pompeiano* d. 17 m. Aug. *a. inc. graphio scripto IV 1554 (tab. 15, 1) nomina alterius consulis agnoscere sibi visus est Borghesi* M. Corvio Rufo, *Garrucci* M. Corvio Rustico. *De lectione non constat.* *Gr.*

1521 Corvus, rhetor stupidus, qui cum temptaret scholam Romae (C.) Sosio illi qui Iudaeos subegerat *(anno a. C. 37)* declamavit *Sen. suas. 2, 21.* *St.*

— Coryllus *v.* Scorylo.

1522 COSCONIANVS, curator operum publicorum cum Nigro *a. inc. VI 1472.* *Gr.*

1523 Cosconius, poeta carminum castorum *Martial. 3, 69;* eundem irridet *id. 2, 77. Haud scio an fictus sit.* *St.*

1524 C. COSCONIVS COMMODIANVS, clarissimus puer *VI 4229.* *Gr.*

1525 **M. Cosconius Fronto.** *Tituli Caralitani X 7583 (1). 7584 = D. 1359 (2), Forotraianensis Sardiniae X 7860 (3).* M. Cosconius Fronto *t. 2. 3.* .... Fronto *t. 1,* M. f. *t. 2,* tribu Pollia *t. 1. 2.* Praefectus fabrum a consule adlectus, praefectus cohortis I....., tribunus militum legionis I Italicae, procurator Augustorum ad vectigal vicesimae hereditatium per Pontum et Bithyniam et Pontum mediterraneum et Paphlagoniam, procurator Augustorum ad vectigal vicesimae hereditatium per Asiam Lyciam Phrygiam Galatiam insulas Cyclades, subpraefectus annonae urbis, procurator Augustorum ad vectigal ferrariarum Gallicarum *t. 1. 2;* procurator Augustorum et praefectus provinciae Sardiniae *t. 1—3.* *St.*

1526 COSC(ONIVS) GENTIANVS, legatus consularis Moesiae inferioris sub Septimio Severo *nummi a) Marcianopolitanorum in parte adversa cum capite et inscriptione nominis Septimii Severi, in aversa inscripti 1)* ὑπ(ατεύοντος) Κοσκ. Γεντιανοῦ Μαρκιανοπολιτῶν *Rev. num. 1902, 369, 6. 2)* ὑ. Κ. Γεντιανοῦ *cet. Ant. Münz. Nordgriech. 1, 198 sq., 544—547. 549. 553. 3)* ὑπ. Γεντιανοῦ *cet. Num. Z. 1917, 111. 4)* Μαρκιανοπολειτῶν ὑ. Κ. Γεντιανοῦ *Ant. Münz. l. l. 199 sq., 548. 550—552. b) Nicopolitanorum ad Histrum in adversa caput Severi et inscriptionem nominis exhibentes, in aversa inscripti* ὑπ. Κοσκ. Γεντιανοῦ Νικοπολιτῶν πρὸς Ἴστρ.*(vel similiter) Ant. Münz. 357 sq., 1264—1270. Moesiam inferiorem rexisse videtur sub initium imperii Severi, cum nulli inveniantur nummi eius cum capite Antonini Severi filii (cf. Pick Num. Z. 23, 36, qui statuit nummos Gentiani et Pollieni Auspicis similes esse nummis Caecilii Serviliani sub Commodo cusis); at fortasse legatione functus est usque ad a. 198, si recte in t. Olbiopolitano IGR 1, 854 posito Severo et Antonino imperantibus nomen huius restituit Pick Ant. Münzen 81, 4* διέποντος τὴν ἐπαρχεί[α]ν Κο...... ου. *Cum idem typus obvius sit in nummis nonnullis Gentiani et Pollieni Auspicis (Pick Ant. Münz. 198. 357), Gentianus Auspicem fortasse in legatione excepit.* *Gr.*

1527 Cosconia, uxor Urbici *Martial. 11, 55, 5.* *St.*

1528 COSCONIA GALLITTA, (Cornelii) Lentuli Malug[inensis] *(supra n. 1393)* filia, uxor [L. Seii Strabonis] praefecti Aegypti, patris L. Aeli Seiani *(supra A 255) t. Volsiniensis XI 7285 = D. 8996.* Seianus materno genere clarissimas veteresque et insignes honoribus complexus familias *Vell. 2, 127, 3 matris nomine non posito.* *St.*

1529 P. COSINIVS ....., [legatus] Aug. p[r. pr.] (provinciae Noricae), *memoratur in fragmento Lauriacensi III 15208, 1. Eundem putat Kubitschek Jahrb. f. Kunst- u. hist. Denkm. 4, 1906, 152* P. Cosinium Felicem, legatum Augg. Pannoniae inferioris *(qui sequitur); quod si recte ponitur, statuendum est Cosinium provinciam Noricam praetorium, Pannoniam inferiorem post consulatum rexisse.* *Gr.*

1530 P. COSINIVS FELIX, vir clarissimus, legatus Augustorum pr. pr. (Pannoniae inferioris) Fortunae reduci dedicavit *t. Aquincensem III 3421. Qui si idem est atque* P. Cosinius ..... *is qui praecedit, Pannoniae inferiori praefuerit necesse est legatus consularis post Antoninum Severi filium (cf. Ritterling Arch. Ertesitö 41, 1927, 299).* *Gr.*

1531 COSINIVS MAXI[M]VS, clarissimus vir, *memoratur in t. sepulcrali Cuiculitano* Coseniae Iachenis alumnae *Bull. tr. hist. 1894, 346, 25. Filius ni fallor* C. Cosinii L. f. Arnensis Maximi, *qui memoratur in titulis Cuiculitanis Compt. rend. 1915, 316—321, 1—5 = Ann. ép. 1916, 32—36.* Cosinii fratres Maximus *(pater ut opinor senatoris)* et L. Primus summis honoribus in re publica Cuiculitanorum functi sunt temporibus Antonini Pii *(Compt. rend. ll. ll., praeterea 322, 6; 323, 7), eos origine Carthaginienses fuisse suspicatur Cagnat Compt. rend. l. l. (Primum Carthagine quoque summos honores suscepisse cognoscitur ex t. Compt. rend. 318, 3).* *Gr.*

— Cosinia Gratilla *v. n. 1631.*

— AGILIVS (?) COSMIANVS *v. supra in hoc vol. add. A 457 a.*

1532 Cosmus, servus Augusti *Suet. Aug. 67, 1.* *St.*

1533 Cosmus, unguentarius notissimus *Martial. 1, 87, 2; 3, 55; 9, 26, 2; 11, 8, 9; 18, 9; 49 (50), 6; 12, 65, 4; 14, 59, 2; 110, 1; 146, 1. Iuvenal. 8, 86 cum schol.* Cosmianae ampullae *Martial. 3, 82, 26, cf. 11, 15, 6; 12, 55, 7; cf. Petron. fragm. XVIII* p. 117 Buech.-Her.*[6] *ex Iuvenal. l. l. et Martial. 11, 8, 9 depromptum.* *St.*

1534 **Cosmus,** ὁ κρ[άτι]στος (= vir egregius), ἐπίτροπος (= procurator *sc.* vicesimae hereditatium per Aegyptum) a. 160 *P. Ross. Georg. 2, 26.* *St.*

1535 Cosmus. *Tituli VI 455 (1), Saepinas IX 2438 (2), fistula aquaria XV 7443 = D. 1476 (3).* Augusti libertus, a rationibus *t. 2. 3* Augustorum *t. 1,* a. 168 *t. 1, eodem fere tempore (sc. Bassaeo Rufo et Macrinio Vindice praefectis praetorio, cf. supra B 69) t. 2.* *St.*

1536 Coson, rex (Dacorum). *Nummi aurei permulti in Dacia rep. commatis simillimi denariorum a Bruto a. 43 vel 42 percussorum, inscripti* Κόσων βα(σιλεύς) *Grueber Coins 2, 474 sq. Quos nummos Bruto tributos M. Bahrfeldt Berl. Münzbl. 1912, 251—255. 323—326. 360—369; Goldmünzenpräg. (1923) 68 sq. 66 a monogrammate* βα. *enucleato recte ad regem quendam Dacorum rettulit, immerito tamen hunc eundem putat atque*

Cotisonem. At Getarum rex, cui Caesarem *(qui postea Augustus)* Iuliam filiam *(natam a. 39 ante C., collocatam postea Claudio Marcello a. 25)* despondisse M. Antonius *(in epistulis a. 32 scriptis)* contendit, quo tempore Caesar sibi quoque in vicem filiam regis in matrimonium petisset *(id quod nullo modo credi potest) Suet. Aug. 63, 2, non est Cotiso (infra n. 1544) sed Coson hic de quo agimus. Etenim libri optimi praebent* cosoni *vel* cosini, *pars codicum recentiorum* Cotisoni, *cf. v. Premerstein Jahresh. 29, 66 sq.* *St.*

1537 Cossin[ius ....], maritus [A]eliae Marcianae, quae nominatur inter matronas equestres adstantes ludis saecularibus a. 204 *Not. d. sc. 1931, 341 sqq., v. 29 = Hülsen Rh. Mus. 1932, 389.* *St.*

1538 Cossinus, eques Romanus amicitia Neronis principis notus, quem ob valetudinem vocatus a Caesare Aegypto medicus interemit *Plin. n. h. 29, 93. Idem fortasse ut monet Bang ap. Friedländer SG 4[10], 66* M. Ofasius Firmus Marus Cornelius Mari f. Clustumina Cossinus, praefectus fabrum, tribunus militum legionis XIIII geminae victricis, duovir et patronus coloniae *t. Veliternus X 6555 = D. 3697;* Mari Corneli Cossini [f. (?)] *fistula plumbea urbana XV 7490.* *St.*

1539 **Cossi[ti]anus Firmus,** vir egregius, procurator Augustorum (Philipporum, *a. 244—249,* ferrariarum Dalmatarum) *III 13240.* *St.*

1540 L. COSSO[NIVS] ....., III vir aere [argento auro flando feriundo], pont[ifex], ... *IX 1122 t. Aeclanensis mutilus. Ex eadem domo sine dubio atque* L. Cossonius Eggius Marullus cos. a. 184. *Gr.*

— L. COSSONIVS EGGIVS MARVLLVS, cos. a. 184, *v. infra in Eggiis.*

1541 L. COSSONIVS GALLVS, legatus Aug. pr. pr. (Galatiae), *memoratur in t. Iconiensi* Clodiae [I]a[tr?]inae *(vel potius* [P]a[tru]inae *cf. supra n. 1193)* uxoris *Journ. Rom. St. 16, 214. Eundem putat Ramsay l. l.* ... nium L. f. Stellatina Gallum Vecilium Crispinum Mansuanium Marcellinum Numisium Sabinum, legatum Galatiae, *cuius honores recenset t. Antiochensis Pisidiae III 6813 = D. 1038, sed monet E. Stein ap. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 133 supplementum quod est* [L. Cosso]nio *spatio parum respondere, cui magis conveniat* [L. An]nio. *V. infra* Gallus. *Gr.*

— C. PASSIENIVS COSSONIVS SCIPIO ORFITVS *v. infra in Passienis.*

1542 COSSVS *ut nomen nobile ponitur Iuvenal. 3, 184; 8, 21. Nomen fictum ib. 10, 202.* *Gr.*

— Claudius Cossus.

1543 COSSVTIANVS CAPITO a. 47 in senatu *Tac. a. 11, 6 cf. 7.* Legatus Ciliciae; a. 57 repetundarum accusatus et damnatus *ib. 13, 33; 16, 21; verba quaedam accusatoris affert Quintilian. 6, 1, 14 cf. Iuvenal. 8, 92—94* 'quam fulmine iusto et Capito et Numitor ruerint damnante senatu

piratae Cilicum' *(cf. schol.).* Gener (Ofonii) Tigellini *Tac. 14, 48; 16, 17,* cuius precibus senatorium ordinem recepit *ib. 14, 48.* A. 62 Antistium Sosianum maiestatis accusavit *ib.*, a. 66 Paetum Thraseam *ib. 16, 21. 22. 26. 28. 33;* quinquagies sestertium ei decernitur *ib. 33.*
Gr.

— PEDANIVS COSTA.

—* COSTVNIVS RVFINVS *v. infra* L. Cuspius Pactumeius Rufinus *n. 1637.*

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA? PROCILLA . . . LVCVLLA.

1544 Cotiso, rex Dacorum *Flor. 2, 28.* 'Occidit Daci Cotisonis agmen' *Hor. c. 3, 8, 18 (scriptum in kal. Martias anni incerti, cf. Kappelmacher Wien. St. 43, 48 sq., fortasse a. 29 vel 28 a. C., ut victus sit Cotiso a M. Licinio Crasso cos. a. 724 = 30, cf. Dio 51, 22, 8; 23, 2. I² p. 50 act. triumph. Capitol., p. 77 tab. triumph. Barb.* 'ex Thraecia et Geteis'). *Distinguendum ab hoc* Getarum regem, *cuius nomen Suet. Aug. 63, 2 vulgo editur* Cotiso, *qui re vera idem est atque Coson (supra n. 1536), monuit v. Premerstein Jahresh. 29, 66 sq.* *St.*

1545 Cotta, eques Romanus, quem Narcissus Claudio imperante duci iussit *Sen. apocol. 13, 4.* *St.*

1546 Cotta, quem impudicum annos agentem sexaginta duo perstringit *Martial. 6, 70.* *St.*

1547 Cotta *nescio quis VI 1395 fragmentum t. urbani.* *Gr.*

— Cotta *Mart. 10, 64, 6; v. supra A 1486.*

— AVRELIVS COTTA.

— M. AVRELIVS COTTA.

— M. AVRELIVS COTTA MAXIMVS MESSALINVS.

1548 A. COTTIVS, proconsul Hispaniae *(scil.* ulterioris), maritus Pacullae, pater A. Cotti et Cottiae Gallae, quae testamento posuit parentibus, fratri, Memmiae Gallae aviae *t. sepulcralem VI 1396 cf. 31644 = D. 8343. Fuit ineunte principatus aetate.* *Gr.*

1549 A. COTTIVS, A. Cotti et Pacullae filius, Cottiae Gallae frater, quaestor, aedilis plebi *VI 1396 cf. 31644 = D. 8343 t. sepulcralis.* *Gr.*

— M. Iulius Cottius.

— (VESTRICIVS) COTTIVS.

1550 COTTIA, Vestricii Spurinnae uxor, (Vestricii) Cottii mater. Ad coniuges Plinius scripsit *epist. 3, 10;* 'uxor singularis exempli' *ib. 3, 1, 5. Huius fortasse ancillae* Thelxis Cottia(e) Chelys Cottiae sorores cantrices *VI 37783 = D. 9347.* *Gr.*

1551 COTTIA GALLA, A. Cotti et Pacullae filia, A. Cotti soror *VI 1396 cf. 31644 = D. 8343; cf. n. 1548.* *Gr.*

1552 Cotys, rex (Thraciae), regis Rhescuporidis filius *t. Bizye* ei dedicatus quasi numini a Romanis ibi degentibus ('Ρωμαῖοι οἱ πρώτως κατακληθέν-

τες εἰς [ἀρ]χὴν τὸν ἑατῶν θεόν) *Annual Brit. school Athens 12, 178, melius Kalinka Jahresh. 23 B. 119 sq. Rhescuporim patrem fratrem Rhasci e gente Sapaeorum fuisse ex App. b. c. 4, 87 apparet, quorum reguli partem tantum Thraciae tenebant, diversi a vetere Thracum regia stirpe Odrysarum. Cui stirpi hic de quo agimus se coniunxit, cum filiam collocaret Cotyi Sadalae filio (ei qui sequitur). Unde explicandum puto et Cotyi huic Sapaeo et genero eius regi Odrysarum in eadem sede titulos positos esse. Idem sine dubio* rex Cotys, regis Rhescuporidis filius, publice honoratus ab Atheniensibus *IG 3, 553 = 2/3², 3443, ad eundemque pertinent nummi inscripti* βασιλεὺς Κότυς βασιλέως Ῥαισκουπόρεως *Br. Mus. Thracia 209. Beschr. d. ant. Münzen (Berlin) 1, 335, cf. Dessau Eph. ep. 9 p. 701, 1.* Filii Rhoemetalces et Rhascuporis; huius filius Rhoemetalces Thracum dynastes nuncupatur nepos regis Cotyis *t. Bizyensis Annual l. l. 175 et fragmentum Apolloniae (Sozopoli) rep. Kalinka Antike Denkm. in Bulgarien (1906), 143, 157 = IGR 1, 1503. Rex nondum fuit anno a. C. 42, quo etiamtum pater eius regnabat, non iam anno 19 vel 18 a. C., quo Rhoemetalces filius a M. Lollio contra Bessos adiutus est. Vix huius* Cotyis *nempe regio nomine carentis* filius Rhoemetalces rex Thracum *honoratus publice t. Bizyensi Bull. hell. 8, 52, 7 = Dumont-Homolle Mél. d'arch. 445, 110* [b7].

Cf. in universum Dessau Eph. ep. 9 p. 696—705, qui quomodo diversi reges Thracici cognomines inter se distinguendi sint luculenter demonstravit stemmate apposito p. 704. St.

1553 Cotys, rex (Thraciae), *parentibus posuit tit. Bizye Mommsen Ges. Schr. 8, 299 = IGR 1, 775 = Jahresh. 23 B. 119 sq.*

Regis Sadalae et reginae Polemocratiae filius *t.* Sadalam anno a. C. 42 sine liberis morientem Romanis regnum reliquisse *refert Dio 47, 25, 1; contra* Polemocratiam uxorem reguli cuiusdam Thracici occiso marito ab hostibus cum parvulo filio et thesauris regiis ad Brutum confugisse, qui puerulum Cyzicenis educandum tradiderit, donec adultus in regnum paternum reduci posset, *narrat Appian. b. c. 4, 75, 319. 320. Dionem igitur, cui Sadala* ἄπαις *decessit, erravisse apparet, nam Sadalam mortuum a. 42 eundem esse ac maritum Polemocratiae et patrem Cotyis quis est qui dubitet? Cotyn postea, fortasse post pugnam Actiacam, in regnum avitum restitutum esse testis est t. Bizye in sede regia positus. Eo fortasse iam regnante M. Licinius Crassus Bessis devictis agri eorum partem Odrysis attribuit anno a. C. 29 Dio 51, 25.* Cotyis liberorum θείῳ et tutori Rhoemetalcae M. Lollius anno a. C. 19 *vel* 18 auxilium tulit contra Bessos *Dio 54, 20, 3, unde colligitur hunc Cotyn regem Odrysarum ante id tempus defunctum esse. Rhoemetalcen autem non patruum sed avunculum Cotyis liberorum esse probavit Dessau Eph. ep. 9 p. 699, uxorem igitur fuisse Rhoemetalcae et Rhescuporidis sororem, filiam regis Cotyis*

Sapaei qui praecedit ib. 702. Liberorum quos Cotys nondum adultos reliquit alter est Rhescuporis rex occisus anno ante C. 11 *Dio 54, 34, 5, alterius nomen ignotum.* *St.*

1554 Cotys, rex Thraciae. *Tituli: memoratur in decretis Cyzicenorum Ditt. Syll.³ 798 (= IGR 4, 145) v. 6 (1). 799 (= IGR 4, 146) v. 12 (2), cf. A. Wilhelm in Anatol. Stud. Ramsay (1923), 427 sqq., in dedicatione uxoris Cyzici Journ. Hell. St. 22, 126. 127. 129 (cf. 23, 91) = IGR 4, 147 (3), in t. Callatino Dacia 1 (1924), 139 (cum imagine) = Rev. arch. 21 (1925), 265 sq. Haussoullier ib. 22, 64 sq. (4), cf. P(ârvan) Dacia 1, 363—367. (Hunc titulum sane antiquiorem iudicat Dessau [in schedis]).*

Sapaeus *Strabo 12, 556.* Filius Rhoemetalcae regis totius Thraciae, quo defuncto Augustus partem Thraecum filio Cotyi permisit, arva et urbes et vicina Graecis *Tac. a. 2, 64, id quod confirmatur titulo 4.* Rex *t. 2. 4.* Regnum adeptus erat, cum Ovidius ad eum scriberet epistulam *ex Ponto 2, 9 (anno fere 12 p. C.)*, qua opem et auxilium sibi profugo imploraret. Ἐπὶ βασιλέος Κότυος *t. 4, ubi utrum appellatio regis an sacerdotis cuiusdam intellegenda sit incertum.* A Rhescuporide patruo cum antea tum Augusto defuncto fines eius invadente, cum Tiberius pacem et concordiam suaderet, dolo captus et occisus est (paulo ante annum 19 p. C.) *Tac. a. 2, 64—66; 3, 38. Vell. 2, 129, 1. Strabo l. l.*

Uxorem duxit filiam Polemonis (I) regis (Ponti et Bospori) et Pythodoridis *Strabo l. l.*, Antoniam Tryphaenam *t. 1—3*, quae Rhescuporim in senatu accusavit *Tac. a. 2, 67, cf. Vell. l. l. Suet. Tib. 37, 4.* Filii *(cf. Tac. a. 4, 5. Strabo l. l.)* Rhoemetalces, Polemo, Cotys *(is qui sequitur)*, filia Pythodoris iunior, *cf. Dessau Eph. ep. 9 p. 694 sq.* Ingenium eius mite et amoenum *Tac. a. 2, 64;* 'iuvenum mitissime' *Ovid. ex P. 2, 9, 5, cf. v. 50.* Ut poeta laudatur *ib. v. 51 sqq. Haud scio an* ad hunc Cotyn dederit Antipater (Thessalonicensis) epigramma *anth. Plan. 4 (16), 75. Fortasse idem* Cotys archon Atheniensis *IG 2², 1070, cf. Graindor Athènes de Tibère a Trajan 154 sq. (aliter iudicarat idem Chronol. des archontes Ath., Mém. de l'acad. Belg. 8, 1922, 53 sq.) idemque* Cotys, cuius porticus (στοὰ καλουμένη Κότυος) in templo Aesculapii Epidaurii ab (Sex. Iulio Maiore) Antonino (Pythodoro) restituta est *Pausan. 2, 27, 6; is sane stirpem suam maternam a Pythodoride matre Antoniae Tryphaenae et a Pythodoride iuniore filia Cotyis repetisse putandus est, cf. Hiller de Gaertringen IG 4² p. XXXIV.* *St.*

1555 Cotys, rex Armeniae minoris. *Memoratur in decreto Cyzicenorum Ditt. Syll.³ 798 (1) et in dedicatione matris Cyzici IGR 4, 147 (2), vide in eo qui praecedit.*

Filius tertius Cotyis regis *(qui praecedit)* et Antoniae Tryphaenae, frater Rhoemetalcae et Polemonis *t. 1. 2.* Gaius imperium adeptus hos tres fratres, qui cum eo educati erant *(t. 1)*, in regna avita restituit

t. 1. 2; et Cotys quidem Armeniam minorem (quae avo eius materno Polemoni quondam paruerat *Dio 49, 33, 2; 44, 3) circa a. 38* accepit addita postea parte Arabiae *Dio 59, 12, 2. Ex t. 2 videtur colligi posse eum non eodem tempore quo fratres sed paulo post regem appellatum esse.*

Cotys rex Armeniae minoris Tiberiadem ad regem Iudaeae Agrippam *(a. 41—44)* venit *Ios. ant. 19, 338.* Anno 47 cum Mithridates in Armeniam restitueretur, paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniae Cotys versis illuc quibusdam procerum, dein litteris imperatoris Claudii coercitus est *Tac. a. 11, 9.* *St.*

1556 Cotys rex Bosporanorum. *Tituli Panticapaeenses a) Neroni ut videtur (sed nomen periit) ab eo positus, Latyschev Inscr. Pont. Eux. 2, 32 (1), b)* eum praedicans ob fontem institutum *ib. 37 (2). Nummi Br. M. Pont. cet. 52 sqq. Koehne Mus. Kotschoubey 2, 218 sqq.*

Aspurgi regis Bosporani (et Gepaepyris *ut videtur, cf. Rostovtzeff Journ. Hell. St. 39, 106 sq.)* filius *nummi (cf. supra A 1265). t. 1. 2,* frater Mithridatis Bosporani *Tac. a. 12, 18,* qui novarum rerum cupidus eum ad imperatorem Claudium misit, sed Cotys cum consilia fratris imperatori detexisset, a Claudio in locum fratris rex constitutus est *Petr. Patr. exc. de leg. 2, 390, 2 (= Dio exc. 60, 28, 7), qui sane de Mithridate Ibero rem narrat confundens eum cum Bosporano, cf. Mommsen RG 5, 379 sq., 2.* (Mithridatis) frater Cotys, proditor olim, deinde hostis *Tac. l. l.*

Nummi regis Cotyis incipiunt ab anno epochae Bosporanae 342 (βμτ′) *= 45/6.* Postquam (A.) Didius (Gallus), qui eum iuventa rudem Mithridate expulso in regnum duxerat, abiit, Mithridates a. 49 frustra Bosporum recuperare conatus est *Tac. a. 12, 15—18, cf. 63. Cotyn etiam Nerone principe regnasse testes sunt praeter t. 1 (modo nomen imperatoris recte suppletum sit), ubi nuncupatur* [φιλοκαῖσαρ καὶ φιλορώ]μαιος, εὐσεβής, ἀρχιε[ρεὺς τῶν Σεβαστῶν διὰ βίου], *nummi monogrammate eius signati Neronis nomen et caput exhibentes et annos indicantes usque ad 357* (ζντ′) *= 60/1, cum anno 62/3 non iam eius monogramma compareat, unde fortasse concludendum est regno Pontico in provinciae formam redacto (a. 63) regiam potestatem eius quoque imminutam esse (cf. Sallet Z. f. Num. 4, 305); sed regnasse videtur etiam post id tempus, nam nummi cum monogrammate eius innotuerunt Neronis et Poppaeae Sabinae Augustae (a. 62—65) Br. M. 53, 9, atque adeo rursus a. 69* (εξτ′ *= 365) in statere aliquo aureo (Sallet l. l.), qui sane num vere eius sit nescio.*

Uxor Eun[ice?], filius Ti. Iulius Rhescuporis *t.* positus a civitate Gorgippia *Bull. de la Comm. imp. arch. (ross.) 37, 70, 7, supplementa valde incerta. Contra in nummo ap. Lemmé Catal. (1872) 34, 221 nomen uxoris per monogramma inscriptum incipit* HP. *St.*

1557 Cotys, Θραχάρχης (= ἄρχων *vel* ἀρχιερεὺς τοῦ τῶν Θρᾳκῶν κοινοῦ) *t. Serdi-*

censis Kalinka Antike Denkm. in Bulgarien (1906) 75, 83 = IGR I 1451. Num [βασι]λ(εύς) *supplendum sit omnino incertum; idem sine dubio* Κότυς Θραχάρχης (*traditur* Κότωος) *t. prope Mesambriam rep. Ath. Mitt. 20, 495.* *St.*

— Ti. Iulius Cotys.

1558 L. Crassicius Pansa, Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasicles, mox Pansam se transnominavit, initio circa scenam versatus est, deinde in pergula docuit, donec commentario (C. Helvi Cinnae) Zmyrnae edito inclaruit. Cum doceret iam multos ac nobiles, in his Iullum Antonium, triumviri filium, ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola transiit ad Q. Sexti philosophi sectam *Suet. de gramm. 18. Idem videtur* Crassicius, e sodalibus M. Antonii *Cic. Phil. 13, 2, 3. Multa praeterea de eo adfert Tolkiehn BphW 1911, 412—415.* *St.*

1559 Crassus. 'Ut nostra hic memoria Crassus lucem fugitabat' *Fronto de eloquentia ad Antoninum 3, 6 p. 151 N. = 2, 76 Haines. De homine non constat.* *Gr.*

1560 **Crassus,** ὁ κράτιστος [ἐπιστράτηγ]ος *(cf. v. 21)* (Heptanomiae) quo tempore M. Sempronius Liberalis Aegypto praefuit *(a. 154—159) P. Teb. 2, 287 (= Wilcken Chrest. 251) v. 6 sq. 12.* *St.*

— C. CALPVRNIVS CRASSVS FRVGI LICINIANVS.

— C. CALPVRNIVS PISO CRASSVS FRVGI LICINIANVS.

— Galerius Crassus.

— IVLIVS CRASSVS.

— Iunius Crassus.

— M. LICINIVS CRASSVS.

— P. LICINIVS CRASSVS.

— L. Lic(inius) Crassus Damasippus.

— M. LICINIVS CRASSVS FRVGI.

— (LICINIVS) CRASSVS SCRIBONIANVS.

— C. [L]VCCIVS CRASSVS.

— (Marcius) Crassus.

— L. OCTAVIVS CRASSVS.

— P. VALERIVS CRASSVS.

1561 Craterus, unus e statuariis, qui Palatinas domos Caesarum replevere probatissimis signis *Plin. n. h. 36, 38.* *St.*

1562 Craterus, medicus celeberrimus *Hor. s. 2, 3, 161. Pers. 3, 65,* Augusti temporibus *schol. utriusque.* A. 45 medicus Atticae, T. Pomponi Attici filiae *Cic. ad Att. 12, 13, 1; 14, 4. Idem potest esse* Craterus medicus *Porphyr. de abstin. 1, 17 et* Craterus *(traditur* Καρτερός) *Galen. 13, 80. 96; 14, 147.* *St.*

1563 Craterus, Monocerotis cognomine, quem recens fama erat in Erizena regione Asiae corvorum opera venatum esse *Plin. n. h. 10, 124.* *St.*

— POMP(ONIA) CRA[T]ID[IA] *v.* Pomp(onia) Gra[t]id[ia].

— C. Iulius Cratinus.

1564 Craton, rhetor Asianus, a Caesare (Augusto) donatus et commendatus Passieno, saepe solebat apud Caesarem cum Timagene confligere *Sen. controv. 10, 5, 21. 22.* *St.*

— CREMENTIVS, *signum* L. Calpurni Fidi Aemiliani *(supra n. 264).*

— M. PETRONIVS CREMVTIVS.

1565 A. Cremutius Cordus *(tria nomina Sen. ad Marciam 1, 2)*, rerum scriptor, cui irascebatur Seianus ob liberius quaedam dicta *Sen. l. l. 22, 4. Dio-Xiph. 57, 24, 2.* A. 25 maiestatis postulatus a Satrio Secundo et Pinario Natta Seiani clientibus in senatu *(eum senatorem fuisse id inde non efficitur, quamvis veri sit simile)* accusatus est, quod editis annalibus laudatoque M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset *Tac. a. 4, 34 (videtur Bruti sententiam laudavisse C. Cassium ultimum fuisse Romanorum, cf. Plut. Brut. 44. App. b. c. 4, 114, 476*; Brutum Cassiumque ultimos Romanorum dixit *Suet. Tib. 61, 3 nomine misso). Dio l. l. 24, 2. 3;* incorrupta fides auctori suo imputata *Sen. 1, 3;* Seianus eum Satrio Secundo congiarium dedit *ib. 22, 4.* Vitam abstinentia finivit *Tac. a. 4, 35. Sen. 26, 3 (cf. 1, 2). Dio 24, 2. 4,* propemodum senex *Dio 24, 2.* Libros eius per aediles, in provinciis per praesides cremandos esse senatus decrevit *Tac. a. 4, 35. Dio 24, 4. Sen. 1, 3. 4. Suet. l. l.; Cal. 16, 1.* Sed servati sunt occultati cum per alios tum per Marciam filiam et rursus editi *Sen. 1, 3. Dio l. l. 24, 4.. Tac. a. 4, 35,* imperante Gaio *Suet. Cal. 16, 1.*

Scripsit annales inde a morte Caesaris, civilia bella deflevit, proscribentes in aeternum ipse proscripsit *Sen. 26, 1,* res gestas Augusti qui ipse eas legit *Dio 24, 3;* Augusto audiente recitata sunt scripta *Suet. Tib. 61, 3.* Verba eius de morte Ciceronis afferuntur *Sen. suas. 6, 19. 23,* de lectione senatus anni a. C. 18 *Suet. Aug. 35, 2;* unius saeculi facta composuit *Sen. 26, 5.* Auctor Plinii *n. h. ind. l. 7. 10. 16,* laudatur *ib. 10, 74; 16, 108. Nomen eius Quintil. 10, 1, 104 loco corrupto Nipperdey reposuit, quem secutus est editor novissimus Radermacher. Testimonia diligenter examinavit Columba Atene e Roma 4, 361—382.* *St.*

1566 Cremutius Ruso, amicus Plinii, qui ut secum agat causam a Triario petit *epist. 6, 23.* Eidem Rusoni dedit *epist. 9, 19.* *St.*

— Q. CAECILIVS CREP .... SALV ....

— Q. CAECILIVS RVFINVS CREPEREIANVS.

— M. CAECILIVS FVSCIANVS CREP[E]REIANVS F[L]OR[I]ANVS.

1567 (....**Crepereius**....), praefectus cohortis *alicuius* Britannicae, tribunus legionis XV Apollinaris, praefectus alae primae Dardanorum, praefectus gentis Drom ...., γένους συνκλητικοῦ (affinis *vel* pater senatorum), amicus et procurator (ἐπ[ίτρο]πον) Augustorum, pater L. Creperei

Frontonis *t. Attalensis Lanckoroński Städte Pamphyliens u. Pisidiens 1, 158, 9 = IGR 3, 777, recognoverunt Keil et Bauer, qui praenomen filii* Λ *(non* T) *legerunt (in schedis Inst. archaeol. Austr.).* Gymnasiarcha (in patria) *ib.* *St.*

1568 Crepereius Calpurnianus, Pompeiopolitanus, scripsit de bello Parthico imperatoris Veri Thucydidem imitando *Lucian. quom. hist. conscr. 15, 21.* *St.*

1569 L. Crepereius Fronto, filius amici et procuratoris Augustorum, *ipse fortasse ordinis senatorii, t. graecus Attalensis (v. supra n. 1567). Diversus videtur* L. Crepereius Fronto agonotheta perpetuus Oenoandis *Bull. hell. 24, 342, 6; 343, 7.* *St.*

1570 Crepereius Gallus, familiaris Agrippinae, anno 59 cum caedes Augustae patranda esset, exanimatus est *Tac. a. 14, 5.* *St.*

1571 **L. Crepereius Paulus,** L. f., Sergia, praefectus cohortis primae *(nescio cuius)*, tribunus legionis II adiutricis, praefectus alae I Canenefatium, procurator Augusti argentariarum Pannonicarum *t. latinus graecus bilinguis Attalensis Monum. ant. 23, 18. Idem mihi videtur* Κ[ρε]πepήειος [Πα]ῦλος, ὁ [κράτισ]τος πρὸ[ς τῶι ἰ]δίω[ι] λόγ[ωι] *Wessely Stud. Pal. 22, 99. Parentela sine dubio coniunctus cum L. Crepereio Frontone (n. 1569).* *St.*

1572 Crepereius Pollio, homo prodigus, qui rem familiarem et censum equestrem perdidit, quare frustra pecuniam mutuam accipere studet *Iuvenal. 9, 6 sq.; 11, 43.* *St.*

1573 L. CREPEREIVS PROC(V)LVS (Λ. Κρεπερειου Προκλου *unum ex apographis,* Λ. Κρεπελλιον *vel* Λ. Κρεπερλιον *alia)*, consul *(suffectus a. inc.)*, proconsul *(provinciae nescio cuius) IG 14, 744 = IGR 1, 439 t. Neapolitanus,* quem ei posuerunt Ἀρτεμίσιοι φρήτορες. *Gr.*

1574 L. CREPEREIVS ROGATVS *signo* SECVNDINVS, honoratus *t. VI 1397 = D. 1203 (1), memoratur in t.* uxoris *VI 1398 = D. 1204 (2), in fragmento laterculi senatorum item urbano Not. d. sc. 1917, 22 (3).* — Secundinus (Secundini *casu gen. t.)* L. Crepereius Rogatus *t. 1;* Crepereius Rogatus *t. 2;* Crepereius Ro . . . . . *t. 3.* — C(larissimus) *(vel* consularis) vir *t. 1. 2.* Pontifex dei Solis, septemvir *(sc.* epulonum) et insignis lupercus *t. 1.* Maritus L. Baebiae Sallustiae Crescentillae *t. 2. Floruit ut opinor saec. IIII ineunte cf. Wien. Stud. 45, 102 sq.* *Gr.*

1575 CREPERE[IA] . . . . . *memoratur inter* matronas *ordinis senatorii,* quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt *VI 32329 v. 16.* *Gr.*

— Iulius Crepontianus.

1576 Crescens, Neronis libertus, a. 69 Karthagine epulum plebi ob laetitiam recentis imperii Othonis dedit *Tac. h. 1, 76. Incertum num idem sit* Crescens, Augusti libertus a rationibus *VI 8414, Flaviorum aetate positus. Huius vel alterius utrius servus postea Augusti VI 8475 = D. 1542.* *St.*

1577 ... pronius Cresce[n]s, qui nominatur in testamento Dasumii a. 108 *VI 10229, 21, videtur ordinis senatorii fuisse.* *St.*

— M. Aemilius Crescens.

— M. ANTIVS CRESCENS CALPVRNIANVS.

— Atilius Crescens.

— M. Aurelius Crescens.

— **P. Bassilius Crescens.**

— **Sex. Caecilius Crescens Volusianus.**

— Q. COMIVS ARMIGER CRESCENS.

— IVLIVS CRESCENS.

— **C. Iulius Crescens.**

— C. Iulius Crescens Didius Crescentianus.

— SATTIVS CRESCENS.

— C. MEVIVS SILIVS CRESCENS FORTVNATIANVS.

— Tarquitius Crescens.

— VAL(ERIVS) CRESCENS FVLV[I]ANVS.

— Aurelia Cre[s]centia.

— Q. AIACIVS MODESTVS CRESCENTIANVS.

— C. Iulius Crescens Didius Crescentianus.

— L. BAEBIA SALLVSTIA CRESCENTILLA.

— **Magnius Felix Crescentillianus.**

— CANNVTIA CRESCENTINA.

1578 Creticus, homo nobilis *Iuvenal. 8, 38.* Causidicus *ib. 2, 67. 78 (cf. schol.* 'hoc nomine vel quemlibet nobilem significat vel Iulium Creticum, qui sub Caesaribus inlustres causas egit'). *Gr.*

— [Q.? C]AECILIVS M[ETELLVS CRETICVS?].

— [Q. CAECILIVS METELLVS CR]ETICVS IVNIVS SILA[NVS].

— Q. CAECILIVS METELLVS CRETICVS SILANVS.

— Iulius Creticus.

1579 Cretonius, qui aedificando villas sumptuosas rem familiarem imminuit *Iuvenal. 14, 86—94;* reliquam partem filius amens eodem modo consumpsit *ib. v. 94 sq.* *St.*

1580 Crinagoras, poeta, *memoratur in t. Mytilenaeo IG 12, 2, 35 (= IGR 4, 33) col. a 3. b 16, quem primum edidit Cichorius, Rom und Mytilene 12. 43; S. Ber. Ak. Berl. 1889, 955 sqq., dein fragmentis novis repertis Mommsen ib. 1895, 887 sq. (col. b ex parte tantum Ditt. Syll.³ 764).*

Mytilenaeus, aetate Strabonis *13, 617*, poeta nobilissimus, cuius epigrammata in anth. Pal. tradita *collegit M. Rubensohn, 1888;* Mytilenaeus *in lemmate anth. Pal. 6, 227 = 4 R.* Callippi filius *tit.* Fuit inter legatos Mytilenaeorum ad Caesarem dictatorem *a. 48 vel 47 (aliter iudicaverant Mommsen et Cichorius S. Ber. Berl. 1889 l. l. et 973 sqq., quem etiam Röm. St. 306—323 temporis definitionem titulo* [*col. a*] *accuratius lecto*

reiectam a Mommseno l. l. 1895, 896 retinere mireris), item inter legatos ad eundem a. 45 Romam missos *tit. Ad hoc iter pertinere anth. Pal. 7, 628 = 18 R., quo Crinagoras Dientem eundem qui tit. col. b 15 inter legatos Mytilenaeorum nominatur servum puerum Erotem perdidisse narrat, bene vidit Cichorius Rom u. Mytilene 53 sq. Anno 30 vel paulo post* scripsit de Philostrato philosopho *anth. Pal. 7, 645 = 23 R.* A. 25 in Marcellum *(v. supra n. 925)* ex Hispania reversum scripsit *anth. Pal. 6, 161 = 11 R.*, cui *(antea sine dubio)* tamquam discipulo Hecalen Callimachi miserat *anth. Pal. 9, 545 = 41 R. = Geffcken Griech. Epigr. 347.*

In puerperium Antoniae *(v. supra A 885)* Octaviae filiae matre viva *(intra annos igitur 15 et 11) ib. 6, 244 = 8 R. = Geffcken l. l. 343*, eidem Anacreontis carmina donum dedit *9, 239 = 29, ad eandem fortasse 6, 345 = 12. Haud scio an scripserit in coniugium Cleopatrae Selenae (supra n. 1148) et Iubae 9, 235 = 28.* In res a (Tiberio) Nerone (qui postea imperator Tiberius) in Armenia *(anno a. C. 20)* et in Germania *(anno a. C. 15, cf. Cichorius Röm. St. 313 sq., certe propter nomen ante a. 4 p. C., quo Tiberius ab Augusto adoptatus est)* gestas *anth. Plan. 4 (16), 61 = 49 R. Ad* (C. Sallustium) Crispum *amicum Augusti, Sallustii historici sororis nepotem filiumque adoptivum, haud dubie spectat anth. Plan. 4 (16), 40 = 48 R.* Post longum temporis spatium rursus in Italiam navigavit *anth. Pal. 9, 559 = 43 R. Ad cladem Lollianam (anno 17 vel 16 a. C.) referenda videntur epigrammata 7, 741 (= Geffcken l. l. 341); 9, 291 = 24. 33 R., cf. Norden S. Ber. Berl. 1917, 668 sqq. Cichorius Röm. St. 309—313, cum 9, 283 = 31 R., de quo antea viri docti diversissimas opiniones protulerant, non eius sed (Lolli) Bassi esse Cichorius l. l. 307—309 probare studuerit. Augustum praeterea celebrat 9, 419 = R. 34.*

Parthenius librum quendam eius nomine inscripsit *etym. magn. s.* ἄρπυς. Nominatur inter poetas in Philippi Thessalonicensis corona *anth. Pal. 4, 2, 7 sq.* Frater Euclides *ib. 6, 242 = 7 R. Adfinis fortasse* Phaenias filius Phaeniae, nepos Callippi, legatus Mytilenaeorum *tit. col. b 14.* *St.*

— VLPIVS CRINITVS.

— M. VLPIVS CRINITVS(?) TRAIANVS *v.* M. Ulpius Traianus.

1581 [CRI]SPINA, M. Iunii Silani *(consulis a. 25 a. C.?, cf. Münzer RE 10, 1096)* uxor, una cum marito honoratur publice a Thespiensibus *IG 7, 1851. 1852. Pertinuit fortasse ad gentem Quinctiam.* *Gr.*

1582 ..... CRISPINA, clarissima femina, cui L. Arriu[s] .... et C. Gerulonius Ian .... posuerunt *t. VI 31707.* *Gr.*

— ASINIA CRISPINA.

— BRVTTIA CRISPINA = CRISPINA AVGVSTA.

— (CAEPIA) CRISPINA.

— [VAL?]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA.

— LVCIA LORENIA CORNELIA CRISPINA *v. infra in Loreniis.*

— NOVIA CRISPINA.

— Mani[l]i[a] Septimia Crispina.

— (VINIA) CRISPINA.

1583 .... LIA CRISPINA ARRIAN[A] *inter* puellas *ordinis senatorii*, quae ludis saecularibus a. 204 carmen cecinerunt *acta lud. saec. Not. d. sc. 1931, 345 (tab. 10) v. 88 = Huelsen Rh. Mus. 1932, 394. Stemma, quod vol. 1 p. 214 exhibetur, corrigendum est; cf. vol. 1 p. XV add. A 1089.* *Gr.*

— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS VIBIVS VERVS CASSIANVS.

— CAEDICIA LVC ... CRISPINILLA(?).

— CALVIA CRISPINILLA.

— MARCIA CRISP[INILL]A.

1584 C. Crispinius Hilarus, ex ingenua plebe Faesulana anno a. C. 5 cum ingenti progenie in Capitolio immolavit *Plin. n. h. 7, 60.* *St.*

1585 Crispinus, centurio in exercitu Germaniae inferioris, qui sanguine Fontei Capitonis se cruentaverat, a. 69 militibus a Vitellio obiectus est *Tac. h. 1, 58.* *St.*

1586 Crispinus, Aegyptius ex infima plebe ('pars Niliacae plebis', 'verna Canopi' *Iuvenal. 1, 26;* 'succinctus patria quondam ... papyro' *id. 4, 24;* 'tua Memphis' *Martial. 7, 99, 2)*, servus *ut videtur (Iuvenal. 4, 25 sq.)*, quem acerbe irridet Iuvenalis *1, 26—30.* Vehementer in eum invehitur *Iuvenal. 4, 1—33.* 'Magna qui voce solebat vendere municipes fracta de merce siluros' *id. 4, 32 sq.*, 'scurra Palati, iam princeps equitum' *4, 31 sq.; hariolatur scholiasta 4, 1. 24. 32; [1, 26]. Praefectum praetorio eum fuisse putant viri docti.* Adest consilio Domitiani de mullo *4, 108.* Ad eum scripsit Martialis *7, 99*, eum commemorat *id. 8, 48.* *St.*

1587 Crispinus, origine Ravennas, στολάρχης Ποντίων βελῶν (praefectus classis Ponticae) *epigramma sepulcrale Cyzici positum CIG 3694 = IGR 4, 150. Classis Pontica Elagabali certe temporibus Cyzici stationem habuit, cf. Dio 79, 7, 3.* *St.*

1588 .... Cr]ispinus, *praeses (Ponti et Bithyniae vel Galatiae vel Cappadociae) ut videtur t. mutilus Sebasteae rep. IGR 3, 119.* *Gr.*

— QVINTVS(?) CRISPINVS *Dio 55, 10, 11 v.* T. Quinctius Crispinus Valerianus.

1589 A. A .. cius Crispinus, A. f., tribu Palatina (*sic t. 2;* Cris .... *t. 1) tituli Ephesii alter latinus ab Iosepho Keil Forsch. Ephes. 3, 131, 45 (1), alter bilinguis nondum editus, cf. RE Suppl. 1, 332 (2).* Promagister duum publicorum quadragesimae portuum Asiae *t. 1. 2* quater *t. 2* et vicesimae libertatis *t. 1. 2* ter *t. 2* provinciarum Asiae, Ponti et Bithyniae, Galatiae, Cappadociae, Pisidiae, Lycaoniae, Pamphyliae et Lyciae, Armc[niae ....] *t. 1*, Traiani (?) aetate *t. 2.* *St.*

— **P. Aelius Crispinus.**
— M. ANTONIVS CRISPINVS.
— C. Apr[onius] Crispinus.
— C.(?) BRVTTIVS CRISPINVS.
— L. BRVTTIVS CRISPINVS.
— CAEPIO CRISPINVS.
— A. CAEPIO CRISPINVS.
— C. CLODIVS CRISPINVS.
— [C]urtius Crispinus.
— A. Curtius Crispinus Arruntianus.
— L. LORENIVS CRISPINVS.
— L. NOVIVS CRISPINVS MARTIALIS SATVRNINVS.
— Plotius Crispinus.
— **Procilius Crispinus.**
— L. BRVTTIVS QVINTIVS CRISPINVS.
— T. QVINCTIVS CRISPINVS SVLPICIANVS.
— T. QVINCTIVS CRISPINVS VALERIANVS.
— RVFRIVS CRISPINVS.
— RVTILIVS PVDENS CRISPINVS.
— **Tullius Crispinus.**
— Varius Crispinus.
— . . . NIVS GALLVS VECILIVS CRISPINVS *cet. v. infra* Gallus.
— (VETTIVS) CRISPINVS.

1590 A. Crispinus Caepionianus infans mortuus *VI 16587; cf. supra n. 149. 150.* *Gr.*

1591 Crispus, quidam antiquus rhetor *Sen. controv. 7, 4, 9.* *St.*

1592 Crispus, ad quem scripsit amicus *(Seneca vulgo putatur)* epigramma *anth. Lat. 405 R. videtur* C. Sallustius Crispus Passienus. *St.*

1593 **Crispus,** epistrategus Heptanomiae 147 *vel* 148 *(sc. quo tempore M. Petronius Honoratus praefectus Aegyptum rexit) P. Lond. 2 p. 171 n. 385 (cf. 3 p. 385) = Mitteis Chrest. 52.* *St.*

1594 Cri(s)pus *vel* Pri(s)cus, ἔπαρχος κλάσης Ἀλεξανδρίνης (praefectus classis Alexandrinae) a. 159 *BGU 142 (1). 143 (2) = Wilcken Chrest. 455. 454 (p. 1* Πρίκου, *p. 2* Κρίπου). *St.*

1595 Crispus, frater imperatoris Claudii Gothici, pater Claudiae *vita Claud. 13, 2. 9. Persona ficta.* *St.*

1596 CRISPVS *memoratur in t. mutilo Lydio* filiae posito *Wadd. 705 = Mém. Acad. Belg. 30, 1858—1861, 24, 6 cf. Keil-Premerstein Denkschr. Ak. Wien 54, 120.* — Κρίσπ[ος] *t.; nomina ei fuisse* Curtius Iulius Crispus *statueris propter nomina* Curtiae Iuliae Valentillae filiae *et* C. I(ulii) Crispi archontis Sardianorum temporibus Septimii Severi *(Br. Mus. Lydia p. CIII. Münsterberg Beamtenn. 148), parentela sine dubio cum*

noc coniuncti. Consularis *(consul suffectus a. inc. vel adlectus inter consulares) t.* Maritus (Haruspiciae) Demus, pater Curtiae Iuliae Valentillae *t. (cf. infra n. 1622), item* (Curtiae Iuliae?) Priscillae *(cf. n. 1621). Gr.*

1597 [Cr]ispus. [Κρ]ίσπου κ(α)ὶ . . . καλά[νδαις] . . . . . *t. mutilus Pergamenus IGR 4, 364. De consulatu quodam agi statuunt editores, dubito num recte. Gr.*

— ALBIVS (?) CRISPVS.
— Catius Crispus.
— C. Cornelius Crispus.
— **A. Fulvius Crispus.**
— Iulius Crispus.
— C. Iulius Erucianus Crispus.
— Iunius Crispus.
— **Lucilius Crispus.**
— Metilius Crispus.
— C. Sallustius Crispus.
— C. SALLVSTIVS CRISPVS PASSIENVS EQVI . . . . (?) *v. infra in Passienis.*
— M. TARQVITIVS CRISPVS FRONTO.
— Q. VIBIVS CRISPVS.
— Crito, medicus celeberrimus et rerum scriptor, *v.* T. Statilius Crito.

1598 Crito *M. Ant.* εἰς ἑ. *10, 31, 1.* *St.*
— **T. Statilius Crito.**
— **Statilius [C]ritonianus.**

1599 Cronius *(pars codicum* Chronius) *Martial. 7, 87, 4.* *St.*
— (CORNELIVS) LENTVLVS CRVSCELLIO.
— Ctistius, *signum* Bryoniani Lolliani *(supra B 172).*

1600 CV . . . ATIANVS *(deficiunt octo fere litterae), unus ex pueris nobilibus videtur qui Troiam luserunt ludis saecularibus a. 204 VI 32334; cf. Groag Wien. St. 22, 148.* *St.*
— Q. TERENTIVS CVLLEO.
— **Q. Torius Culleo.**
— **Ventidius Cumanus.**

1601 Cunobellinus. *Nummi: J. Evans The coins of the ancient Britons (1864), 284—348, tab. 9—13, cf. 221; Suppl. (1890), 557—573, tab. 22. Z. f. Num. 15, 2. Muret-Chabouillet Catal. des monn. Gaul. de la bibl. nat. (1889), 223 sq. De la Tour Atlas des monn. Gaul. tab. 43 sq. Head HN² 11. Num. Chron. 1903, 192 sq.*

Cunobelinus rex *nummi, plus minus perscriptum;* Cynobellinus *Suet. Cal. 44, 2. Dio 60, 20, 1; 21, 4.* Tasciovani *(vel* Tasciovantis) filius *nummi.* Britannorum rex *Suet. l. l.*, sedes regia eius Camulodunum *Dio 60, 21, 4;* Camul(oduni) *cusi nummi eius. Rex igitur videtur fuisse*

Trinovantium. Mortuus ante a. 43 *Dio 60, 20, 1.* Filii Adminius, qui ab eo pulsus ad Romanos transfugit *Suet. l. l. (inde Oros. 7, 5, 5 confundens nomen patris et filii* Minocynobelinum, Britannorum regis filium), Caratacus, Togodumnus *Dio 60, 20, 1. Alii* fratres Carataci a. 50 in deditionem accepti sunt *Tac. a. 12, 35. 36. 37.* *St.*

1602 C. Cupiennius Libo (Cupiennius *Hor. s. 1, 2, 36)*, Cumanus, Augusti familiaritate clarus *Porph.* C. Cupiennius Primitivus a. 251 *in titulo Cumano X 3699, 7; idem fortasse X 2356 Baiis rep.* Cupienniae *X 5730 t. Soranus. Cf. Schulze Gesch. lat. Eigennamen 283 (Abh. Götting. 5, 2, 1904).* *St.*

— HERENNIA CVPRESSENIA ETRVSCILLA AVGVSTA.

— Asudius Curianus.

1603 Curiatius, Tibure mortuus *Martial. 4, 60.* *St.*

1604 CVRIATIVS MATERNVS, orator et poeta, quem Tacitus in dialogo de oratoribus loquentem inducit *Tac. dial. passim.* 'Ego autem, sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem in Neronem improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi, et hodie si quid in nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. ac iam me deiungere a forensi labore constitui, nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutantium concupisco, non magis quam aera et imagines, quae etiam me nolente in domum meam inruperunt' *ib. 11, 3—5.* Senator Romanus *ib. 11, 6.* Tragoedias scripsit Thyestem et Medeam *ib. 3 (cf. 9, 2)*, praetextas Catonem et Domitium *ib. 2. 3.* *St.*

— M. CORNELIVS NIGRINVS CVRIATIVS MATERNVS.

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS *v. supra A 83.*

— L. OVINIVS CVRIVS PROCVLVS MODIANVS AFRICANVS.

— Curius Severus, *v.* Vibius Severus.

— Caelius Cursor.

1605 T. CVRTILIVS MANCIA, consul suffectus a. 55. *In consulatu:* T. Curtilius M . . . . *VI 32352 v. 1 acta Arv.;* T. Cur . . . ius *IV 3340 tab. cer. 17 v. 12;* T. Cur . . . . *tab. cer. 148 v. 18;* . . Curtilius *tab. cer. 15 v. 13;* . . . . . . M[ancia?] *tab. cer. 148 pag. 3 (cf. adn. 8).* — Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγκίᾳ *Phlego;* Curtilius Mancia *Tac. Plin. epist. 8, 18, 4* (curtius mancia *cod. Med.).*

Consul suffectus cum Cn. Cornelio Lentulo Gaetulico a. 55 d. 6 m. Dec. *tab. cer. 148*, d. 11 m. Dec. *acta Arv. v. 2*, d. 12 m. Dec. *tab. cer. 15*, d. 15 m. Dec. *acta Arv. v. 6. Ultimis huius anni diebus consulatu fortasse se abdicavit (cf. supra n. 1391).* Legatus Aug. pr. pr. exercitus Germanici superioris a. 56 *Phlego mir. FGrHist 257 F 36, 27*, a. 58 *Tac.*

a. 13, 56 (cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 17; supra A 776). — Filia eius nupsit Cn. Domitio Lucano *Plin. epist. 8, 18, 4.* Mancia perosus generum suum sub ea condicione filiam eius, neptem suam *(scil.* Domitiam Lucillam) instituerat heredem, si esset manu patris emissa *Plin. l. l.* Opes amplissimae *ib. Ab hoc fortasse sive fuit proconsul Africae sive possessor praediorum in Africa sitorum nomen traxit* lex Manciana *VIII 25902. 25943.* *Gr.*

1606 T. Curtisius, quondam praetoriae cohortis miles, dux belli servilis per Brundisium et circumiecta oppida oppressus in urbem tractus est a. 24 *Tac. a. 4, 27.* *St.*

1607 Curtius, eques Romanus deliciis diffluens, in convivio Caesaris (Augusti) *Macrob. sat. 2, 4, 22.* *St.*

1608 Curtius, causidicus *Iuvenal. 11, 34 cum schol.* *St.*

— C. CVRTIVS . . . . ., *III 1458, v.* C. Curtius Iustus *n. 1613.*

1609 Curtius Atticus, eques Romanus illustris, Tiberium a. 26 in Campaniam comitatus est *Tac. a. 4, 58.* Postea eum Seianus Iulio Marino participe oppressit *ib. 6, 10.* *St.*

1609a A. Curtius Auspicatus Titinnianus *v. infra* A. Curtius Crispinus Arruntianus *n. 1611. Idem fortasse* . . . . Auspicatus *supra A 1676.* *Gr.*

1610 [C]urtius Crispinu[s] *nominatur in fragmento VI 32321; v. supra* Cornelius Dext[er] *n. 1343.* — Curtius Crispinus splendidus eques Romanus *X 1784 = D. 6334* (a. 187) *t. Puteolanus.* *Gr.*

1611 A. Curtius Crispinus Arruntianus ex testamento A. Curti Crispini una cum fratre A. Curtio Auspicato Titinniano theatrum aedificavit *Aspendi III 231 = IGR 3, 803.* Idem posuit titulos sepulcrales P. Aelio Pio Curtiano medico *XIV 3030 = D. 7788 Praenestinum,* liberto *XIV 2695 Tusculanum. Videtur homo ordinis superioris.* *Gr.*

— (CVRTIVS IVLIVS?) CRISPVS *v.* Crispus *n. 1596.*

1612 Curtius Iustus, scriptor rei rusticae *Garg. Mart. 2, 1. 4 (p. 394. 396 Mai). 7, p. 399* (Curtius). *St.*

1613 C. CVRTIVS IVSTVS honoratus *t. Mediolanensi (mutilo) V 5809 (1); memoratur in t. Viminacensi III 8110 (2)* veteranorum honesta missione missorum, qui militare coeperant a. 134 et 135; *consulatus eius indicatur in tabula cerata in Aegypto rep. Sav. Zeitschr. 42, 452 sq. = Preisigke-Bilabel SB 3, 6304 = Ann. ép. 1922, 135 (3). Ad eundem rettulerim t. Sarmizegethusensem III 1458 (4), quem etsi ab uno Zamosio servatum sincerum existimat Mommsen merito sine dubio; v. 1. 2 traditur* C . CVRT . . . OLLIVS TROGVS, *de* C. Curt[io . . f. P]olli[a P]ro[c]u[lo] *cogitavit Mommsen, probabilius videtur supplementum quod est* C. Curt[io C. f. P]oll. Iust[o co]s. *(cf. Hüttl Antonin. Pius 2, 79).*

Plena nomina quamquam litteris mutilatis exhibet t. 1: C. Curtius

C. [f.] Pol(lia) Iustus; Γάιος Κούρτιος Ἰοῦστος *t. 3;* Cur..... tus *t. 2. De t. 4 v. supra.*

Italicus videtur propter tribum, oriundus fortasse ex Transpadana. Honores eius recenset t. 4, si recte ad hunc refertur: [IIII vir] viarum curandarum, *(mentio tribunatus legionarii periit)*, sevir [equitum Romanorum] turmis ducendis *(seviratus inepto loco post praeturam insertus est)*, quaestor urbanus, [adlectus] inter tribunicios a div[o H]ad[riano], praetor peregrinus, praefectus frumenti dandi, curator viarum Clodiae Anniae Cassiae Ciminiae, legatus Imp. Antonini Aug. Pii legionis XX Valeriae victricis, proconsul provinciae *nescio cuius* (COLLIAE *traditur, de* Achaia *cogitavit Mommsen, de* Sicilia *Borghesi)*, legatus pr. pr. Imp. Antonini Aug. Pii provinciae Daciae. Consul *t. 1* cum P. Iulio Nautone d. 2 m. Oct. *t. 3 a. inc. ante a. 152 ut videtur (consules a. 152 et 153 ex fastis Ostiensibus innotuerunt; a. 153 fasces gessit Pontius Sabinus successor probabiliter Curtii Iusti in legatione Moesiaca Not. d. sc. 1934, 259 sq.; cf. infra).* Sodalis Augustalis *t. 1.* Legatus pr. pr. Imp. Caes. T. Aelii Antonini ..... *t. 1*, legatus Aug. pr. pr. (Moesiae superioris) *vix etiamtum a. 159 (ut statuit Hüttl 130) t. 2* (a. 160 provinciae praefuit Pontius Sabinus *dipl. mil., Bull. Inst. arch. Bulg. 8, 1934, 64 sq.).* — Patronus Sarmizegetusensium *t. 4.* — *Huius filius videtur* C. Curtius C. f. Rufinus *n. 1617; cognatus fortasse is qui sequitur.* *Gr.*

1614 Q. (?) CVR[TIVS?] IV[STVS?], tribu Pollia, X vir stlitibus [iudicandis] *XIV 2943 fragmentum t. Praenestini. Diversus ab eo qui praecedit.* *Gr.*

1615 CVRTIVS MONTANVS a. 70 in senatu censuit, ut Pisonis (Liciniani) *(supra n. 300)* memoria celebraretur *Tac. h. 4, 40;* contra Aquilium Regulum invectus est *ib. 42. 43. Hunc eundem putaverim atque* patrem, cui Curtius Montanus *(qui sequitur)* a. 66 concessus est, *neque enim ulla ex parte probabile est hominem, qui a. 66 honores nondum capessiverat, a. 70 inter primores senatus sententias dixisse. — Non est cur Curtius Montanus alter uter idem habeatur atque* Montanus *Iuvenal. 4, 107. 131 sq.* *Gr.*

1616 CVRTIVS MONTANVS probae iuventae, tamquam detestanda carmina factitaret, re vera quia protulerat ingenium, ab Eprio Marcello a. 66 in senatu accusatus *Tac. a. 16, 28. 29 (videtur familiaris fuisse Thraseae Paeti);* patri *(ei qui praecedit?)* concessus praedicto, ne in re publica haberetur *ib. 33.* *Gr.*

— C. CVRTIVS [PROCVLVS?] *III 1458, v.* C. Curtius Iustus *n. 1613.*

1617 C. CVRTIVS RVFINVS honoratus *t. Mediolanensi V 5810 (1)* posito a C. Curtio Patr[oclo liberto], *Sarmizegethusensi III 1459 (2)* publice posito. — *Plena nomina exhibet t. 2:* C. Curtius C. [f.] Pollia Rufinus; ...r...

Rufinus *t. 1.* — *Filius videtur* C. Curtii [Iusti?] legati Aug. pr. pr. Daciae *III 1458, v. n. 1613.* III vir aere argento auro flando feriundo, sevir turmis ducendis *t. 1*, tribunus militum (laticlavius *t. 2)* legionis XIII geminae *t. 1. 2 meruit probabiliter in Dacia sub patre.* *Gr.*

1618 CVRTIVS RVFVS. 'De origine Curtii Rufi, quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falsa prompserim et vera exsequi pudet' *Tac. a. 11, 21.* Sectator quaestoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto agitat, omine quodam in spem sublatus *Tac. l. l., paullo aliter Plin. epist. 7, 27, 2* 'tenuis adhuc et obscurus obtinenti Africam comes haeserat' *cet.* Largitione amicorum, simul acri ingenio quaesturam et mox nobiles inter candidatos praeturam Tiberii suffragio adsequitur *Tac. l. l.* Consul *ib. suffectus a. inc. (num idem sit* Rufus consul suffectus a. 45 cum M. Pompeio Silvano *Ios. ant. 20, 14, pro certo dici nequit).* Legatus Aug. pr. pr. exercitus Germanici superioris in agro Mattiaco reclusit specus quaerendis venis argenti; unde ornamentis triumphalibus honoratus a. 47 *Tac. 11, 20. 21. Huius nomen supplevit Münzer in t. Vindonissae posito* priore parte a. 47, *cuius duo exempla mutila extant XIII 11514. Anz. f. Schweiz. Altert. 1934, 27; in altero ex nomine legati superest* .... u ... *ut videtur, in altero* ..... o *(casu abl.). Videtur successisse C. Vibio Rufino, qui Germaniae superiori praefuit a. 45, ipsi successit ni fallimur P. Pomponius Secundus legatus eiusdem exercitus a. 50 (cf. Ritterling Fasti d. röm. Deutschl. 15).* Admodum senex proconsul Africae *Tac. 11, 21. Plin. l. l. 2. 3 primis Neronis annis ut videtur;* in provincia defunctus *Tac. Plin. ll. ll.* *Gr.*

1619 Q. Curtius Rufus, rhetor *Suet. rhet. in indice p. 2 Rob. Idem procul dubio* Q. Curtius Rufus, scriptor Historiarum Alexandri Magni librorum decem, quorum tertius ad decimum extant. *De tempore quo vixerit non constat; sunt qui ex verbis eius 10, 9, 2—6 (imprimis* caliganti .... mundo) *coniecerint eum Claudio principe scripsisse. Plane incertum, num idem fuerit Curtius Rufus is qui praecedit. Cf. Teuffel 2^7 § 292. Schanz-Hosius 2^4, 596—603. Schwartz RE 4, 1871—1891 et post alios Stroux Philol. 84 (1928), 233—251. L. Herrmann Rev. ét. anc. 31 (1929), 217—224. R. Zimmermann Rh. Mus. 1930, 381—390.* *St.*

1620 Curtius Severus, praefectus equitum a. 52 e Syria contra Troxoborum ducem Cietarum missus, a quo turbatus est *Tac. a. 12, 55.* *St.*

— P. DELPHIVS PEREGRINVS AL[F]IVS ALENNIVS MAXIMVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MVCIANVS *v.* M. Nonius Mucianus.

1621 (CVRTIA IVLIA?) PRISCILLA. *T. Philadelphenus Lydiae IGR 4, 1623:* Πρεῖσκιλλα ὑπατική *(i. e.* consularis femina), θυγάτηρ Δημοῦς. *Mater sine dubio eadem est atque* 'Αρουσπικ[ία] Δημὼ ὑπατικ[ή] *tituli plane similis item Philadelpheni l. l. 1622 (cf. Keil-Premerstein Denkschr. Ak. Wien*

53, 31, 44), pater igitur (Curtius Iulius?) Crispus consularis *(n. 1596), soror* Curtia Iulia Valentilla *(quae sequitur). — Ab hac fortasse non diversa* Π . . . κιλλα λαμπροτάτη, *cuius* διοικητής *memoratur in t. Smyrnaeo IGR 4, 1417.* *Gr.*

1622 CVRTIA IVLIA VALENTILLA honorata *titulis mutilis Lydiis IGR 4, 1382 cf. Keil-Premerstein Denkschr. Ak. Wien 54, 120 (1). IGR 4, 1378 (2). — In t. 1 nomen legit Wagener Mém. Acad. Belg. 30, 24, 6* Κουρ . . . . Ἰουλίαν Οὐαλέντιλλαν, *minus recte Lebas (-Wadd.) 704/705, qui tamen solus excepit v. 1* KAME.. ωN *(possis cogitare de agnomine Valentillae; quid subsit nescio); in t. 2 extat* . . . . τίαν Ἰουλίαν . . . . έντιλλαν. — [Θυ]γ[ά]τ[ηρ] Κρίσπ[ου] καὶ [Δημ]οῦς ὑπατικ[ῶν], σύν[βιος] . . . λου [ὑπατικοῦ] *t. 1 supplementa proposuerunt Keil et v. Premerstein, qui simul ex t. Philadelpheno IGR 4, 1622 coniecerunt matri nomina plena fuisse* Haruspiciam Demo. *Soror igitur* (Curtia Iulia?) Priscilla *(quae praecedit). —* Ὑπατική *(i. e.* consularis femina) *t. 1. 2.* Domina praediorum *in agro Tabaleno ut videtur sitorum t. 2* (τὴν κυρίαν) *cf. t. 1.* *Gr.*

— CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS *v. infra* Cn. Domitius Lucanus.

— CN. DOMITIVS (AFER CVRVIVS) TVLLVS *v. infra* Cn. Domitius Tullus.

1623 Sex. Curvius Tullus, Sex. f., Voltinia *VI 16671. Eum patrem fuisse naturalem Domitiorum fratrum Curviorum Lucani et Tulli coniecit Groag RE 4, 1893. Quod si recte statuitur,* huius bona (Cn.) Domitius Afer *(mortuus a. 59 Tac. a. 14, 19),* pater adoptivus filiorum, proscribenda curavit, hunc numero civium excidit *Plin. epist. 8,18,5.6,* post testamentum ante decem et octo annos nuncupatum *ib. 5.* *St.*

1624 L. CVS . . . . . . *In fragmento t. Ephesii inedito quod descripsit Heberdey videntur memorari* . . . . . Σκειπίων *aliquis proconsul Asiae et* [Λ]εύκιος Κουσ . . . . . . *legatus fortasse eius; v. supra* P. Cornelius Scipio cos. a. 16 a. C. *n. 1438.* *Gr.*

1625 M. Cusinius *(patris nomen periit),* tribu Velina, maritus Fictoriae C. f., pater M. Cusinii *n. 1626* et Cusiniae *XIV 2604 = D. 965.* *Gr.*

1626 M. CVSINIVS, M. Cusinii et Fictoriae filius, tribu Velina, aedilis plebis, aerario praefectus *(non post a. 28 a. C. ut videtur cf. Dio 53, 2, 1),* praetor *XIV 2604 = D. 965 t. sepulcralis in agro Tusculano repertus.* *Gr.*

1627 **L. Cusinius Messalinus,** [tribunus] legionis [III] Gallicae, promagister hereditatium, procurator Augusti *(Nervae vel Traiani nomen e vestigiis litterae primae deprehendi videtur posse),* honoratus publice *duobus tribusve titulis Ephesiis mutilis ineditis, in schedis Inst. archaeol. Austr.* Cusinia Euhemeria Cusinii Messalini liberta *t. Metropolitanus Ioniae III 14192*[17] *= IGR 4, 1600.* Figlinae Cusini Messalini a. 123 *XV 957,* a. 124 *Bull. com. 43, 58,* praedia Cusini Messalin(i) *XV 958,* a. 123 *Bull. com.*

39, 87, ubi vide num praenomen Gai errore additum sit. — E maioribus eius potest fuisse Κουσίνιος ἐπίσκοπος τὸ δ' Claudii et Neronis temporibus *nummi Ephesii, Münsterberg Num. Z. 1912, 25, item* L. Cusinius L. f. Velina *Forsch. Ephes. 4, 94, 19; 95, 20. Parentela cum hoc coniuncti videntur n. 1625. 1626. 1628. 1629. Filia fortasse* Cusinia Gratilla *(n. 1631). St.*

1628 [....C]usinius Rufus *memoratur in fragmento Antiochiae Pisidiae reperto Annuario di Atene 3, 56, 45, quod mecum communicavit Ramsay a se descriptum,* ... usinio .. f. Vel(ina) Rufo *Ramsay,* .. usinio ... Vel. Rufo *Annuar. l. l. Cusinium legatum Aug. pr. pr. Galatiae fuisse suspicatur Ramsay propter magnitudinem litterarum. — Parentela sine dubio coniunctus cum* Cusiniis *XIV 2604 = D. 965 (n. 1625. 1626. 1629). Gr.*

1629 Cusinia, M. Cusinii et Fictoriae filia, M. Cusinii soror *XIV 2604 = D. 965. Gr.*

1630 Cusinia, M. filia, C. (Asconii) Sardi uxor, C. Asconii Sardi et Asconiae mater *V 2829 = D. 6692 t. Patavinus; v. supra A 1209. Gr.*

1631 Cusinia Gratilla. *Tegulae urbanae XV 959 (1). 960 (2). 961 (3). Riv. arch. crist. 1929, 193 (4).* Cos. Grat. *t. 1;* Cosin. Gra ... *t. 2;* Cusinia Gratilla *t. 3. 4.* Possessor praediorum *t. 1—3,* a. 146 *t. 1,* a. 147 *t. 2. Filiam eam fuisse Cusini Messalini (supra n. 1627) veri haud est absimile.* Cusonius Gratilianus, vir perfectissimus *(X 1251) aevo demum labente vixit. St.*

— **[Q.] Caetronius Cus[p]ianus.**

1632 CVSPIDIVS CELERINVS, senator a. 238 *vita Maximini 26, 5 in actis senatus fictis; nomen non fictum videtur. Gr.*

1633 CVSPIDIVS FLAMINIVS SEVERVS *(III 12198; nomina plus minus mutila vel corrupta in ceteris miliariis),* legatus pro praetore (Cappadociae) a. 238 Pupieno et Balbino Augustis Gordiano Caesare *(Pupieni et Balbini nomina deleta sunt; in nonnullis miliariis eis substituta nomina titulique Gordiani Augusti) miliarii Cappadociae III 6913. 6934. 6936. 6953 = 12210. 12168. 12176. 12180(?). 12198. Idem videtur .. (ex praenomine superest hastae rectae pes; fortasse fuit* T.) Cuspidi[us] ..... Seve[rus], ... X vir stl[itibus iudicandis], tribunus [militum legionis] ....., allect[us inter quaestorios?] ...... *VI 31708. — Huius filia ut opinor* Cuspidia Severa. *Gr.*

1634 CVSPIDIA SEVERA, *filia puto eius qui praecedit,* clarissima femina, Cuspidiae Matro[nae?] posuit *t. sepulcralem VI 31709. Gr.*

1635 M. CVSPIV[S] ....., legatu[s Aug. pr. pr. Daciae] *ut videtur, memoratur in t. mutilo Drobetae rep., quem exceptum a se mecum communicavit Rud. Egger. Gr.*

1636 **C. Cuspius Fadus.** *Praenomen exhibet t. liberti VI 16691 (= N. Bull. arch. crist. 15, 1909, 190):* C. Cuspius Fadi l. Euphemus. *Ceterum* Cus-

pius Fadus. Rege Agrippa (I) defuncto (a. 44) Claudius eum misit procuratorem Iudaeae *Ios. bell. 2, 220; ant. 15, 406; 19, 363 sq.; 20, 2—8. 14. 97—99 (= Euseb. h. e. 2, 11, 2. 3)*. Successit ei Ti. Iulius Alexander *Ios. bell. l. l.; ant. 20, 100. Eiusdem fortasse libertus* C. Cuspius C. l. Rusticus *Bull. com. 53, 213, cf. 56, 286, item* C. Cuspi liberti *XIV 4024.*
St.

1637 L. CVSPIVS PACTVMEIVS RVFINVS, consul a. 142, honoratur *titulis Pergamenis IGR 4, 426 (1)* publice posito, *Inschr. v. Perg. 2, 434 = IGR 4, 424 (2)*, quem posuerunt οἱ τὴν ἀκρόπολιν κατοικοῦντες, *Ditt. Or. gr. 491 = IGR 4, 425 (3)* quem posuerunt οἱ κατοικοῦντες τὴν Πασπαρειτῶν πλατεῖαν, *memoratur in t. item Pergameno IGR 4, 493 cf. Ath. Mitt. 35, 415 sq. (4), in tegula a. 153 ut videtur* ('Brittio cos.' *cf. supra B 165) XIV 4091, 35 = XV 2322 (5), quam huius, non Cuspii Rufini consulis a. 197 esse pro litteratura sigilli statuit Dressel.*

In consulatu: L. Cuspius Rufinus *VI 160. XIV 67;* C. C. Ruf. *XV 1065. Mél. d'arch. 13, 32. Bull. tr. hist. 1904, 494, 10 (cf. quae adnotavit Delattre) in tegulis; v. infra;* Cuspius Rufinus *III 12495; ceterum* Rufinus *in titulis fastisque.* — Λ. Κούσπιος Πακτουμήϊος 'Ρουφεῖνος *t. 2. 3;* Λ. Κούσπιος 'Ρουφεῖνος *t. 1;* Cuspius Rufinus *t. 5;* 'Ρουφεῖνος *t. 4.* — Κοστουνίου 'Ρουφίνου *traditur Galen. 2, 224 K., correxerunt Ilberg N. Jahrb. 15, 1905, 279, Hepding Philol. 88, 93.* 'Ρουφῖνος *Aristides. Duplex praenomen* (L. *et* C. *cf. supra) ei fuisse putaverim quippe homini polyonymo (cf. etiam in filio n. 1638).*

Origine Pergamenus cf. t. 1—3. Arist. locis infra allatis. Consul *t. 2. 3* ordinarius cum L. Statio Quadrato a. 142 *v. supra.* Consularis *t. 4.* Pergami moratur temporibus proconsulum Iuliani *(a. 145? cf. Hüttl Anton. Pius 2, 46 sq.) Aristid. or. 50 § 107 p. 451 sq. K.* et (C. Iulii) Severi *(a. 152/3 cf. Hüttl l. l. 51) ib. § 83 sq. p. 446 K.;* epistula latina Rufini ad Severum data *commemoratur ib. § 84.* — 'Ιερεὺς Διὸς 'Ολυμπίου Pergami *t. 2.* Κτίστης τῆς πατρίδος *(scil.* Pergami) *t. 2;* ὁ εὐεργέτης καὶ κτίστης τῆς πατρίδος *t. 3.* Εὐεργέτης collegii alicuius Pergameni *t. 4.* Pergami exstruxit templum Iovis Aesculapii *Galen. de anatom. admin. 1, 2 (2, 224 sq. K.).* 'Ρουφῖνος, οὗ τὰ μεγάλα ἀναθήματα καὶ ⟨ὁ⟩ νεὼς ὁ πολυειδής (πολυεδής *corr. Hepding l. l. 92) Aristid. or. 50 § 28 p. 432 K., unde* aedes Aesculapii 'Ρουφίνιον ἄλσος *significatur anthol. Pal. 9, 656. Cedren. 1, 299, cf. Hepding l. l. 90—103. 241—243.* — Dominus figlinarum *t. 5.*

Inter maiores eius nescio an fuerit Pactumeius Rufus septemvir epulonum a. 98 *(Not. d. sc. 1934, 215). Pater vel avus eius qui sequitur.* Πακτουμηΐα 'Ρο ... ('Ρο[υφίνη]?), prytanis Pergami *IGR 4, 513, fortasse filia huius putanda est (cf. Hepding l. l. 95).* Amicus Sedati viri praetorii *Aristid. l. l. § 43 p. 436 K.,* Aelii Aristidis *Aristid. ll. ll.,* Satyri

medici, *qui Pergami degisse videtur paulo ante a. 150 Galen. l. l. (cf. Hepding 100). — Ab hoc fortasse cognomen desumpsit* Epictetus Cuspianus publicus collegii fratrum Arvalium a. 155 *VI 2086 v. 65. Gr.*

1638 L. CVSPIVS RVFINVS, consul a. 197. *In consulatu:* L. Cuspius Ru[f]inus *XIII 1754 = D. 4134;* C. C[u]s[pi]us Rufinus *VIII 8937; ceterum* Rufinus *in titulis fastisque.* — Cuspius Rufinus *dig.*

Filius vel nepos eius qui praecedit. Videtur duplex praenomen (L. *et* C.) *viro polyonymo fuisse haud secus ac L. Cuspio Pactumeio Rufino (qui praecedit).* — Divus Severus ei rescripsit *Modestin. dig. 26, 6, 2, 2 fortasse ut praetori tutelari.* Consul ordinarius a. 197 cum T. Sextio Laterano *v. supra. — Diversus videtur* Rufinus proconsul Africae a. 203(?) *acta SS. d. 4 m. Iul. p. 359 (cf. Pallu de Lessert Fast. Afr. 1, 239 sq.). Gr.*

1639 **P. Cussius Phoebianus,** procurator Augusti (Lusitaniae *opinor) t. Emeritensis Eph. ep. 8 p. 365, 25.* Uxor Lebisinia Auge *ib. St.*

1640 **Cussonius I......,** praefectus Aegypti a. 266 *vel paulo antea P. Ryl. 2, 165.* Iuliana, matrona stolata *uxor videtur, ib. Cum de lectione nominis non constet atque vel minime certae sint litterae* ss, *fieri potest ut idem significetur* .... ρωνίου, *qui praefectus Aegypti videtur* imperante Gallieno *t. rep. prope Apollonopolim magnam Ditt. Or. Gr. 2, 717 = IGR 1, 1274. St.*

1641 (Cutius) Balbinus, maritus Priscae, pater eius qui sequitur *II 1172. 1173 tituli Hispalenses.* Cutia Prisca *(n. 1644) secundum nomina videtur filia esse Balbini et Priscae. — Oriundus sine dubio ex Hispania Baetica. Gr.*

1642 D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS *(plena nomina II 1172;* Cutius Romulus *ib. 1173). Tituli Hispalenses II 1172. 1173* sepulcrales positi a Balbino et Prisca parentibus. IIII vir viarum curandarum *II 1172. Gr.*

1643 CVTIVS LVPVS, quaestor a. 24, cui provincia vetere ex more Cales (calles *cod.)* evenerat, coeptantem servitiorum apud Brundisium et circumiecta oppida coniurationem disiecit *Tac. a. 4, 27. Gr.*

— M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS *v. infra in Messiis.*

— M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIANVS ARRIVS PROCVLVS *v. infra in Messiis.*

1644 CVTIA PRISCA, *filia ut opinor* (Cutii) Balbini *(n. 1641)* et Priscae, uxor M. Aemilii Papi *(qui nomine pleniore dictus fuisse videtur M. Messius Rusticus Aemilius Papus),* mater M. Messi Rustici Aemili Afri Cuti Romuli Prisciani Arri Proculi *t. sepulcralis filii XIV 3516 Tiburtinus. Alter filius Aemilii Papi et Cutiae Priscae videtur* M. Cutius Priscus Messius Rusticus Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus *(brevius* Aemilius Papus), curator operum publ. a. 138 *(Not. d. sc. 1933, 433),*

legatus Dalmatiae a. 147. — *Eadem sine dubio* Cutia Prisca patrona, quae Aemiliae Calliope libertae posuit *t. sepulcralem VI 11130.* *Gr.*

1645 Cyane, nomen cuiuslibet tabernariae *Iuvenal. 8, 162 cum schol.* *St.*

— AVRELIA CYEREMA(?).

— Cynegius, *signum* L. Aconi Callisti *(supra A 93).*

— Caecilius Cyprianus.

1646 Cyprus, filia Herodis Magni, qui eam ex Mariamme (I) natam primum Pherori fratri suo collocaturus erat *(Ios. ant. 16, 196, cf. 227 sq.)*, dein Antipatro Salomae filio uxorem dedit *Ios. ant. 18, 130*, mater Cypri *ib. 138.* *St.*

1647 Cyprus, filia Phasaeli et Salampsius, neptis per matrem Herodis Magni, uxor regis (Iuli) Agrippae (I) *Ios. ant. 18, 131. 148 sq. 159 sq.*, cui peperit filios duo, (M. Iulium) Agrippam qui postea regnavit (II) et Drusum mortuum infantem, filias tres (Iuliam Berenicen, Mariammen, Drusillam) *ib. 132 (cf. 160); bell. 2, 220. Eius nomen in epigrammate Philippi Thessalonicensis anth. Pal. 9, 778 v. 3, ubi traditur* Κάρπος, *fuisse coniecit Cichorius Röm. St. 351—354 parum probabiliter.* *St.*

— **Marcius Cyrenicus.**

— ARIA CYRIACE.

— IVNIA CYRIACE.

— Cyriades *tyr. trig. 2, v.* Mareades.

— Aur. Cyrilla.

— (FLAVIVS) CYRILLVS.

— Cassia Cyrina.